



169 041 0510 172

B
DE LA UNIV
Estante
Tabla
Número

Biblioteca Universitaria

Estanto	24
Tabla	2
Número	8212

355 = 349

METAPHYSICALES
QUESTIONES AUREAE

DOMINI REGIS BRITANNIAE
SACRISSE
FRANCISCAE
SACRISSE
SACRISSE

Caroli
Caroli

METAPHYSICALES QVAESTIONES AVREAE

DOMINI AEGIDII ROMANI

BITHVRICENSIS ARCHIPRAESVLIS, ORDINIS

Diui Augustini, ab innumeris mendis diluta, argumentis, responsisq; ac
annotationibus, nec non indice locupletata, per Magistrum Iacobum

Senensem eiusdem Augustiniana professionis in
germanum nitorem redacta.

Eiusdem Aegidij de Cœli materiali compositione Contra Auerro.

Eiusdem Aegidij de Intellectuum humanorum pluralitate Contra Auerro.

TRACTATUS LOCORVM

METAPHYSICALIVM DICTI AVCTORIS

Contradictionis speciem mentientium eiusdem Magistri Iacobi
Senensis Heremicolæ trutina depromptus.



Venetijs Apud Octavianum Scotum D. Ana Dei.

M D L I I.

P.L.R. Coll. de S. Ambrosio

de la libreria

METAPHYSICAE
QUESTIONES AUREAE

DOMINI

Es de la Biblioteca
de la Real Uni-
versidad de Va-
lladolid.

BIBLIOTHECA
DNI AUGUSTI
ANNO 1714

Insuper Aegidij de Coni materialis compositione
Insuper Aegidij de Intellectuum hancorum pluralitate

T R A C T A T U S I O C O R U M

METAPHYSICARUM DICTI AVCTORIS

Concordantia hancum mentium eiusdem Magistri Jacobi
Sexti Harenicolai utraque de propria



Venerabilis Patris Ordinis S. Augustini D. N. M. D. C. C. L. I. I.

M D C C I I

B.I.R. Coll. de S. Augustini

REVERENDIS. IN CHRISTO

PATRI AC DOMINO D. FABIO

Mingnanello. S. R. Ecclesiæ. T. T. Sancti Siluestri Cardi-

nali præstantissimo humilis eius seruuulus Frater Iacobus

Senensis Augustinianus. S. D.



TSI Reuerendissime Pater et Domine, Aruorū recētio
res Segetes cæteraq; terræ nascētia antenatis annonis nunquā
mortales non pluris fecerint, quādoquidē humanæ uitæ curricu
lo non nihil amplioris attulerint frugi, attamē nō itidem est de
spiritibus astruēdum iudiciū, siquidem ab æuo, precedentium in
tellectus acumen sutilius, quā sequentium est cōpertum. Huma
narum sane sciētiarū rudimenta indagarunt priores, commoda
rumq; uitæ artiū, cōstātia stabilierūt principia, natureq; semitas in uias, nobis per uias re
liquerunt, artiumq; inuersas ualuas posteritati patefecerūt. Huc spectat illud Arist. se
cundo Methaphisi. Non solum hijs dicere gratiam iustum est quorum aliquis opinionibus
comunicauerit, sed & hijs qui adhuc superficialiter aliquid enuntiarunt, nā habitū nostrū
præ exercitati sunt. Si enim Thimotheus non fuisset multam melodiam non haberemus, si
autem non Phrines. Thimotheus nō fuisset, proinde priscorum intellectus acriores extite
runt quam successorum, nam in naturæ fores patulas reddendo, maiorem animi conatum
adiicerunt, quibus adaperitis, latior aditus prestatur sequētibus. Quam ob rem cum inter
fidos Aristot. interpretes Aegidiū Romanum natura demiserit, qui naturales sens
sus enucleauerit, quique ipsius naturæ complura abdita pāderit, atque eius salubris doctri
na plurimum philosophis conduxerit, minime flocci est facienda. Hec igitur tanti uiri mes
thaphisicalia quesita sutillissima, multiforium errorum in uolucris diu in uoluta animad
uertens, iam ab innumeris erratis excussa atque impressa, communi usui tradere operepre
tium duxi. Atqui circumspectanti mihi ad quem nam sapientium ea dirigerē, cuius auspi
cio in medium prodeant (quandoquidem hic mos a priscis usque seculis hactenus perdura
uerit, ut cum quid impressioni submittitur, primatum cuiquam deferatur) Spiritualiter
obambulauit mihi Dominatio tua Reuerendissima, que ferme ipsa sit quo operis commo
dum magisquam magnitudinem perpendere ualeat. Verum non semel atque bis mihi ipsi ui
sus sum ineptus, tum uel maxime quod tuæ dignitatis intuebar fastigium, uel potius ipso fas
stigio animi sui dignissimas metiebar dotes, quorum utrumque me perterritum mox ab in
stituto detinisset, nisi Dominationis. V. Reuerendissime in effabilis mititas, natura
lis beneficentia, innata clemētia, animi lenitas, cætereq; uirtutes in numere, quibus cu
mulata publicitus predicatur, me roborassent. Porro talem ac tantum mirificum. Domi
num quique solertissimi uiri, omnis probitatis uniuersæq; spectatæ perfectionis uelut in si
gne specimē uenerātur utque singulare, numē merito obseruāt, ac Christiane Religionis

obseruantissimum admiratur. Quid est autem ab in eunte ætate ad pubertatem, adiuuentam, ad uirilitatem, ad senium usque in totius suæ uitæ decursu quod non omni commendatione dignum non redoleat. Adhuc quippe adolesebat, & utriusque iuris prudentie, aureos lam adepta consulares cognitiones paulisper insectata, tū lites abhorrens humanas precordia sua ad altiora subuexit obiecta, quibus sic castis amplexibus ardentem in hæsit, ut rerum harum humilium quas abiectum uulgus tantopere gliscit, ætutum contemptum adduxerint & usque adeo ad supernorum contemplationem spiritum aduocauerint, ut tanquã cælestia reseraturum arcana altissimus in domum suam præfulem intronizauerit. Quem spiritualis pulcritudinis gradum assequite, iam liberius licuisset ociari, uagari, aucupari uenari, aliisque auocamentis indulgere, quibus per plures omne tempus impendunt, at sublimia hanelans, ad Romane Reipub. gubernacula cor radicitus reuocauit. Cuius geniū usque adeo dextrum, ingeniumq; ad omnia uersatile se ostendit, ut florentissimæ Ciuita. Bononiæ sit prouida gubernatrix delecta. Quo in regimine tã ex parte sapientiæ ac spiritus perspicacitatis rumor increbuit ut ad Serēnisi. Vene. Senatum in apostolicum nuntium sit admissa, quas administrationes sic cōsultissime digessit, ut Summum Pont. nunq; non uoti compotem non reddiderit, ita ut posthac totius Picene puouintie uicelegatus clauū tenuerit. Demum ad hunc inuictissimum Imperato. Caro. V. ita opportunus orator accessit ut Pauli. III. Pontifi. maximi Sanctitatem, ac ipsam Cæsaream Maiestatem in re Ciuita. Placentiæ mirum in modum conciliauerit. Insolitum quippe est ac per rarum mortalibus, ut unus atque idem practico uigeat intellectu pariter & speculatiuo. Dominatio autem. V. Reuerendissima utroque munere pollens, sic cæteris prestat, ut uix secundū quis inueniat, qui alterutro floreat absolutius, ut non magis spiritualium Antistitem quã Reipub. moderatorem gesserit. Denique ut Romana Respublica de Dominatio. V. R. quandoque bene mereretur Sanctissimus Dominus. D. Iulius. III. hominem perpendens in dies magis ac magis, bullam fieri, ne premio magis debito q̄ expetito defraudaretur, superno afflatus spiramine. D. V. Cardinalitio Diademate donare maluit q̄ polliceri Cardineum denique Venerandissimum ouile non aliunde q̄ per hostium ingressam hijs ratiocinatus fuerim. Non igitur caperata sed placida fronte hec opuscula suscipiat. D. V. R. non ueluti clientele meæ oblatum xeniolum uel quod sapientiæ uel scientiæ, aut quicq; cōmodi inde exaurire ualeat, quin potius ut opus ipsum dignitatis, grauitatis, autoritatisque plurimū sibi asciscat, tales nanq; lucubrationes ad magnos directe, non parū pōderis, existimationis capiunt & fidei, idque per maxime dū inter dedicandū neque cæcis colorem optulerimus uel surdis fabulas occanuerimus. Proinde uoluminis paruitas ad. V. D. R. magnitudinem tute ingredietur, que ferme secundus Arthaxerxes non minus humanam atque Regiū, parua a paruis hilariter suscepisse q̄ prompte magnos, magna tribuisse censebit, interim altissimum pro ipsa, illud deprecatus fuerim. Exaltent eum in Ecclesia Plebis, & in Cathedra seniorum laudent eum. Vale Domine Reuerendissime.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO LITTE

rarum omnium consultissimo totius eremitarum ordinis sancti Augustini

Generale dignissimo Magistro Christophoro Patauino Frater Iacobus Senensis Augustinianus Theologorum postremus.



ERBVM quippe Diuinum Reuerendissime Pater illud in dies comprobatur, nullam unquam creaturam sibi satisfuisse, ut nedum terrestris, sed nec coelestis absque coelesti, nec spiritualis, spirituali discipia, adhuc propria moliri opera inueniat, quanto magis in ops homo quo ad corporalia mundum nudus ingrediens, quo ad spiritualia tanquam rasam tabulam cuiusuis experte figure, intellectum possibilem in sui primordio co Creatum accipiens, omnium honorum indiguus ope non egebit aliena? Nostra sane Eremitarum Religio sicut & cetera, in sui ortus exordio, & temporalium & doctrine est paupertatem experta, atqui illam ad gloriam hanc ad in gloriam

sibi existimauit. Verum ad doctrine procul pellendam pauperiem, paruum nostrorum plurimum labor infudauit, lucubrationes diuersas edendo, nos segnes ignaui diuturneque ut dicunt leme, merito diiudicamur, dum eas nec in nostrum nec in proximorum obsequium esse satagimus. En Aegidij nostre Religionis luminis, complura puluerulescunt opuscula, ut de caractere, de bona fortuna, de ecclesiastica potestate, de laudibus diuine sapientie, super cantica canticorum, in epistolas ad Roma, & ad Corinthios in 3. senten. exiuit a patre. Delitescit Iacobus de Verberbio super, sententi. & quolibet. 4. De regimine, Christiano. Augusti. de Ancona. in omnes epistolas Pauli & Canonicas, in actus Apostolorum, in Apocalipsi. Albertus Patauus in Pentatheucum, in omnes epistolas Pauli, Hieronimus de Urinaria de perfectione hominis, de incarnatione, de quadruplici in stinctu, super Ethicam omnibus celebrior. 6. quolibet. Hermanus in. 4. sententiarum de. 4. sensibus sacre scrip. Encheridion Christianum, de in Claustro anime, de. 5. sensibus, super ethicam, super genesi. Simo Cassianus de doctrina Christiana. in Simbolum, de disciplina spirituali. Bartholome. Vrbinas, milleloquium super Augusti. opus mirandum, de bello spirituali. Petrus Picenus in. 4. senten. in omnia opera Salomonis. Augusti. de Roma. in omnes Epistolas Pauli, in Apocalip. in ethicam. de sponsa Christi Ecclesia, de perfectione iustitie, de peccato originali. Iohannes Dathus de Diuinis attributis, de potentis anime, de trini. contra Faustum. Honofrius Archiepiscopus Florentinus super. 4. Euangelistas super actus Apostolicos, mitto Michaelem massanum. Gerardum Senensem, Gerardum Bergomensem, Iacobum Toleranum, Andream Mediolanensem, Dionisium Burgensem, Hilarium Comensem, qui suis voluminibus Religionis fuisent decori de quibus Ecclesi. 20. sapientia in uisa & Thesaurus absconditus que utilitas in vtrisque. Quam ob rem non intensius est admirandum quam condolendum, quod nostre tempestatis patres, nec quicquam preter constitutiones, & iterum constitutiones in primi sollicitati sunt ac si in domabilia moderarentur animalia, instaurarunt ordinarium quomodo & qua hora pulsanda sit illa, benedicta campana, quasi primum non sufficeret, adicerunt nouilunium inueniendi modulum, calendarium, generalium cathalogum, hec quid religioni sunt frugifera sed oculus Iacob interra. Igitur altissimus, sapientium sapientiam perdens, & prudentium prudentiam reprobens. P. T. Reuerendissima omni religiostrate prestatissimam, omni uirtute premitam, omni disciplinarum genere fecundissimam, mundana conculcantem, mundi sapientiam pessundantem, super eremicularum caulam peruigilem ac opportunum pastorem constituit, qui tanquam Christi affecla, humilitatem amplexus, iam non Cardineum ambiet diadema, sed tantum modo sibi crediti gregis ornamentum ac salutem spectabit, sicq; crucis, draconis, urfi leonisque insignijs post habitis, sub columbe specie Diuine humaneque pacis presage commonefacti, spiritus primitias assequentes abba pater iugiter in gemiscenus, quo fit ut pacifico ordine directa Religio ferme exsiccata atque obscura deduce (ut speramus) quandoque refloreat & corruscet, quod facile eucontinget, cum ipsius religionis accense lucerne non ultra sub modio negligant, sed candelabra superponatur, ut indigenis, aduenis ac conuenis lumem in partiant Ccepit autem. P. T. Reuerendissima abimis, arte ac naturam emulata, nempe a nri. Aegidij methaphisicalibus questis, quo prout disposuit in pressa iam exponuntur. Ad Reuerendissimum autem Dominum. D. Fabi. Cardina. Senens. tuo iussu, tanquam ad eius precipuum patronum destinantur, ut in emergentibus euentibus, tibi & ordini patrocinetur, eique ut actenus, ita in posterum utroque pollice faueat, atque post Reuerendissimum Dominum. D. Marcellum Ceruinum, hoc secundo protectore foueatur, Vale pater amplissime.

* iii

METHAPHYSICALIUM QUESTIONUM
formule a Reuerendissimo, domino Aegidio, Romano Archiepiscopo
Augustiniano accuratissime excussarum.

- Questiones in primo Methaphisice.**
- Q 5.4.** quodens. 25. **Q 5.1.**
- V**trum methaphisica sit finis hominis. fol. 1. **Q 5.1.** **V**trum ista scientia sit vna. 25. **Q 5.2.**
- V**trum quodlibet feratur in suum finem. fol. 1. **Q 5.2.** **V**trum ens sit æquiuocum an Analogum. 26. **Q 5.3.**
- V**trum homines naturaliter scientiã appetant. fol. 2. q. 3. **V**trum omnia que dicuntur Analoga dicatur analoga per Analogiam ad vnum numero. 26. **Q 5.4.**
- V**trum hoies naturaliter appetant Methaphi. fol. 2. q. 4. **V**trum unum quod est principium numeri conuertatur cum ente. 26. **Q 5.5.**
- V**trum deus sit subiectũ in Methaphisica. fol. 2. q. 5. **V**trum possit esse aliquid unum quod conuertatur cum ente. 27. **Q 5.6.**
- V**trum idem de consideratione alicuius scientie, & esse subiectum illius. fol. 3. **Q 5.6.** **V**trum unum addat aliquid super ens. 27. **Q 5.7.**
- V**trum Deus sit subiectum alicuius scientie. fol. 3. **Q 5.7.** **V**trum vñ addat aliquid rationis supra ens. 28. **Q 5.8.**
- V**trum scientia specialis consideret Deum fol. 4. **Q 5.8.** **V**trum vnum quod est principium numeri differat ab vno quod conuertitur cum ente. 28. **Q 5.9.**
- V**trum Methaphi. possit Deum considerare. 4. **Q 5.9.** **V**trum vnum quod est principium numeri inueniatur in substantijs separatis. 29. **Q 5.10.**
- V**trum ista scientia sit nobilior ex hoc quod non considerat Deum u subiectũ sed ipsum i quãtũ ens. 5. q. 10. **Q 5.10.** **V**trum de vnitare que est principium numeri possit predicari quantitas. 29. **Q 5.11.**
- V**trum causa sit subiectum in Methaphi. 6. **Q 5.11.** **V**trum circa illud principium impossibile est aliquid simul esse & non esse possibilis sit error. 29. **Q 5.12.**
- V**trum sensus preter uite utilitatẽ diligẽtĩ debeant. 9. **Q 5.12.** **V**trum illud principium impossibile est aliquid simul esse & non esse possit demonstrari. 30. **Q 5.13.**
- V**trum probare dilectionem scientie per dilectionem sensus sit probare dilectionẽ scientie per signũ. 6. **Q 5.13.** **Q**uestiones super sextum Methaphisicã. **Q 5.14.**
- V**trum visus sit magis diligẽdus iter oēs sensus. 7. **Q 5.14.** **V**trum substantia de aliquo demonstretur. 30. **Q 5.1.**
- V**trum visus plures rerũ differẽtias nobis ostẽdat. 8. **Q 5.15.** **V**trum esse substantie uel quod est illius sit demonstrabile. 30. **Q 5.2.**
- V**trum Bruta prudentiam habeant. 8. **Q 5.16.** **V**trum Accidentia aliquam habeant entitatẽ. 31. **Q 5.3.**
- V**trum solus auditus sit sensus discipline. 9. **Q 5.17.** **Q**uestiones super septimum Methaphisicẽ. **Q 5.4.**
- V**trum experimentũ sit ex pluribus memorijs. 9. **Q 5.18.** **V**trum substantia sit prior accidente tẽpore. 31. **Q 5.1.**
- V**trum ars generet experimento. 9. **Q 5.19.** **V**trum accidentia habeat diffinitionẽ p additamẽta. 31. **Q 5.2.**
- V**trum Artifex sit melior experto. 10. **Q 5.20.** **V**trum res sit idem cum sua quiditate. 33. **Q 5.3.**
- V**trum Artes Mechanicẽ speculatiuis sint meliores. 10. q. 21. **Q 5.21.** **V**trum quiditatis sit quiditas. 33. **Q 5.4.**
- V**trum sapientis sit omnia scire. 10. **Q 5.22.** **V**trum diffinitio habeat partes. 34. **Q 5.5.**
- V**trum sapia siue Methaphisica sit difficilis. 11. **Q 5.23.** **V**trum particulare mathe. sit in corruptibile. 34. **Q 5.6.**
- V**trum Methaphisica sit certissima. 12. **Q 5.24.** **V**trum particularia possint diffiniri. 35. **Q 5.7.**
- V**trum Methaphisica sit libera uel serua. 12. **Q 5.25.** **V**trum partes quantitatie ingrediatur diffinitionem sui totius. 35. **Q 5.8.**
- V**trum Metha. habeat alias sciẽtias regulare. 13. **Q 5.26.** **V**trum genus indiffinitione ponatur ut mã. 36. **Q 5.9.**
- V**trum substantia suscipiat magis, & minus. 13. **Q 5.27.** **V**trum differentia habeat rationem actualitatis, & dicit quid in actu. 37. **Q 5.10.**
- V**trum ex parte agentis per uoluntatem possit probari mundum esse factum. 14. **Q 5.28.** **V**trum addendo differentiam generi in diffinitione committatur nugatio. 37. **Q 5.11.**
- Q**uestiones super secundum Methaphisicã. **Q 5.12.** **V**trum substantie separate habeant diffinitionẽ. 38. **Q 5.12.**
- V**trum veritas sit possibilis. 19. **Q 5.1.** **Q**uestiones super octauum Methaphisicẽ. **Q 5.13.**
- V**trum veritas habeat esse in ipso intellectu. 15. **Q 5.2.** **V**trum per nomẽ significetur forma aut aggregatũ. 38. **Q 5.1.**
- V**trum aliqua veritas sit in complexa. 15. **Q 5.3.** **V**trum in corporibus celestibus sit materia. 39. **Q 5.2.**
- V**trum veritas, & scientia differant. 6. **Q 5.4.** **V**trum superiorũ & inferiorũ sit eadẽ materia. 36. **Q 5.3.**
- V**trum veritas in cõplexa sit difficilis cognitionis. 16. **Q 5.5.** **V**trum dimensiones interminate precedat formam substantialem in materia. 40. **Q 5.4.**
- V**trum veritas complexa sit difficilis. 16. **Q 5.6.** **V**trum dicte dimensiones terminentur a terminatis. 41. **Q 5.5.**
- V**trum veritas sit possibilis ut cognoscatur. 17. **Q 5.7.** **Q**uestiones super decimum Methaphisicã. **Q 5.14.**
- V**trum difficultas cognitionis sit ex pte nostra. 17. **Q 5.8.** **V**trum mensura & mensuratum sint eiusdẽ gñis. 41. **Q 5.1.**
- V**trum hõ possit separatas substantias intelligere. 19. **Q 5.9.** **V**trum omnia mensurentur minimo sui gñis. 43. **Q 5.3.**
- V**trum hõ p pparationẽ intelligat substantias sepata. 18. q. 10. **Q 5.10.** **V**trum omnium substantiarum sit una mẽsura. 43. q. 4. **Q 5.4.**
- V**trum hõ p quiditates mãliũ intelli. pos. sepata. 19. **Q 5.11.** **V**trum vnum & multa opponantur contrarie. 44. q. 5. **Q 5.5.**
- V**trum hõ p sui intellectiõnẽ intel. pos. sepata. 19. **Q 5.12.** **V**trum ratio mensure Deo proprie competat. 45. q. 6. **Q 5.6.**
- V**trum dignius sit intelligere sepata quã inseparata. 20. **Q 5.13.** **Q**uestiones super duodecimum Methaphisicã. **Q 5.15.**
- V**trum vnione intellectui agẽti intelli. pos. sepata. 20. q. 14. **Q 5.14.** **V**trum effectus sit vnus per vnã materiam. 45. **Q 5.1.**
- V**trum homo in hac vita possit substantias separatas intelligere. 21. **Q 5.15.** **V**trum genitũ a simili & dissimili sint unius spẽ. 49. q. 2. **Q 5.2.**
- V**trum sit aliqua veritas simplex. 21. **Q 5.16.** **V**trum omne quod fit fiat a sibi simili in spẽ. 46. **Q 5.3.**
- V**trum ab una veritate omnia uera possint dici uera. 22. **Q 5.17.**
- V**trum sit status in causis efficientibus. 22. **Q 5.18.**
- V**trum sit status in causis materialibus. 23. **Q 5.19.**
- V**trum sit status in causis finalibus. 24. **Q 5.20.**
- V**trum sit status in causis formalibus. 24. **Q 5.21.**
- V**trum sit eadem dispositio rei in sua veritate & in sua entitate. 25. **Q 5.22.**
- Q**uestiones super quartum Methaphisicẽ.
- V**trum aliqua scientia possit considerare ens secundum

A V R E E S E N T E N T I E T A N Q V A M M E T H A P H I S I C A L E S

regule, ex presenti opere, per Alphabeti
seriem enucleate.



A B S T R A C T I V S in minus ab-
tracto, actualiter intelligitur. fol. 37.
col. 4. litera. E

Abstractum minus potentialiter in ma-
gis abstracto intelligitur ibi.

Actio naturalis. 3. continet. fol. 39. co-
lum. 1. A

Agens est aliquod, quod non est ratio agendi. ibi

Agendi ratio est aliquid, quod non agit ibi

Agens est, quod simul agit, & est ratio agendi ibi. B

Accidens dans bonitatem simpliciter, dat entitatem se-
cundum quid. fo. 1. co. 4. E

Accidentium, quare non est diffinitio. fo. 34. co. 2. E

Accidens commune sequitur materiam. fo. 86. co. 4. E

Accidens proprium sequitur formam. ibidem.

Abstractum ab inferioribus se habet, vt totum. fo. 87.
col. 1. C

Actus de intellectu agente, & substantijs separatis equi-
uocè dicitur. fo. 21. co. 2. H

Accidens, quomodo est ens diminutum. fo. 31. co. 2. G

Accidens, quodlibet per subiectum diffinitur. fol. 31. co-
lum. 4. H

Accidens, quare diffinitur per additamentum. fo. 32. co-
lum. 1. A

Actus & potentia, sunt differentie entis, inquantum ens.
fo. 5. co. 4. G

Agens principale, quare indiget instrumentale. fo. 5. co-
lum. 3. F

Accipere ab alio dupliciter, in regulam vel in obse-
quium. fo. 13. co. 2. F

Anima, quando dominatur corpori. fo. 1. co. 2. G

Auicenna, quod naturalis non probat Deum esse. fo. 3.
col. 1. A

Animalis natura verius reseruat in homine. fo. 3. co-
lum. 1. D

Animal dupliciter, vt genus, et vt pars quiditatis. fo. 22.
col. 1. A

Analogia substantia, suscipit magis & minus. fo. 13. co-
lum. 4. E

Alexandri positio, de intellectu. fo. 18. co. 2. E

Alpharabij positio de intellectu. fo. 19. co. 4. E

Adjuncti generi, que sunt in genere. fo. 22. co. 2. E

Analogum est in vno per naturam alterius. fol. 22. co-
lum. 2. E

Adequatio quadrup. fo. 23. co. 3. A

Analogia tripliciter. fo. 26. co. 1. D.

Analogum ad vnum. 4. modis. fo. 26. co. 2. E

Additum est preter naturam eius, cui additur. fo. 28. co-
lum. 2. F.

Analogia tripliciter. fo. 42. col. 2. G

Appropinquatio ad summum non habet statum. fo. 49
col. 2. F.

Albedo mensura omnium colorum. fo. 42. co. 1. D.

Aristo. dixit mundum productum. fo. 49. co. 1. C

Bonitatem dans simpliciter, entitatem dat secundum
quid. fo. 1. co. 4. E

Bonitas creaturarum ad Deum est, vt punctus ad li-

neam. fo. 5. col. 3. C

Bonitas creata est, ex bonitate increata in ea refulla.
fol. 5. col. 4. F.

Bruta in quibus indigent memoria. fo. 8. col. 4. G

Brutorum prudentia est, eorum memoria. fo. 9. co. 1. A

Bonum triplex in se ad aliud, & ex modo. fo. 10. co. 3. C

Consideratum in scientia, non est idem, quod subiectum
trip. ratione. fo. 3. co. 1. F

Consideratum est scientia dup. potest esse. fo. 4. co. 4. F

Consideratum per accidens, in scientia tripliciter contin-
git. fo. 4. co. 4. F.

Causa quid sit. fo. 6. co. 2. E

Causatum quid sit. fo. 6. co. 2. E

Considerantur in scientia tria. fo. 7. co. 1. A

Canis, quare plures odororum differentias sentit, quam
homo. fo. 8. co. 2. G

Causalitatis ratio per se respicit artem. fo. 9. co. 3. C

Causa triplex propria, impropria & per accidens. fo. 10.
col. 1. A

Causa propria, que sit. fo. 10. co. 1. A

Causa per accidens, que sit. fo. 10. co. 1. A

Cognitio propter quid dup. habet per doctrinam, vel
inventionem. fo. 10. co. 1. B

Certitudo scientie, ex tribus. fo. 12. co. 2. E.

Certitudo in paucioribus locum habet. fo. 12. co. 2. F

Conuenientia cause, & causato prius conueniunt cau-
se. fo. 38. col. 4. E

Celestibus corporibus. 4. attribuuntur. fo. 39. co. 2. E

Celum continet potentiam, & actum. fo. 39. co. 2. E

Celum multiplicabile, per formam non per materiam.
fo. 39. co. 4. F.

Celum continet potentiam puram. fo. 40. col. 3. A

Celum perfecta animalia producere non potest. fol. 46.
col. 4. E

Celi vltimum posse, est animal imperfectum. fo. 46. co-
lum. 4. E

Causa per accidens, respectu agentis, que sit. fo. 22. co-
lum. 4. F

Causa per accidens, respectu effectus, que sit. fo. 23. co-
lum. 1. A

Cognitio completa speciem facit. fo. 24. co. 4. G

Cognitio in completa, genus facit. fo. 24. co. 4. G

Contingentium, quomodo est scientia. fo. 30. co. 2. F

Composito, quicquid competit, ratione partium com-
petit. fo. 39. co. 2. F

Compositum minus materiale, quam pars, fo. 20. co-
lum. 4. G

Celestes dimensiones interminate, non sunt nate termi-
nari a quibuscunque terminatis. fo. 41. co. 4. E

D

Disperatum subiectum, quid sit. fo. 3. co. 2. G.

Deo & inferioribus, nil commune vniuocum. fo. 3. co-
lum. 4. Q

Deus non est maius bonum, cum omnibus bonis, qua
solus. fo. 5. co. 2. E

Diligit vnumquodque naturaliter suam perfectionem.
fol. 6. col. 4. E

Diffinibilia sunt, que directe sunt intelligibilia. fo. 35. co-
lum. 4. E

Tabula

- Differentie. 5. interminatarum dimensionum a terminatis.** fo. 41. c. 3. A
- Diligimus sensus, propter scientiam trip. ratione.** fol. 7. col. 1. A
- Differentia, quelibet ex tribus attendi potest.** fo. 5. co. 1. D
- Disciplinabile dupliciter ut via, vel ut subiectum discipline.** fo. 9. col. 3. A
- Deus simul fecit rem tempus, & locum eius.** fo. 14. co. 3. C
- Deus mundum fecit, quando ordinauit.** fo. 14. co. 4. F
- Difficultas absoluta, ex parte cognoscibilis.** fo. 17. c. 4. H
- Difficultas cognoscendi ex materia.** fo. 17. co. 4. G
- Difficultas cognoscendi ex potentialitate.** fo. 17. co. 4. H
- Difficultas cognoscendi ex nobis.** fo. 18. co. 1. B
- Diuisum, quomodo continetur a diuidente.** fo. 27. co. 4. E
- Demonstrationem duo principaliter ingreditur.** fo. 30. col. 3. D
- Differentia, quare conuertitur cum diffinito.** fo. 32. co. 2. G
- Differentia eorum, que primo vel secundo intelliguntur.** fol. 32. col. 3. D
- Diffinitio, quare solius species.** fo. 34. col. 2. F
- Diffinitionis partes directe, sunt partes rationis.** fo. 34. col. 2. G
- Diffinitionis partes indirecte, sunt partes rei.** fol. 34. col. 2. G
- Differentia est actus tripliciter.** fo. 37. co. 1. B
- Differentia. 4. sortitur.** fo. 37. col. 1. D
- Differentia cum genere, quare negationem non facit.** fol. 37. col. 3. A
- Differentia vltima sola dicit totam substantiam.** fol. 37. col. 4. F
- Differentie intermedie gerunt vicem generis.** fo. 37. col. 4. G
- Deus, quare non est diffinibilis.** fo. 38. co. 2. E
- Dimensiones interminate, precedunt secundam essentialiam.** fo. 41. col. 1. A
- Dimensio terminata non manet.** fo. 41. co. 4. E
- Discretum prius habet partes, quam continuum.** fol. 42. col. 1. B
- Diffinitas triplex.** fo. 43. co. 3. C
- Deo. 4. attribuuntur.** fo. 44. co. 3. A
- Deus proprie est omnium mensura.** fo. 45. co. 3. A
- Distancia a primo habet statum.** fo. 45. col. 3. F
- Deus, quomodo se tantum intelligit.** fo. 45. co. 2. G
- E**
- Efficiens primum, & vltimus finis similiter mouentur.** fo. 2. co. 3. C
- Ens, in quantum ens subiectum methaphi.** fo. 3. co. 1. B
- Ens simpliciter non est absolutum a potentialitate.** fo. 5. col. 4. H
- Experimentum, quid sit.** fo. 9. col. 3. D
- Effectus a voluntate procedit, ut volitus.** fo. 14. co. 3. B
- Ens apud animam, dicitur tripliciter.** fo. 15. co. 1. B
- Ens reale, apud animam tripliciter.** fo. 15. co. 1. C
- Empedoclis positio de intellectu.** fo. 19. co. 2. G
- Equiuocatio est a forma.** fo. 26. co. 1. D
- Ens in potentia, est ens in completum.** fo. 27. co. 3. D
- Ens & vnum conuertuntur, tantum quo ad supposita.** fo. 28. co. 2. G
- Essentialia sunt de primo intellectu.** fo. 32. co. 3. C
- Essentia dupliciter, ut res, & ut quiditas.** fo. 33. co. 4. E
- Esse essentie est proprium vniuersalium.** fo. 35. co. 3. D
- Esse actuale est proprium particularium.** fo. 35. co. 4. E
- Entis differentie, secundum rationem sunt.** fol. 44. co. 2. E
- F**
- Felicitas dup. presens & futura.** fo. 1. co. 1. C
- Felicitas presens politica, & speculatiua.** fo. 1. co. 3. A
- Finis duplex intrinsecus, & extrinsecus.** fo. 1. c. 3. D
- Forma non per se est, nec generatur, sed compositum.** fol. 1. col. 4. E
- Finis dupliciter mouet.** fo. 2. co. 1. B
- Finis quadrupliciter differt ab his, que sunt ad finem.** fol. 2. col. 2. E
- Finis habet rationem principij, que ad finem conclusiue.** fo. 2. col. 2. E
- Finis appetibilis in infinitum.** fo. 2. co. 2. F
- Finem, quis non consequitur propter duo.** fo. 2. co. 2. H
- Finis cognitus statim desideratur.** fo. 2. co. 2. H
- Finis est primum & vltimum.** fo. 2. co. 3. A
- Finis est, quo diliguntur, que sunt ad finem.** fo. 7. co. 1. C
- Femina est preter intentionem nature particularis.** folio 22. col. 4. G
- Finis, quare in omnibus statum habet.** fo. 29. co. 3. B
- Forma ad tria comparatur.** fo. 24. col. 3. D
- Forma vna diuersis rationibus potest intelligi.** fol. 24. col. 4. E
- Forma materialis quelibet finita, quare.** fo. 25. co. 1. A
- Forma in materialis infinita.** fo. 25. co. 1. A
- Faciens diuersitatem in inferioribus, non facit in superioribus.** fo. 25. co. 4. G
- Forma non equaliter saluatur in pluribus speciebus trip. ratione.** fo. 26. col. 1. C
- Forme in eo quod forma, non est forma.** fo. 34. co. 1. A
- Fatigatio est ex motu contra naturam.** fo. 39. co. 2. G
- G**
- Gustus, quare male percipit.** fo. 8. co. 2. G
- Generis multiplicatio est per formam.** fo. 24. co. 4. G
- Genus diffinitionis accidentis est actuale.** fo. 32. co. 4. G
- Genera, quare non diffiniuntur.** fo. 34. co. 2. B
- Genus dicit totum quod species, ideo predicatur de illa.** fol. 36. col. 3. C
- Genus est pars in potentia, & secundum rationem.** fol. 36. col. 4. E
- Genus, quare assimilatur materie.** fo. 36. co. 4. B
- Generis proprietates. 4. que materie competunt.** fol. 36. col. 4. F
- Genus, quare de differentia non predicatur.** fo. 37. co. 2. E
- Genus & species, idem totum dicunt secundum rem.** fol. 37. col. 4. E
- Genericæ forme non respondet realitas.** fo. 41. co. 3. C
- Genus mensure rationem habere non potest.** fol. 42. col. 4. F
- Genita ex putri materia, non sunt eiusdem speciei cum alijs.** fo. 46. co. 3. C
- Genita ex putri materia non generant.** fo. 46. co. 4. B
- H**
- Humana scientia, quelibet est de sensibilibus aequaliter.** fol. 4. col. 1. S
- Homo mortuus, quare dicitur homo equiuoce.** fol. 31. col. 2. H
- I**
- Intellectus est informandus specie sicut materia forma.** fol. 6. col. 4. F
- In moratio sensus impedit intellectum.** fo. 7. co. 2. F
- Instrumentum, quod magis diligendum sit.** fo. 7. co. 4. G
- Instrumentum est medium, inter agens & opus.** fol. 9. col. 2. E
- Instrumenti actio est dup.** fo. 9. col. 2. F
- Immaterialitas est causa, non aliter se habendi.** folio. 12. col. 2. F
- Immaterialitas dup. per maiorem accessum & minorem recessum.** fo. 12. co. 2. G
- Intellectus non decipitur circa commune.** fo. 12. co. 4. G
- Incorruptibile substantie etiam suscipiunt magis & minus.** fol. 13. col. 4. H
- Intellectus humanus. 6. modis accipitur.** fo. 20. co. 3. B
- Intellectus agens est ars intellectus sensibilis.** folio. 22. col. 1. A
- Intellectus vnica specie actuatur.** fo. 21. co. 1. B

Intellectus

- Intellectus agens est, vt candelae substantia separata, vt fol. fol. 21. col. 2. F.
- Intellectus possibilis, quomodo est omnia fieri. folio. 21. col. 3. A
- Ingenitum tripliciter. fo. 29. col. 1. B
- Idem alteri aliquid dupliciter esse contingit. folio. 33. col. 2. F
- Implicare accidens tripliciter contingit. fo. 33. col. 2. G
- Inferiorum predicata, quare non sunt abstracta. folio. 33. col. 3. H
- Indiuidua apud philosophum, frequenter dicuntur species a thome. fo. 35. col. 3. B
- Intelligibilis substantia, que sit. fo. 36. col. 1. A
- Intelligibile, quodlibet est per formam. fo. 36. col. 1. D
- Infinium & finium, quomodo quantitati congruunt. fol. 38. col. 1. C
- Intellectus nullus puram habet potetiam. fo. 40. col. 2. H
- Interminate dimensiones inferiorum, nate sunt terminari a quibuscunque terminatis. fo. 41. col. 4. F
- Indiuisibile dupliciter, natura & voluntate. fo. 42. col. F
- Intellectus, quare dicitur umbra intelligentie. folio. 46. col. 4. E
- L
- Leo & homo, quomodo non sunt vnum animal. fo. 11. col. 2. H
- Liber differt a seruo tripliciter. fo. 12. col. 3. C
- Lumen solis tripliciter sumitur. fo. 21. col. 3. C
- Lumen diuinum, tripliciter sumitur. fo. 21. col. 3. D
- M
- Moralia scire, parum est ad virtutem. fo. 11. col. 4. G
- Methaphisica non est finis apud omnes. fo. 2. col. 3. D
- Methaphisica de Deo considerat per accidens ex parte nostra. fo. 4. col. 4. H
- Media ad finem sunt, que ipsius sunt causa. fo. 7. col. 1. B
- Media ad finem, propter finem diliguntur. fo. 7. col. 1. C
- Methaphisica inquirat naturam substantiarum & accidentium. fol. 7. col. 2. G
- Melius est, quod finis est propinquius. fo. 10. col. 2. F
- Methaphisica considerat, que alie scientie particulares. fo. 11. col. 2. F
- Mundum precessit tempus imaginarium. fo. 14. col. 4. B
- Mathematicus non abstrahit a quanto. fo. 18. col. 4. F
- Materiale nullum simpliciter est vnum. fo. 22. col. 1. D
- Materiam primam dari, tripliciter probatur. fo. 23. col. 3. B
- Materia equiuoce, qualiter de superiori dicitur & inferiori. fo. 24. col. 1. A
- Materia ab eterno producta naturaliter loquedo. fo. 24. col. 1. C
- Materia, quomodo primo recipit formam vniuersalem. fo. 25. col. 3. B
- Materia dicit partem, ideo non predicatur. fo. 36. col. 3. C
- Materia dat esse finium. fo. 38. col. 1. D
- Mixtum ex elementis, quodlibet est graue. folio. 39. col. 2. G
- Materie prime pluralitas, deorum infert pluralitatem. fol. 40. col. 2. G
- Materie vnitas, est vnitas per indifferentiam. folio. 40. col. 3. A
- Mensura per reiterationem, que sit. fo. 41. col. 1. C
- Mensura per cognitionem, que sit. fo. 41. col. 1. D
- Mensure vnitas impedit tripliciter. fo. 93. col. 1. B
- Mensura per se omnium est vna. fo. 43. col. 2. E
- Mensura per accidens, omnium est multiplex. folio. 43. col. 2. E
- Mensura, ad tria genera transfertur. fo. 43. col. 3. B
- Mensura successiuorum, que sit. fo. 43. col. 3. B
- Mensure ratio, que sit. fo. 43. col. 3. D
- Morus primus mensura est omnium. fol. 43. col. 4. E
- Minimum in genere, est mensura aliorum. fo. 44. col. 1. B
- Multitudo tria predicamenta ingreditur. 44. col. 4. G
- Mensura secundum impositionem, & secundum significationem. 45. col. 2. G
- Mensure ratio, quo ad significatum, primo reperitur in Deo. 45. col. 4. E
- Methaphisica docet substantias separatas doctrina, quia fol. 21. col. 4. G
- Mensure ratio, quo ad impositionem, primo indiscretis. fol. 45. col. 4. E
- Mensure ratio est continere, non contineri. 45. col. 4. F
- Multitudo triplex. 45. col. 1. B
- N
- Naturalia se habent ad primum, vt sagipra ad sagiptan tem. 3. col. 1. B
- Natura dupliciter. 45. col. 2. G
- Naturale dicitur aliquid tripliciter. 2. col. 1. B
- Naturalis & Mathematicus, quomodo abstrahunt. 5. col. 2. H
- Noctua cur solem videre non potest. 21. col. 1. D
- Nugatio, quot modis contingat. fo. 37. col. 3. B
- Notiora nobis, quomodo confusa sunt. 22. col. 1. B
- Nomen prius significat formam. 39. col. 1. B
- Nomen, quomodo prius significat aggregatum. 38. col. 9. G
- Nomen prius, significat formam totius. 39. col. 1. B
- Natura non potest, super multum & paucum. 41. col. 2. F
- Natura in quibus differt ab arte. 41. col. 2. F
- Numerus & forma, e contrario se habent. 44. col. 3. B
- O
- Omnia sunt diffinibilia diffinitione communi. 35. col. 1. C
- Omne factum habet quiditatem. 19. col. 2. G
- Opus intellectus speculatiui, quod sit. 1. col. 3. A
- Opus intellectus practici. 1. col. 3. A
- Ociosum tres habet condiciones. 27. col. 2. E
- Obiectum veritatis est complexum. 15. col. 4. H
- P
- Phantasma medium est, inter materiale & abstractum fol. 6. col. 4. G
- Pueri, cur bene memorantur. 9. col. 4. G
- Principalis est, quod propinquius cui ordinatur. fol. 10. col. 2. E
- Potentia superior, plura cognoscit. 11. col. 1. D
- Prudencia regular intellectum practicum. 1. col. 3. A
- Predicamenta, sunt principales partes entis. 3. col. 1. B
- Phantasmata in proportionabile est in intelligibile. 17. col. 3. C
- Phantasma est causa notitie. 18. col. 1. C
- Processus infinitus, vbi negandus. 23. col. 1. C
- Prius est, quod est propinquius extremo. 23. col. 3. B
- Posterius extremo distantius. 23. col. 3. B
- Passiones entis, quomodo non distinguuntur ab ente. 25. col. 3. C
- Platonis positio, de vnitate & bonitate. 27. col. 3. C
- Platoniorum positio, de numeris. 39. col. 2. G
- Punctus, quid sit. 29. col. 1. B
- Positio, quid sit. 29. col. 1. B
- Principiorum error, tria petit. 29. col. 4. H
- Principium primum non subinet errorem. 30. col. 1. B
- Propositiones per se non primo, que sint. 30. col. 2. G
- Propositiones per se primo, que sint. 30. col. 2. G
- Propositiones immediate ex terminis. 30. col. 2. G
- Prius potest abstrahi a posteriori, quomodo. 34. col. 4. F
- Particularia diffiniuntur in vniuersalibus. 35. col. 1. C
- Potentia non distinguit. 35. col. 2. F
- Particulare, quomodo differt a specte. 35. col. 2. H
- Particularia distinguuntur accidentaliter per formam. fol. 35. col. 3. C
- Particularia, quare non diffinibilia. 35. col. 1. C
- Partes essentielles, que sint. 106. col. 1. B
- Partes

- Partes materiales, que sint. fol. 36. col. 1. C
- Partes omnes habent esse receptum. fo. 38. co. 2. F
- Principia, nec in genere, nec extra genus sunt, quomodo. fol. 92. col. 2. E
- Primum est semper simplicius in genere. fo. 44. co. 2. G
- Platonici ab intelligibilibus, ad sensibilia procedunt. fol. 46. col. 1. B
- Peripatetici a sensibilibus, ad intelligibilia ambulant. fol. 46. col. 1. B
- Primum infinite, distat a creatura. fol. 46. co. 2. F
- Perfectio naturalis hominis, sibi simile generare. fo. 46 col. 3. D
- Perfecta sunt semper eiusdem speciei. fo. 46. co. 3. C
- Productio vniuoca tria exigit, secundum Alexan. fo. 46 col. 4. H
- Q**uiditatem non habere equiuoce dicitur. fo. 20. co. 1. B
- Quando standum sit in primo, si non datur vltimum. fol. 28. col. 1. C
- Quantitas dupliciter consideratur, vt in se & vt per se. fo. 28. col. 4. F
- Quantitas discreta, prior continua. fo. 29. co. 1. A
- Quiditas vt quiditas, quiditatem non habet. folio. 33. col. 4. H
- Quantitas alta, secundum essentiam, alia secundum actum. fo. 34. co. 4. F
- Querere propriam formam est, querere propriam definitionem. fo. 35. co. 2. E
- Qualis forma, talis operatio. fo. 35. co. 3. A
- Quantitative partes sunt etiam, propter formam. fo. 36 col. 1. C
- Quiditatibus tria competunt. fo. 39. co. 3. B
- Quantitates interminate, & terminate que sint. fol. 42. col. 2. E
- Quantitas terminata & interminata, quomodo differunt. fo. 42. co. 4. E
- Quantorum, que sit mensura. fo. 43. co. 4. F
- Qualium, que sit mensura. fo. 43. co. 4. F
- R**
- Regula omnium scientiarum methaph. fo. 13. co. 1. C
- Regulans debet esse perfectum. fo. 1. co. 2. H
- Ratio in scientia dupliciter sumitur. fo. 5. co. 1. B
- Reubarbari qualitas. fo. 10. co. 1. C
- Regula est vera in vniuersali, fallit in particulari. fo. 10. col. 2. G
- Res ipse scientie nostre sunt mensura. fo. 22. co. 2. H
- Ratio infiniti potentialitas. fo. 22. co. 4. F
- Ratio diuersa exclusionem tollit. fo. 27. co. 3. B
- Ratio vnius in diuiso. fo. 28. co. 2. G
- Ratio entis ipsum esse. fo. 28. co. 2. G
- Relatiuum non est de essentia alterius. fo. 32. co. 4. E
- Rationale non significat hominem. fo. 33. co. 1. B
- Ratio partis est minus includere. fo. 33. co. 3. A
- Receptum sequitur naturam recipientis. fo. 40. co. 4. E
- Relatio secundum rem, est in altero secundum rationem. fol. 45. co. 1. B
- S**
- Sapientia regulat intellectum speculatiuum. fo. 1. c. 3. A
- Substantia dat entitatem simpliciter, bonitatem, secundum quid. fo. 1. co. 4. F
- Sapientiam esse in Methaphisica, non omnes sciunt. fol. 2. co. 3. D
- Scientiarum, genera quinque. fo. 2. co. 4. G
- Subiectum principale, in scientia dup. primo & exconsequenti. fol. 3. co. 1. D
- Scientiarum differentia, ex duobus accipitur. fo. 3. c. 2. G
- Scientia duo habet a subiecto, quod sit scientia, et quod sit vna. fo. 3. co. 4. O
- Scientia, quelibet abstrahit. fo. 3. co. 4. O
- Scientie diuersantur, secundum abstractionis gradus diuersos. fo. 3. co. 4. P
- Scientia potest aliquid, quatuor modis considerari. fo. 4 col. 2. V
- Sapientis condiciones sex. fo. 4. co. 3. D
- Subiectum in scientia, quid sit. fol. 6. co. 2. F
- Sensus duplici causa diliguntur. fo. 6. co. 4. F
- Sensus effectiui, sunt scientie. fo. 7. col. 2. H
- Silogismi, quomodo destruuntur per signa. fo. 6. co. 3. A
- Sensus sunt anime instrumenta. fo. 6. co. 4. E
- Speculative sunt meliores, quia ordinantur ad bonum anime. fo. 10. co. 3. D
- Scientie particulares, quare dicuntur particulares. fol. 11. col. 2. G
- Sensus non cognoscit, nisi accidens. fo. 11. co. 4. E
- Sensus interioris obiectum est quantum. fo. 11. co. 4. F
- Sensus exterioris, obiectum est quale. fo. 11. co. 4. F
- Separata tantum priuatiue cognoscuntur. fo. 11. co. 4. G
- Scientia quelibet quatuor continet. fo. 12. co. 1. C
- Serui condiciones. fo. 12. co. 3. C
- Substantia est analogum & vniuocum. fo. 13. co. 4. E
- Substantia, que est genus suscipit magis & minus. fo. 13 col. 4. F
- Scientia, quomodo differt ab alijs habitibus. fol. 16. col. 2. F
- Species nostri intellectus, & separatarum substantiarum tripliciter differunt. fol. 20. co. 1. C
- Substantias separatas cognoscimus, vt sunt caule. fo. 21. col. 4. G
- Specabilia habent primū, non vltimum. fo. 24. co. 3. B
- Speciei multiplicatio, est per materiam. fol. 24. co. 4. G
- Scientia, quatuor ex subiecto sortitur. fo. 25. co. 2. H
- Sensus cognoscit, sub ratione communi. fo. 25. co. 4. F
- Specialis scientia nulla, considerat analogum. fo. 25. col. 4. H
- Sanum est vniuocum, ad animal. fo. 26. co. 4. G
- Sensus & intellectus, primo feruntur in totum. fo. 28. col. 4. F
- Substantia de principijs dicta, analoga est. fo. 29. co. 4. E
- Substantia, quomodo accidentia precedat. fo. 31. co. 4. E
- Subiectum in diffinitione est, quid potentiale. fol. 32. col. 2. E
- Subiectum non est de essentia passionis. fo. 32. co. 4. E
- Sensibilis substantia, que sit. fo. 36. co. 1. A
- Species dicit totum, per modum forme & materie. fol. 37. col. 2. F
- Separatum a materia vt sic, est in infinitum. fol. 38. col. 2. E
- Simplicium substantiarum non est proprie diffinitio. fo. 38. col. 2. E
- Species essentialem non habet ordinem. fo. 40. co. 2. F
- Species rationem mensura habere potest, non genus. fo. 42. col. 4. F
- Substantiarum, quare sit vna mensura omnium. accidentium non. fo. 44. co. 1. C
- Summum bonum, quare datur. fo. 46. co. 2. H
- Summum malum, quare non datur. fo. 46. co. 2. H
- Summa infimorum, attingunt infima summorum. fol. 46. col. 3. D
- Species nulla fit a casu. fo. 47. co. 1. A
- T**
- Tactus, quare non omnium tangibilium, cognoscit differentias. fo. 6. co. 2. F
- Themistij positio, de intellectu. fo. 20. co. 2. F
- Tam accidentia, quam substantie, ad primum sunt analogi. fo. 26. co. 4. E
- Tantum vum est, quomodo est vera. fo. 27. co. 3. A
- Transcendens a non transcendentibus, differt in duobus. fo. 28. col. 1. A

Tota diffinitionis ratio est forma. fo. 35. col. 1. D
 Totum non intelligitur in parte. fol. 37. co. 3. C
 Totum & pars locum non habent in simplicibus. folio 38. col. 2. G
 Terminata dimensio non manet. fo. 41. co. 4. E
 Terminate & interminate dimensiones, differunt realiter & essentialiter. fo. 41. col. 4. E
 Transfertur mensura ratio ad non quanta. fo. 42. c. 2. G
 Translato subiecto, transferuntur proprietates. fol. 45. col. 3. A

V

Voluntas, quomodo sumitur, vt ratio & vt natura, fo. 2. col. 2. F
 Visus propter tria, maxime diligendus. fo. 7. co. 4. G
 Visus plures rerum differentias ostendit tribus rationibus. fol. 8. col. 1. E
 Visus cur melius iudicet, quam sensus alij. fo. 8. col. 2. H
 Vniuersalis natura, in pluribus deficere non potest. fo. 9. col. 2. E
 Voluntas, quid sit. fo. 14. co. 2. F
 Voluntas & intellectus tempore se consequuntur. fo. 14. col. 2. F
 Voluntas eterna, potest velle temporalia. folio. 14. col. 2. G
 Veritatem dari tribus rationibus probatur. folio. 14. col. 4. H

Veritas est habitus. fo. 15. col. 1. C
 Veritas quelibet, est in complexa. fo. 15. co. 14. F
 Veritas cur difficilis cognitionis sit. fo. 26. co. 3. C
 Veritas in complexa facili cognitu. fo. 26. co. 4. F
 Veritas complexa difficilis cognitu, trip. ratione. fol. 26. col. 4. G
 Verum simpliciter est vnum. fo. 22. co. 1. C
 Veritas quadruplex. fo. 22. col. 3. A
 Vnum in forma, est vnum predicatione. fo. 26. co. 4. B
 Vnum principium numeri, de genere quantitatis. fo. 27. col. 2. F
 Vnum addit enti, quid rationis. fo. 28. co. 1. D
 Vnitas, quid sit. fo. 29. col. 1. B
 Vera sunt multa per se, falsa per accidens. fol. 31. col. 4. E
 Vnitas forme tantum in specialissimo. fo. 35. co. 2. G
 Vniuersalia, secundum esse proprium incorruptibilia. fo. 35. col. 4. E
 Vnitas materie est per alternam transmutationem. fol. 39. col. 3. A
 Vnitas materie est vnitas analogie. fo. 39. co. 3. A
 Vnitas dupliciter comparatur ad numerum. fo. 42. col. 1. C
 Vniformitas motus tria postulat. fo. 43. col. 4. E
 Vnum, quod in principium numeri, dicit positionem. fol. 45. col. 3. C
 Vnum oppositum multo dicit relationem. folio. 45. col. 1. C

F I N I S.

QUESTIONES METHAPHYSICALES AUREE DOCTORIS

FUNDATISSIMI DOMINI AEGIDII ROMANI BIVERICENSIS ARCHIEPISCOPI ORDINIS DIVI AVGVSTINI.
QUESTIO PRIMA.



MNES
homines natura
scire desiderant
signum autem
est sensuum dilectio
præter enim
utilitatem pro-

pter seipfos diliguntur & maxime aliorum qui est per oculos. Non enim solum ut agamus sed & nihil agere debentes, ipsum uidere præ omnibus (ut ita dicam) alijs eligimus.

in sua perfectione essendi hæc autem perfectio non est aliud quam eius felicitas.

Dicendum igitur cum omnibus philosophis qui de felicitate locuti sunt qui etiam cum Aristotele conueniunt in primo ethico quod optimum & pulcherrimum & delectabilissimum est, felicitas bonum autem ut ibi habetur non est sine actione & quanto aliquid est melius tanto eius operatio est excellentior actio autem optima non est nisi ab optima uirtute & non a naturali nam uel esse communis & tunc in esset felicitas animalibus contra philosophum. i. ethico. decenter neque bouem neque equum neque aliquid tale felix esse dicimus nec a uirtute naturali homini propria esset enim omnis homo felix erit ergo felicitas operatio uirtutis acquisite optime que non est nisi speculatio ideo. 10. ethico. concludit aliorum animalium ab homine nullum esse felix quia speculatione non communicat. sed felicitas duplex est enim quedam felicitas que summe & simpliciter est felicitas sicut illa quam boni expectant in futuro post presentem uitam, & de ista non intendimus ad presens, nec de ista loquitur philosophus. Alia est felicitas que summe & simpliciter non est felicitas, & est illa que ex puris naturalibus acquiri potest, & ista est possibilis in presenti uita, et de hac loquitur philosophus & nos loqui intendimus. **C** Et tunc dico quod ista felicitas seu beatitudo hominis non consistit nisi in ultimo ipsius hominis, & cum homo habeat in se duo scilicet corpus & animam, & in habentibus naturam rectam, anima dominatur corpori sicut dicit philosophus in primo politico, in habentibus naturam peruersam, corpus dominatur anime, sicut dicit ibidem. Dico ergo quod felicitas hominis non consistit in bonis corporis, sed in bonis anime sicut dicitur primo moralium, & cum ipsi anime insint uirtutes & potentie, & etiam ipsi habitus. Dico sicut philosophus ait, quod beatitudo hominis non consistit in potentijs anime, quoniam sicut unus homo habet intellectum & potentiam anime, ita & alius homo, ideo beatitudo non consistit in potentijs anime, nec in habitibus anime, quoniam homo iustus & homo iniustus non differunt penes habitus, sicut dicitur in primo moralium in fine, quod homo felix non differt ab homine misero per dimidium sue uite, ut patet in dormientibus ut dicitur ibidem, nisi pertransierit quidam motus sicut dicit philosophus. Unde phantasmata hominis felicitas meliora sunt quam phantasmata miseri. **C** Et ideo dico quod consistit in operatione anime, & hoc dicit philosophus quod felicitas est operatio anime et quod consistit in ultimo ipsius hominis quod est finis & optimum eius, & uirtus est ultimum potentie. Dico ergo quod felicitas est operatio anime secundum uirtutem, & cum uirtus anime secundum quam consistit felicitas debeat esse regularis in quantum huiusmodi. Omne autem regulans secundum quod huiusmodi est

Argum. 1.



IRCA istam scientiam primo queritur utrum methaphisica sit finis uel beatitudo ipsius hominis, & uidetur quod non quoniam finis est melior his que sunt ad finem, sed methaphisica non est melior ipso homine probatur, quia methaphisica est accidens nullum autem accidens est melius substantia, ergo. **C** Preterea arguitur sic. Non est beatitudo hominis quod non conuertitur ad uirtutem, sed methaphisica non conuertitur ad uirtutem, ergo Maior patet per philosophum secundo moralium ubi dicit quod scientia aut parum aut nihil conuertitur ad uirtutem. **C** Preterea non est beatitudo seu finis ipsius hominis, quod potest auferri ab homine, sed methaphisica potest auferri ab homine ergo. Maior uidetur esse uera, minor patet per dictum philosophum Tertio de anima ubi dicit quod intellectus non reminiscitur post mortem, ergo.

Argum. 2.

Cap. 4.

Argum. 3.

T. 60. 20.

Preterea felicitas est per se bonum sufficiens, ideo dicitur primo ethico. felicitas maxime uidetur per se eligibilis et subdit hanc enim semper eligimus propter se & nunquam propter aliud uiuetur enim per se sufficientiam habere perfectum enim bonum per se sufficiens uidetur esse nunc autem methaph. non est per se sufficiens bonum, multa enim necessaria extrinseca requirit unde ph. decimo ethico. sapientiam habenti opus erit exteriori prosperitate corpus sanum esse cibum & reliquum famularum existere.

Felicitas duplex.

D

Cap. 10. Cap. 2. com 38.

In oppositum est philosophus in primo methaphisico. & 4. ethico. dicens quod sapiens maxime est, felix methaphisicus autem est sapiens ut patet in hoc prologo idem a ferere uidetur commenta. in. 12. huius dicens quod homo per acquisitionem huius scientie inuenitur

E

cap. 11.

F

cap. 12.

cap. 10.

G Anima qua dominatur corpori.

Ante dimidium diu. cap. 15.

cap. 16.

H

A

Cap. 14. in quarto cap. 19.

Opus intellectus speculatiui et practici.

Sapientia regulat in intellectum speculatiuum.

Prudentia regulat in intellectum practicum.

Felicitas presens duplex.

A perfectum, & omne regulatum est imperfectum. Dico ergo quod felicitas non consistit secundum vnamquamque virtutem anime, sed secundum virtutem perfectam. Est igitur felicitas operatio anime secundum virtutem perfectam, ut dicitur primo ethicorum & Quarto: & cum sint in nobis duo genera scilicet agibilia & speculabilia, & secundum hoc habeamus duplicem intellectum, practicum & speculatiuum. Speculatiuum, cuius est considerare de speciebus tantum: & practicum cuius est considerare de agibilibus tantum, & propter hoc duplex est virtus intellectualis perfecta & regularis. alia scilicet prudentia que regulat & perficit intellectum practicum, & alia scilicet sapientia que regulat & perficit intellectum speculatiuum, & propter hoc philosophus distinguit duplicem felicitatem scilicet politicam, & speculatiuam, & felicitas politica siue ciuilis est operatio anime secundum virtutem perfectam, que est prudentia, felicitas autem speculatiua est operatio anime secundum virtutem perfectam que est sapientia, & ad istam felicitatem speculatiuam ordinatur alia felicitas scilicet ciuilis, & ideo methaphisica est finis siue beatitudo hominis. loquendo de felicitate quam potest homo sibi acquirere in hac presenti vita ex puris naturalibus.

B Est autem notandum quod differt felicitas vite presentis quam naturalibus utribus consequimur a felicitate vite future quoniam felicitas vite presentis consistit in habitu sapientie quo ad felicitatem speculatiuam uel prudentie quo ad politicam dicit enim phis. primo ethi. quod felicitas humanam est bonum continuum & intransmutabile nunc autem ita est quod non semper speculari possumus prima principia, sed intellectus noster aliquando quiescit a tali consideratione propter humana negocia uel saltim in somnijs, ideo in vita presentis dicitur homo felix quantum ad habitum sapientie vel saltim principiorum quia potest in actum exire quando uult ideo dicit commentator secundo de anima & Tertio eiusdem quod habitus est quem quis habens potest exire in actum quando uult nisi impediatur felicitas autem vite future consistit in actualem operationem id est fruitionem in uituam ipsius diuine essentie sicut felicitas intelligentiarum. Ex superius dictis sequitur quod ista scientia sit omnibus alijs dignitate prior ordo namque scientiarum ut dicit philosophus primo de anima et primo poste. ex ordine scilicet accipitur hec autem scientia considerat primas causas & principia abstracta oibus entibus digniora, ut habetur, duodecimo huius tex. co. vige simononi & trigessim non est aut prior ordine doctrine vel temporis non enim primo docetur sed ad ipsam omnes alie ordinantur & licet in ea determinetur de primis principijs doctrine que ut dicitur Quarto meth. sint quibus aliquis facilius ad discit & faciliora sint ordine doctrine priora in hoc autem tractetur de communissimis ut de illo non contingit idem simul esse & non esse ut patet in isto Quarto non tamen de illis determinatur ut declaratur, sed quo ad eorum conditiones & proprietates ut quod sint tamquam locus ianue et quod necesse est illa quamlibet docendum habere.

C Tunc ad rationes. Ad primum videtur mihi quod ad solutionem prime rationis distinctio duplex habeat locum, dicendo quod duplex est finis. quidam finis est per se existens, & talis finis dicitur perfectus, non quia sit solum ratio perfectionis aliorum, sed dicitur perfectus quia habet in se ipso perfectionem summam & perfectam, & talis finis per se existens non est coniunctus agenti id est non inherens

Ad prim.

Finis duplex.

D

E Forma non per se est nec generatur sed composita.

Dans entitatem simpliciter dat bonitatem secundum quid

ei cuius est finis, qui est deus ipse qui est finis aliorum. **C** Est autem alius finis qui non est per se existens, sed est coniunctus agenti, & talis finis dicitur perfectus non quia habeat in se perfectionem, sed quia est ratio perfectionis aliorum, & perfectio in isto fine et in altero inuenitur quasi equiuoce, & est simile de forma sicut forma dicitur esse ens, non quia habeat esse per se, quia tunc generaretur quod est falsum. nam compositum generatur, sed dicitur esse ens, quia est ratio essendi eius cuius est forma. **C** Est autem alia distinctio quia licet bonum dicatur multipliciter sicut & ens, tamen bonum dicitur secundum rationem contrariam ipsi enti aliquo modo nam illud quod dat entitatem simpliciter dat bonitatem secundum quid, & illud quod dat bonitatem simpliciter, dat entitatem secundum quid, sicut patet de anima, nam anima dat entitatem simpliciter, dat tamen bonitatem secundum quid. nam ex hoc quod homo est homo non habet quod sit bonus simpliciter, sed secundum quid, unde non dicitur de homine virtuoso quod sit bonus sine additione, sed quod est bonus eo quod est homo, sed ipse virtutes sicut prudentia & sapientia dant bonitatem simpliciter & entitatem secundum quid. Nam ex hoc quod homo est iustus vel prudens non habet homo entitatem simpliciter sed secundum quid.

Ad prim.

C Tunc ad rationem cum dicitur quod finis est melior his que sunt ad finem. Dicitur quod si capitur finis per se existens ratio concludit nam deus est finis hois per se existens melior ipso & omnibus que sunt ad ipsum ordinata sed non sic dicitur quod methaphisica sit finis hominis si aut capiatur finis in existens homini dicitur quod sicut anima dicit entitatem simpliciter & bonitatem secundum quid ita methaphisica e conuerso dicit bonitatem simpliciter & entitatem secundum quid non inconuenit ergo quod accidens dicat bonitatem simpliciter & entitatem secundum quid & substantia dicat entitatem simpliciter & bonitatem secundum quid.

F

Ad secundum.

C Ad secundum patet solutio cum dicitur illud non est beatitudo hominis siue felicitas quod parum confert ad virtutem. Dico quod non quecunque scientia confert ad virtutem, sicut scire quid sit iustitia, quid castitas, unde multi sunt qui volunt scire quid est castitas, quid iustitia, nolunt tamen operari illa sed sunt similes infirmis uolentibus audire consilia medicorum, nolentibus tamen facere secundum consilia eorum, et de istis dicit philosophus, quod sicut isti non habent corpus bene dispositum ad audiendum consilia medicorum, sic nec alij habent bonam dispositionem, quia volunt scire quid sit virtus scilicet iustitia quid castitas, et tamen nolunt operari secundum hec. Sed ipsa felicitas siue metha. est ipsa virtus, ideo non concludit ratio nisi de virtutibus moralibus et non intellectualibus cuiusmodi est metha. **C** Ad aliud cum arguitur quod potest auferri ab homine ergo &c. bene arguitur quod non sit summa & perfecta felicitas, sed quod non sit felicitas quam homo acquirere possit ex puris naturalibus non arguitur.

Accidens potest dicere bonitatem simpliciter entitatem secundum quid substantia e contra.

Ad secundum.

2. eth. c. 4.

C

Sire moralia parum ad virtutes.

Ad tertium.

Cap. 8.

Ad quartum dicitur quid ad acquirendam felicitatem multa requiruntur & ut sic nemo sibi ipsi est sufficiens sed acquisita ipsa felicitate dicimus quod est sufficiens quo ad animi quietem non tamen excluduntur propter hoc alia corporalia que ad illam faciunt habendam.

Ad 4.

cap. 10.

H

Ar. prim. cap. 6.

Questio. II. **VERITUR** Vtrum vnumquodque naturaliter sexatur in suam finem

A nem, & videtur quod non dicit enim Aristo. in Ter-
 tio moralium ponens differentiam inter voluntatem
 & electionem quod voluntas est finis, electio est eo-
 rum que sunt ad finem. Est enim electio quasi con-
 clusio & finis consilij, postquam ho consiliatus est quid
 sit eligendum de aliquo. Tunc eligit alteram parte
 & ea prosequitur, ex hoc arguitur sic. Si ergo volūtas
 differt a natura, tunc agere volūtatē dicitur ab agere
 nature & ulterius desiderare ipsius volūtatē differt
 a desiderare ipsius nature. Cū ergo naturaliter suū fi-
 nem desideret voluntas igitur non naturaliter desi-
 derat suum finem, sed voluntarie ergo. ¶ Preterea
 philosophus 9. methaphisice distinguit potentias na-
 turales a potentijs rationalibus, & dicit quod po-
 tentie naturales determinate se habent ad vnum po-
 tentie vero rationales se habent ad opposita. Si ergo
 potentie naturales differunt a potentijs rationalibus
 ergo & agere potentiarum naturalium differt ab agere
 potentiarum rationalium, quia potentie naturales
 agunt naturaliter, potentie vero rationales agunt ra-
 tionabiliter, cum ergo voluntas sit potentia rationa-
 lis voluntas desiderabit rationabiliter.

In oppositum est Arist. in Terio moralium vbi dicit
 quod vnumquodque naturaliter vult finem suum.
 Ad intelligentiam huius questionis est primo intelli-
 gendum quod duplex est finis, nam omnis finis mo-
 uet per cognitionem, aut ergo per cognitionem que
 est in ipso fine, aut per cognitionē que est in eo quod
 mouetur, verbi gratia primum principium, siue pri-
 ma causa: que in didit tales naturas ipsius rebus, ut tē-
 dant directe in suum finem: est finis omnium mouēs
 alia per cognitionē que est in ipso. Vnde sicut contin-
 git arguere quod est aliquis sagiptator cognoscens ip-
 sum signum, & dirigens ipsam sagiptam in ipsum si-
 gnum, cum sagipta signum non cognoscat ex hoc
 quod vadit directe in signum, sic in rebus nature
 contingit quod cum nature particulares non cogno-
 scant ipsum finem ut directe tendant in ipsum. Con-
 ringit arguere & demonstrare quod est aliquod uni-
 uersale dirigens naturas particulares in suos fines, &
 ipsos cognoscens sicut architenens signum cognoscit
 & talis finis est prima cā & est finis oīm & istum fi-
 nem omnia appetūt & desiderant, & de isto fine nō
 est presens intentio, sed de alio fine qui mouet per
 cognitionem que est in mobili est presens intentio.
 Sicut patet in his que rationabilia sunt, pomum mo-
 uet hominem non per cognitionē que est in ipso, sed
 per cognitionem que in homine de hoc queritur er-
 go. Vtrum scilicet vnumquodque naturaliter ferat
 ad suum finem. ¶ Pro quo est intelligendum quod
 tres propositiones solent dici de naturali. Prima est
 quod illud quod est naturale non admittit suum con-
 trarium, sicut ait philosophus in post predicamentis
 quod cui vnum contrariorum inest naturaliter sibi
 oppositum contingere non potest. ¶ Alia propositio
 est quod illud quod est naturale est vno modo & non
 pluribus modis. ¶ Tertia propositio est quod per il-
 lud quod est naturale siue a natura nos acquirimus
 illud quod non inest nobis a natura, sicut ea que fa-
 cimus per artem sicut per manum que est organum
 organorum: ut patet Terio de anima, nos acquiri-
 mus nobis illa que in sunt per artem. Vterius est in-
 telligendum quod differentia est inter finem & ea
 que sunt ad finem, sicut ostendit philosophus in pri-
 mo politicorum, & est valde notabile, dicit ibi quod
 finis appetibilis est in infinitum, non enim introdu-
 cit medicus aliquam sanitatem in infirmo, quin ad-
 huc meliorem veller introducere, sed ea que sunt ad
 finem non sunt appetibilia in infinitum. Sed appe-

tuntur secundum proportionem & ordinem quem
 habet ad finem, ut patet de medico, nam medicus
 non dat infirmo quamcunque potionem, siue flebo-
 thomiam quam posset sibi dare, sed secundum quod
 est necessarium ad finem consequendum scilicet ad
 sanitatem, ideo finis est appetibilis in infinitum, ea
 que sunt ad finem non. ¶ Ex ista differentia potest
 patere triplex differentia inter finem & ea que sunt
 ad finem, quoniam ex hoc quod finis est appetibilis
 in infinitum ea que sunt ad finem nō, sequitur quod
 finis non admittit contrarium, ea que sunt ad finem
 cum non sint appetibilia in infinitum per omnem
 modum appetibilitatis bene admittunt contrarium,
 ¶ Vterius sequitur quod si finis non admittit con-
 trarium semper vno modo se habeat. ¶ Vterius est
 intelligendum quod finis habet rationem principij,
 ea que sunt ad finem rationem habet conclusionum
 & sicut conclusiones non habet omnem modum ue-
 ritatis: sed contingit dubitare in ipsis principia autē
 habent omnem modum veritatis, sic finis ex eo quod
 habet rationem principij, habet per omnem mo-
 dum quod sit appetibilis in infinitum, ea que sunt
 ad finem cum habeant rationem conclusionis non
 sunt appetibilia in infinitum. Ex hoc sequitur quod
 per finem acquirimus ea que sunt ad finem, sicut
 per aliquod naturale acquirimus illud quod inest no-
 bis per artem. Cum ergo finis conueniat in illis tri-
 bus propositionibus cum natura. ¶ Dicendum est
 quod vnumquodque naturaliter fertur in suum fi-
 nem, licet non sit ita per omnem modum naturalita-
 tis, sicut in rebus naturalibus, propter hoc adducta
 fuit prima distinctio de fine.

Tunc ad argumentum dicendum est, quod voluntas
 potest dupliciter considerari, vel secundum quod na-
 tura, vel secundum quod ratio, si consideretur secun-
 dum quod ratio cum non contingat arguere nec ra-
 tiocinari, nec sillogizare de ipso fine, sed de his que
 sunt ad finem. ¶ Dicendum quod voluntas sic consi-
 derata non tendit in ipsum finem. Voluntas autem
 si consideratur secundum quod natura tendit in fi-
 nem. ¶ Ad aliam rationem patet solutio per ea que
 dicta sunt. nā voluntas ut ratio est de genere poten-
 tiarum rationalium, & sic se habet ad apposta tēdit
 autem in finem vt natura.

Questio. III.

QUERITUR Vtrum omnes homines
 naturali appetitu scientiam appetant & videtur quod non, quia omne illud
 quod mouetur ad aliquid naturaliter, habet aliquid
 de ipso ad quod mouetur, sed homo non habet ali-
 quid de scientia ergo maior est euident, minor patet
 quoniam intellectus est sicut tabula rasa in qua nihil
 est depictum sicut ait philosophus Terio de anima.
 Preterea videmus quod multi homines retrahuntur
 a scientia, ergo &c.

In oppositum est phi. in littera in primo c. & primaver-
 ba sunt omnes homines scire desiderant naturaliter.
 Ad intelligentiam huius questionis est considerandum
 quod duplex potest esse causa quare aliquis non con-
 sequitur suum finem primo quia ignorat ipsum &
 ideo ipsum non consequitur. Alia causa est, quia licet
 non ignoret ipsum tamen ipsum finem non con-
 sequitur, quia eaque sunt ad finem ignota sunt, illi
 & licet duplex possit esse causa, quare aliquis non
 consequitur suum finem, tamen vna potest esse cau-
 sa, quare aliquis non desiderat suum finem scilicet
 quia ignorat ipsum, sed cum statim cognoscit, statim
 ipsum desiderat. Ratio autem quare ea que sunt
 ad finem sunt causa, quare aliquis non desiderat

Finis qua
duplicitē
differt ab
his que
sunt ad fi-
nem.

Finis ha-
bet rōnem
principij.

Finis ap-
petibilis
in infini-
tum.

Adprim.

Voluntas
vt ratio,
& vt na-
tura.

T.co.14

Cap.1.

Finē quis
non con-
sequitur.
propter
duo.

H
Finis co-
gnitus sta-
tim desi-
deratur.

Argu. 2.

T.co.10.

Cap. 6.

Finis du-
pliciter
mouet.

Natura-
lia ad pri-
mum ut
sagipta a
sagitante.

C

Naturale
tripliciter

T.co.33.

D
Vltra di-
midium.

AE

Ad prim.

Ad secun.

Ad tert.

Argument.

Cap. 2.

Argument. 2.

F. 6. meth. 6. co. 3. 2. ph. t. c. 71. pri. de anima t. 6. 17.

Subiectum in scientia quod sit.

P6. Auic. de subiect. metha.

T. com. 2.

Subiectum scientie est obiectum eius.

Scientiarum genera. 5.

H

do omnes homines appetunt methaphisicam. Tunc ad rationes dicendum est. Et ad primam cum dicit. Vnumquodque fertur naturaliter &c. Dico quod verum est: sed ad minorem cum dicitur methaphisicam est finis, dico quod verum est, tamen non omnes homines ponunt sapientiam esse in methaphisica, immo sunt quidam homines qui dicunt illos esse sapientes qui sunt astuti in istis sagacitatibus secularibus, & errant in apprehensione finis. Unde contingit errare in apprehensione finis, sicut in prosecutione finis, nam diuersi in diuersis ponunt suum finem. Ad aliud dicitur quod non oēs appetunt sapientiam in methaphisica quia nesciunt eam esse in methaphisica. Ad aliud patet solutio per iam dicta, quia omnes appetunt maximam scientiam quam sicut esse maximam scientiam.

Questio. V.

Q V E R I T V R Consequenter de subiecto istius scientie & primo.

Vtrum deus sit subiectum methaphisice, & videtur quod sic quoniam sicut dicit philosophus in littera, ista scientia est diuina: quia est de deo, cum ergo illud sit subiectum in scientia, de quo determinatur in scientia. Si ergo de deo determinatur in ista scientia ergo. Preterea dicit philosophus quod methaphisica determinat de substantijs separatis a materia. Cum igitur deus sit maxime separatus a materia ergo &c. Est enim actus purus cui nihil admiscetur de potentia. Videtur quod deus sit maxime subiectum istius scientie.

Ad oppositum arguitur sic. Illud est subiectum in scientia in cuius virtute determinatur omnia illa que determinantur in illa scientia ergo oia illa que determinantur in methaphisica determinentur sub ratione entis ergo ens est subiectum in methaphisica & non deus.

Ad dissoluendum hanc questionem procedere possumus duplici via: vno modo vt Auicenn. procedit. Auicenn. sic procedit, ad determinandum quod deus non sit subiectum istius scientie, dicit Aristot. in libro posteriorum quod scientia supponit de subiecto suo, quia est, cuius ratio est, quoniam si scientia non supponeret de subiecto quia est, sed probaret suum subiectum esse. Tunc ipsa scientia iret ultra suum subiectum, & tunc seipsam transcenderet quod est falsum, cuius ratio est, quoniam subiectum scientie est obiectum scientie. nunc autem ita est, quod ipsa scientia cum sit habitus sortitur speciem ex suo subiecto siue obiecto quod idem est. Cum ergo nihil agat ultra suam speciem scientia non potest transcendere suum subiectum, ideo scientia supponit de subiecto: quia est. Tunc ulterius Auicenna procedit & querit. Vtrum deum esse probetur in ista scientia aut non. Si dicatur quod sic, tunc cum nulla probet suum subiectum esse, sequitur quod deus non sit subiectum istius scientie, si dicatur quod in ista scientia non probatur deum esse. Tunc adhuc Auicenn. procedit sic, distinguit enim quinque genera scientiarum scilicet politica que intendit de ciuitate & de his que ad ciuitatem pertinent. Alie autem sunt morales & iste tractant de virtutibus. Alie sermocinales sicut logica, grammatica, & sub scientijs sermocinalibus comprehenditur rhetorica, secundum quod docet ornatum sermonis. Alie autem sunt scientie doctrinales sicut sunt scientie mathematice, alie autem sunt naturales. Tunc cum quinque sint genera scientiarum querit Auicenn. Vtrum probetur deum esse in ista scientia aut non, si in ista scientia probatur deum esse, tunc habetur propositum, quod non est subiectum in ista scientia, si non in ista, tunc in aliqua aliarum scientiarum

nec consequitur suum finem est, quia finis est ultimum in opere & primum in intentione & desiderio & quia ea que sunt ad finem precedunt in opere & prosecutione ipsius finis, propter hoc ea que sunt ad finem possunt esse causa quare aliquis non prosequitur suum finem, sed quia ea que sunt ad finem non precedunt in desiderio ipsius finis, propter hoc ea que sunt ad finem non possunt esse causa, quare aliquis non desiderat suum finem, sed ipsa ignorantia finis est causa huius. Nunc autem nullus homo est ita ignarus, quin habeat in uniuersali cognitionem primorum principiorum saltem aliquam. Vnde Comēt. dicit. 2. metha. quod homo se habet ad ista principia, sicut locus ianue in domo, ita quod sicut locus ianue neminem latet, sic & principia communia neminem latent. Si ergo omnes homines habent aliquam cognitionem de scientia, quia habent in uniuersali aliquam cognitionem ipsorum principiorum, quamuis nesciant educere conclusiones de principijs, & cum ipsa scientia sit finis ipsius hominis. Tunc apparet manifeste quod omnes appetunt naturaliter ipsum scire, licet tamen hoc scire in particulari & illud appetant, tamen omnes appetunt scire in uniuersali.

Tunc ad rationes dicendum est, cum enim dicitur: omne illud quod mouetur ad aliquid naturaliter habet aliquid de ipso ad quod mouetur. Dico quod homo habet aliquid de scientia: quoniam aliquam cognitionem habet de principijs: quomodo autem principia fiant cognita: & per quam viam: istud postea apparebit.

Ad secundum dicitur quod licet multi retrahantur a scientia hac vel illa non tamen a scientia in uniuersali.

Questio. IIII.

Q V E R I T V R Consequenter. Vtrum omnes homines appetunt methaphisicam & videtur quod sic: quoniam vnumquodque fertur in suum finem naturaliter: sed methaphisica est finis siue beatitudo ipsius hominis ergo. Preterea omnes homines appetunt esse sapientes: sed methaphisica est maxime sapientia sicut probat philosophus in Itra ergo omnes homines methaphisicam appetunt. Preterea si omnes homines appetunt scire: ergo omnes homines appetunt maximas scientias. Cum ergo methaphisica sit maxima scientia ergo &c.

Ad oppositum arguitur sic: id quod nescitur esse non desideratur: cum ergo sint multi homines qui ignorent methaphisicam immo ignorant ipsam esse ergo. Ad euidenciam huius questionis est intelligendum: quod sicut est in causis agentibus: ita est in finalibus, nam cause agentes inferiores siue medie: agunt in virtute prime cause, sicut dicit philosophus in libro de generatione. Ignis enim cum sit maxime actiuus: inter omnia corporalia elementa, non agit nisi in virtute corporis celestis, & sicut est in istis efficientibus, sic est in finalibus causis scilicet quod sicut fines inferiores non mouent nisi in virtute ultimi finis, & sic scientie alie ab ista methaphisica non mouent nisi in virtute istius sapientie, cum sit vltimus finis siue beatitudo ipsius hominis, quam homo ex puris naturalibus acquirere potest, & ideo si tu queris. Vtrum omnes homines appetunt methaphisicam in propria forma. Dico quod non, quia non omnes homines sciunt methaphisicam esse, sed si queritur. Vtrum omnes homines appetunt methaphisicam non in propria forma, sed in alijs scientijs que non mouent appetitum homines, nisi in virtute illius summe sapientie, dicendum est quod sic, & sic patet: quomodo

Finis quid primum & vltimum.

Comen. 1.

Ad prim. B

Ad secun.

Ar. prim.

Argu. 2.

Cap. 2.

C

Libr. 1. tes com. 44. 2. Libro. genera a t. 55. ad finem. Primum efficiens et vltimus finis similiter mouent

D

Methaph. oēs appetunt i alijs en scientiis

A scientiarū probatur deū esse, sed hoc est falsum, quia non probatur in scientia politica, quia ipsa non extendit se ad entia sepatata, immo finis eius est pax ciuitatis vel aliquid aliud huiusmodi nec probatur in moralibus, quoniam ille tractant de virtutibus, nec probatur in scientiis fermocinalibus nec in scientiis doctrinalibus, quoniam mathe. aut sunt de quantitate continua, aut discreta, cum ergo deus non sit aliqua istarum quantitatum, quia est super omnem quantitatem, sequitur quod in talibus non probatur. Nec in scientiis naturalibus quia ille tractant de his que subijciuntur motui & transmutationi. Vnde dicit Auic. quod si naturalis probat deum esse, hoc non est per ea que sunt sua. Vnde dicit Auic. quod si ipse probat deum esse in suo libro phisicorum hoc non fecit nisi ad alliciendum a nimum auditoris, si ergo nō probatur in ista nec in alijs, igitur desperatum est deum esse. Nam illud est desperatum quod non potest probari nec probatur in aliqua scientia. Cum tamen possit probari deum esse saltem per viam motus & multos effectus. Si ergo inconueniens est dicere deum esse desperatum, dicendum est quod in ista debet probari deum esse. Cum in nulla alia scientia probetur esse, & per istam rationem concludit Auicenn. deum non esse subiectū in ista scientia. Aliter & magis proprie possumus ostendere quod deus non sit subiectum, & hoc tam ex parte subiecti, quā ex his que probantur de subiecto. Partes autem subiecti istius scientie sunt decem predicamenta scilicet substantia quantitas, & sic de alijs. Cum ista non sint partes dei, deus nō erit subiectum istius. Preterea illa que demonstrantur de subiecto istius scientie, sunt actus, & potentia, idem & diuersum, causa & causati, & sic de alijs, et ideo cum ista non conueniant ipsi deo, sed enti secundum quod ens. Dicendum quē deus non est subiectum, sed ens secundum quod ens quomodo autem hoc sit & per quā viā postea apparebit, sed cum philosophus aliquando videatur dicere quod deus est subiectum. Dicendum est sicut aliqui antiqui dicunt, distinguendo de subiecto, vno modo accipitur subiectum pro eo de quo principaliter intenditur in ista scientia, & sic accipiendo subiectum deus est subiectum istius, quoniam ista principaliter intenditur de deo, sicut dicunt. Alio modo accipitur pro eo quod sub se continet omnia que determinantur in scientia, & sic accipitur subiectum proprie & istomodo deus non est subiectum istius, si sic dicatur sicut dicunt sepe incidetur in errorem. Male dicunt etiam in hoc quod dicunt quod illud non est subiectum proprie de quo principaliter intendit in scientia. Dico sine dubio illud esse subiectum proprie, quoniam ex ipso sortitur scientia speciem, & tale debet esse proprium subiectū illius, & ideo si nos uolumus aliquo mō cōcedere deū esse subiectū istius scientie debemus aliter distinguere de subiecto, dicendo quē duplex est subiectū principale in scia. Est. n. quoddā subiectū principale de quo primo, & p se intenditur in illa scientia, Aliud est subiectum principale quod non est principale per se, & primo, sed ex consequenti. V. g. si esset aliqua scientia que determinaret de animali secundum quod animal. Tunc in illa scientia, animal esse subiectum principale & primo illius scientie, & cum natura animalis magis & verius saluetur in homine, quam in aliquo contento sub animali, si queras a me quod est subiectum illius scientie, dicerem quod homo est principale subiectum illius scientie, non tamen principale per se, & primo, sed ipsum animal, sed homo est subiectum principale ex consequenti, quia in ipso saluatur verius natu-

ra subiecti principaliter primo, & per se, similiter dico quod in methaphisica ens in quantum ens est subiectum principaliter per se, & primo, & quia ratio entis melius & verius saluatur in deo quam in aliquo alio ente, propter hoc dico quod deus est subiectum principale illius scientie, non per se, & primo sed ex consequenti ut dictum est. Et per hoc patet solutio ad rationes.

Ad primum simul, & ad secundum dicitur quod licet in hac scientia determinetur de deo, & de substantiis separatis non tamen principaliter per se primo sed de ente in quantum ens.

Questio. VI.

QUERITUR Consequēter. Vtrum sit idem esse de consideratione alicuius scientie, & esse subiectum illius, & videatur quod sic. Quoniam illud non dicitur subiectum scientie in quo est scientia, sed illud dicitur subiectum scientie de quo est scientia, sed scientia est de his que considerantur in illa scientia, ergo ut videtur idem est esse de consideratione alicuius scientie, & esse subiectum illius. Preterea subiectum aut est de consideratione illius scientie aut non: non est dicere quod non. Si tu dicis quod sit de consideratione scientie, tunc cum subiectum scientie sit illud de quo est scientia ipsa, videatur quod sit idem esse subiectum illius scientie, & de consideratione eiusdem.

Ad oppositum arguitur sic, si idem esset subiectum in scientia & de consideratione scientie tolleretur vnitas scientie & esset confusio in scientia, quomodo autem hoc sit postea apparebit.

Ad istam questionem dicere possumus quod est aliud esse de consideratione scientie, & esse subiectum scientie eiusdem, & hoc apparet ex tribus. Primo ex comparatione scientiarum adinuicem: Secūdo ex comparatione subiectorum ad scientiam & ad ea que considerantur in scientia, Tertio ex comparatione subiectorum ad ea que determinantur in scientia. Et ad hoc videndum primo est intelligendum, quod sicut libri particulares habentes ordinem ad aliquam vnā scientiam habent diuersitatem inter se, ita scientie habentes ordinem ad aliquam vnā scientiam ut metha. que est finis & beatitudo ipsius hominis, habent diuersitatem inter se, & sicut libri particulares habent istam diuersitatem sicut libri particulares philosophie naturalis, ita similiter & subiecta illorum librorum habent istam diuersitatem. Nunc autem intelligendum est quod scientie dupliciter differunt, vno modo quantum ad maiorem & minorem abstractionem, nam subiectum vnus scientie est magis abstractum quam subiectum alterius, sicut videmus quod subiectū libri phisicorum est corpus mobile, subiectū aut alterius libri est corpus mobile ad formā. Differunt. n. aliter scientie adinuicē penes disperatū & nō disperatū, subiectum enim vnus scientie dicitur disperatum respectu subiecti alterius scientie, quando non continetur sub subiecto illius scientie nec reducit ad ipsum. V. g. subiectum libri de generatione est corpus mobile ad formam dicitur disperatum libri de celo & mundo quod est corpus mobile ad situm, quoniam subiectum libri de generatione non continetur sub subiecto libri de celo & mundo, & sicut subiecta dupliciter differunt, sic & scientie. Vna enim scientia est magis abstracta quam alia, sicut metha. est magis abstracta quam mathematica, quoniam meth. est de rebus abstractis tam a materia sensibili quam intelligibili, mathe. abstracta a materia sensibili, nō autem intelligibili, natura-

E cipale per se primo deus subiectum principale ex consequenti.

Argu. pri.

Arg. scē.

R

M

G

Scientie differunt dupliciter.

Subiectum disperatū.

H

Mathe. & naturalis quomodo abstrahunt

Auicenn.
quod naturalis non probat deum esse sed metha.

Desperatum quid sit.

B

Predicamenta sunt partes entis.

Ens secundum quod ens est hic subiectum

C

Opinantes in Alber. mag. 1. metha. cap. 2.

D

Subiectum in scientia principale duplex.

Natura animalis verius saluatur in homine

Ens subiectum principale

lis est minus abstracta: quoniam abstrahit a materia hac sensibili & ab illa: non tamen a materia sensibili simpliciter. Similiter scientie differunt quantum ad esse disperatum & non disperatum: quoniam vna scientia non continetur ab alia: & hoc est verum in multis scientiis sicut patet. Nam philosophia moralis non continetur sub naturali. apparet ergo quod scientie habent diuersitatem a subiectis. Cum ergo per illud per quod aliquid est diuersum ab alijs: per illud idem sit ens & vnum. Si ergo sicut declaratum est scientia habet diuersitatem a subiecto: et tamen ab omnibus illis que determinatur in scientia: non sortitur scientia spem: apparet manifeste, quod non est idem esse de consideratione vnius scientie, & esse subiectum illius. Bene n. dictum est sicut dicit philosophus in libro posteriorum cap. de subalternatione scientiarum, quod vnum & idem bene potest esse de consideratione diuersarum scientiarum: sed hoc est diuersimode: quoniam subduntur diuersis rationibus: & hoc idem dicit comentator in. 12. methaphisice. quod vna & eadem res potest considerari a diuersis scientiis: sed scientia quia sortitur spem ex subiecto propter hoc non est possibile: quod vna res consideretur a diuersis sub vna ratione: & ex hoc apparet quod non est idem consideratum & subiectum, cum idem possit esse de consideratione diuersarum scientiarum: non tamen subiectum. Hoc et apparet ex comparatione scientie ad subiectum, & ad ea que considerantur in scientia: quoniam demonstrans non est ulterius demonstratum. Scientia enim sortitur spem ex subiecto. & ideo cum nihil agat ultra suam spem: scientia non potest demerere suum subiectum: Si ergo scientia non demonstrat suum subiectum, & cum multa considerentur in scientia que tamen scientia demerit: igitur non est idem esse de consideratione, & esse subiectum. Hoc etiam apparet ex comparatione subiecti ad ea que determinatur in illa scientia. scientia. n. non tantum considerat subiectum, sed partes subiecti & passiones: vnde dicit philosophus quod scientia est vna que est vnius generis subiecti partes & passiones considerat. Vnde subiectum scientie & ea que considerantur in scientia differunt sicut magis cōe & minus cōe: quia oē subiectum in scientia est de consideratione scientie. Non tamen oē consideratum in scientia, est subiectum scientie. Et si tu queras, quod est ista cōitas. Dico quod est cōitas analogie: quoniam illa omnia que determinatur in scientia: non determinatur in scientia nisi per attributionem quam habet ad ipsum subiectum. ex his tribus que dicta sunt patet quod non est idem esse subiectum scientie & de consideratione illius.

Ad primum dicitur quod maior illa non est vera illud est subiectum de quo est scientia, sed illud de quo perse principaliter, & primo consideratur in scientia sed non oē illud de quo consideratur in scientia considerat primo & principaliter. Ad secundum negatur consequentia subiectum est de consideratione scientie ergo oē quod est de consideratione scientie est subiectum.

Questio. VII.

QUERITUR cum visum sit prius quod deus non est subiectum istius scientie. Vtrum deus sit subiectum alicuius scientie specialis: & vtrum sic, quoniam sicut scientia communis est de aliquo cōi sic scientia specialis est de aliquo spali: sed deus est aliquid spale inter omnia: ergo. probatio assumpti: ratio enim cōitatis sumitur ex hoc quod est aliquid commune huic et illi. cum autem ipsi deo non sit aliquid commune vniuocum, & istis que sunt citra primum ergo Preterea hoc idem arguitur sic: quando enim scientia recipit aliquid ab aliqua scientia illa a qua alia recipit: considerat illud principaliter: sicut patet de metha. & philosophia naturali. cum ergo metha. reci-

piat multa a philosopho naturali de deo scilicet quod sit infinite virtutis & multa alia: ergo ut videtur philosophus principaliter considerat ipsum deum: ergo. In opposi. de subiecto probantur passiones & partes que non sunt in deo ergo non est subiectum in aliqua scientia. Ad hoc breuiter intelligendum est: quod scientia, & habet quod sit scientia & quod sit vna: & ab alio habet quod sit scientia & ab alio habet quod sit vna: sicut secundum rationem sed bene verum est quod aliquid per vnum & idem habet quod sit ens & quod sit vnum: loquendo dico realiter. Tamen illud per quod aliquid est ens & vnum differt secundum rationem, secundum quod per ipsum aliquid est ens & vnum. Similiter dico licet scientia per vnum & idem habeat quod sit scientia & quod sit vno loquendo realiter: illud tamen differt secundum rationem. **C** Vltimus est intelligendum, quod illud per quod scientia habet quod sit scientia & quod sit vna est ipsum subiectum, ipsum tamen subiectum differt secundum rationem: & secundum quod per ipsum habet scientia quod sit scientia: quoniam per subiectum consideratum sub abstractione habet scientia quod sit scientia, vnde nulla scientia est quin abstrahat. Nam ipsorum singularium non est scientia: sed bene uerum est quod scientie abstrahunt secundum magis et minus: per subiectum autem consideratum sub aliqua vna ratione spali habet quod sit vna. Ideo sicut visum est, per vnum & idem sub alia ratione consideratum habet scientia quod sit scientia, et quod sit vna. **C** Vnde intelligendum est quod talis est modus considerationis in scientia, qualis est modus considerationis in numeris et formis, et iste modus considerationis optimus est. Vnde sicut in numeris causatur noua spes numeri ex additione vnitatis, nam quecumque vnitatis semper addatur, semper causatur noua species numeri et non remanet illa species prior, sic est in formis sicut ait philosophus octauo metha. sic etiam considerandum est in scientiis, quod scientie differunt secundum diuersos gradus abstractionis, nam quicumque gradus abstractionis superadditur alicui scientie, semper causatur noua species scientie. Nam si nos accipiamus aliquem artificem, qui consideret res abstrahendo eas ab hac materia sensibili et ab illa non tamen philosophice abstrahit a materia sensibili simpliciter, si tamen ulterius intelligamus artificem considerantem res abstrahendo eas a materia sensibili simpliciter, non tamen a materia intelligibili, iam est alius artifex sicut mathematicus, et non remanet amplius philosophus. Si autem consideramus artificem considerantem res abstractas ab omni materia tam sensibili quam etiam intelligibili, iam est mathematicus philosophus, et sic secundum diuersos gradus abstractionis diuersificantur scientie, sicut secundum diuersas additiones vnitatis causantur diuersae species numeri. Tunc dico quod qui dicit deum posse esse subiectum alicuius scientie spalis dicit illam scientiam non esse specialem, quoniam omnis scientia specialis debet considerare res abstractas secundum aliquem modum abstractionis, cum ergo deus sit summe abstractus quia est actus purus cui nihil admiscetur de potentia apparet quod deus non est subiectum alicuius scientie specialis, quomodo autem sequatur quod illa scientia non esset vna hoc patebit in alia questione etc. Ad primum licet deus non sit quid cōe secundum predicationem, est tamen quid cōe secundum causalitatem cuius uirtute oibus comunicatur esse et modus essendi. Ad secundum dicitur quod philosophus naturalis in directe uel non primaria intentione considerat ipsum deum sed pro quanto est largitor motus eterni, & deueniendum est ad primum motum ut non sit processus in infinitum in motibus.

Questio. VIII.

Queritur

T. 6. 23. et 30.

Co. 5.

Secunda via.

M

Tertia via. prim post. T. co. 42.

Dub. Solu.

Ad primu.

Ad secundum.

Argu. pri.

N

Arg. scd.

Deus infinite virtutis, secundum philosophum.

Scientia habet a subiecto quod sit scientia, et vna.

Scientia quilibet abstrahit.

T. co. 10. Scientie abstractione differunt.

Ad primu.

Ad secundum.

QV ERITVR

utrum deus possit esse de consideratione alicuius scientie specialis: dato quod non possit esse subiectum in aliqua scientia specialis, sicut prius declaratum est, & videtur quod deus possit esse de consideratione alicuius scientie specialis: quoniam dicit commentator quod non potest cognosci hec substantia demonstrata ignorata prima causa ergo cum deus sit prima causa omnium scientiarum et omnium entium, videtur quod cuius erit considerare de aliqua substantia demonstrata quod ipse erit considerare de prima causa illius scientie ergo &c. Preterea hoc idem videtur dicit enim philosophus secundo methaphisice quod sicut res se habet ad esse ita se habet ad cognitionem, ergo ut videtur, dicitur quod deus est causa alicuius rei est dicere quod illius scientie est considerare de prima causa que est deus cuius erit considerare de illa substantia cuius deus est causa, ergo &c. Preterea videmus quod philosophus in libro phisicorum multa determinat de deo sicut quod est primus motor, & quod est infinite virtutis cum ergo libri phisicorum sit scientia specialis & in illa determinetur de deo, sicut in 8. apparet quod deus poterit esse de consideratione alicuius scientie specialis, ergo &c.

In oppo. tantum methaphisice considerat proprie per se & primo de substantia abstracta methaphisice non est scientia specialis ergo.

Ad dissolutionem huius questionis breuiter uolo determinare quod nulla scientia directe secundum modum humanum inuenta potest considerare de deo nisi sub ratione entis. Et ad hoc sic procedo per modum cognoscendi ex parte nostra, omnis enim cognitio humana dependet a sensu & per sensum habet fieri quia quicquid intelligimus intelligimus cum phantasmate. sicut dicit philosophus tertio de anima. Si ergo omnis cognitio per sensum habet fieri tunc omnis scientia que inuenitur secundum modum humanum inuenitur per sensum, & ex hoc apparet manifeste quod omnis scientia directe inuenta secundum modum humanum aut est de sensibilibus aut est de hijs que sunt insensibilibus, aut si non sit de hijs que sunt insensibilibus sed de abstractis a sensibilibus tunc oportet de necessitate quod in aliqua parte sui determinet de sensibilibus, quia sicut non conuenit intelligere aliquid sine phantasmate & sensu. sic non conuenit esse aliquam scientiam inuentam secundum modum humanum quin aut sit ipsa de sensibilibus aut de hijs que sunt insensibilibus, aut si sit de abstractis a sensibilibus de necessitate oportet quod habeat scientiam de sensibilibus parte sui quod si hoc non est verum da oppo. quod conuenit esse aliquam scientiam inuentam secundum modum humanum & non determinet de sensibilibus in aliqua parte sui, hoc est dicere quod conuenit scire & intelligere sine phantasmate & sensu, & hoc est impossibile, oportet manifeste quod omnis scientia inuenta secundum modum humanum aut sit de sensibilibus aut habeat partem sui de sensibilibus. Si ergo esset aliqua scientia que consideraret de deo oportet quod illa similiter consideraret de sensibilibus, cum ergo omnis scientia sit una & per idem est scientia & una tunc cum determinaret illa scientia de deo & de sensibilibus oporteret quod de illis determinaretur sub aliqua ratione communi, cum ergo deus & sensibilia sint maxime remota adinuicem, tunc si esset aliqua scientia que determinare de deo & de sensibilibus non determinaret de illis nisi secundum quod conueniunt in maxime communi quod est ens, & sic non determinaret de ipsis nisi sub ratione entis. & tunc iam non esset scientia specialis quia consideraret aliquid sub ratione entis. & ideo cum non possit esse aliqua scientia directe inuenta secundum modum

humanum que consideret de deo nisi sub ratione entis apparet manifeste quod deus non potest esse de consideratione alicuius scientie specialis, & ita apparet quod quecumque scientia humana considerat de deo per se considerat de deo sub ratione entis, & quia consideratio sub ratione speciali dat unitatem scientie speciali tolletur tamen unitas scientie specialis si consideratio eius directe ad deum se extendit quod superius dicebatur probandum, sed quia philosophus videtur in libro phisicorum sicut in 8. determinare de deo propter hoc ut euitemus argumenta que possunt fieri est intelligendum quod quatuor modis potest esse aliquid de consideratione alicuius scientie. Vnomo per accidens & indirecte. & alio modo per se et directe & primo sed non per omnem modum sed ex consequenti, verbi gratia de omnibus istis & primo de primo, quando enim aliquid consideratur in scientia & tamen sine ipso posset haberi scientia, verumtamen consideratur in scientia ad maiorem declarationem eorum que dicuntur in scientia, tunc illud consideratur in scientia a per accidens & in directe sicut sunt exempla sicut patet in libro priorum & illud quod sic consideratur in scientia non est subiectum aliquo modo in scientia. Secundo sic patet quando n. aliquid consideratur in scientia ita quod sub eius ratione considerantur in scientia quicquid consideratur illud dicitur considerari directe per se & primo & per omnem modum sicut est ens in methaphisice. Quicquid n. consideratur in isto libro consideratur sub ratione ipsius entis, et illud quod sic consideratur in scientia est subiectum primo & per se et per omnem modum tertium autem patet sic quodcumque aliquid consideratur in scientia non quod sub ratione eius determinentur quecumque in illa determinantur, sed quia in ipsa maxime et uerius determinatur illud sub cuius ratione determinantur in scientia quecumque ibi determinantur et illud quod sic consideratur in scientia dicitur considerari ibi per se et directe et primo sed non per omnem modum sed ex consequenti sicut dictum fuit prius de homine et animali, et sic accipiendum subiectum deus est subiectum in isto libro, nam deus non est subiectum per se et primo et per omnem modum sed ex consequenti, quia in ipso uerius saluatur natura entis quam in alijs quartum autem sic patet, nam nos uideamus quod methaphisice considerat non solum de substantia sed et de accidente et directe et per se sed non primo nam non primo principaliter cum consideret de ente in eo quod ens principaliter nec primo ex consequenti cum ratio entis non magis referretur in accidente quam in alijs primo modo consideratum in scientia nec est subiectum nec per se subiectum. Sed secundo modo consideratum est subiectum per se et primo tertio autem modo consideratum est subiectum ex consequenti quarto autem modo consideratum proprie loquendo nullo modo est subiectum sed pars subiecti esse potest. Si ergo tu queras utrum deus possit esse de consideratione alicuius scientie specialis scientie, dico quod sic per accidens et indirecte, et sic de ipso determinauit philosophus in 8. phisicorum. sicut ut melius posset habere intentum suum, et hoc dicit Auicenna in principio sue methaphisice.

Et tunc ad rationes dicendum est quod uerum est quod dicit Commentator quod non potest sciri ista substantia demonstrata ignorata prima causa uerum est quod consideratione perfecta non potest sciri aliquod ens nisi sciatur prima causa eius, et cum dicitur quod illius scientie est considerare de deo dico quod bene arguitur indirecte et hoc concedo. Ad aliud eodem modo dicendum est, sicut ad istud. Ad tertium

R
Argu. pri.
Secundo meth. c. 4o & 6.
Arg. secundum.
T. co. 4.
Arg. 3.
Libr. 8. a. tex. 78. in finem.
T. co. 30. & p.
S
D
Scia quodlibet humana vel est de sensibilibus aut habet sensibilia partem sui.
T

A
V
Scia considerare potest de aliquo quadrupli ceter.
Pri. mo consideratum.
Pri. priorum. c. 40.
Secundum modo.
Ter. modo.
X
4. modo.
Quid sit subiectum principale.
Quid sit subiectum ex consequenti.
Quid sit pars subiecti.
a. tex. 78. in finem.
Cap. 2. Ad prim.
Y
Ad secundum.
Ad ter.

A patet per iam dicta quia per accidens et indirecte considerat de deo.

Questio. IX.

QUERITUR Vtrum deus possit esse de consideratione ipsius metha.

Argu. pri.

& videtur quod non, quia methaphisicus illud quod considerat considerat secundum quod ens, & quicquid considerat, considerat, sub ratione entis, illud ergo quod effugit rationem entis non considerat metha. q. aut deus effugiat rationem entis probatur. **E**ns diuiditur in ens per se & in ens p. accidens. Deus autem non est ens per accidens, quoniam non est ens per aliud, probo autem quod non sit ens per se quoniam ens per se diuiditur in .x. predicamenta scilicet substantiam quantitatem, qualitatem, & sic de alijs. Cum ergo deus non sit in aliquo istorum, videtur quod non sit ens per se, si non per se, nec per accidens sequitur q. effugiat rone entis, ergo & c. **P**reterea quod deus effugiat rationem entis probo. quoniam si deus est ens, aut ergo ens predicatur de deo conuertibiliter aut non, si conuertibiliter, tunc omne ens esset deus, quod tamen est falsum ergo & c. Si autem non predicetur conuertibiliter, sed predicatur sicut aliquod commune tunc ens esset sicut prius, & deus sicut posterius, & speciale, sed cum omne posterius & speciale se habet per additionem ad prius, si deus se haberet per additionem ad ens tunc deus esset compositus & non simplicissimus, sed hoc est falsum, ergo deus effugiat rationem entis, ergo & c. **P**reterea quod deus non sit de consideratione metha, probo, si deus esset de consideratione metha, tunc cum quicquid considerat metha, considerat sub ratione entis, tunc nihil plus occurreret vel esset cure ipsi methaphisica deo quam de lapide quod est inconueniens, sicut si esset aliqua scientia que consideraret hominem secundum quod animal tunc artificii illius scientie non plus esset cure de homine quam de asino ex quo consideraret hominem secundum quod animal. **P**reterea si metha, consideraret de deo hoc esset per accidens quia per effectus, sed hoc non potest facere artifex specialis. Nam naturalis considerat de deo ratione motus, ergo non est deus plus de consideratione metha, quam naturalis.

6. meth. 4. com. 4.

Ar. secundum.

B

Arg. tertio.

Arg. 4.

C

In oppo. metha, per se & directe considerat de abstractis ergo de deo.

Ad istam questionem possumus dicere quod ad metha, pertinet considerare de deo & hoc possumus primo declarare per tres rones, quas phis ponit sexto metha. prima ratio est illa, cum enim ista scientia sit de abstractis a materia, & deus sit maxime abstractus quia est actus purus cui nihil est admixtum de potentia, deus debet esse de consideratione scientie maxime abstracte & hec est metha. & c. **A**liam rationem ponit philosophus ibi alie. n. scientie speculatiue nobiles sunt, sed ista est nobilior oibus alijs, sicut dicit philosophus, & aliq. bene sunt necessariores ista, dignior vero nulla, cu ergo ad nobilissimam scientiam pertinet determinare de nobilissimo ente deus est ens nobilissimum omnium entium, ergo ad metha. cu sit nobilissima omnium scientiaru quia directiua est omnium scientiarum sicut dicit philosophus pertinebit considerare de deo. **P**reterea alia ratio est quam ponit philosophus ibi, si meth. est prima scientia deus ipse est primum ens quoniam est causa omnium entium cum ad primam scientiam pertineat de primo ente considerare ergo ipsius metha. erit considerare de deo. **P**reterea illud idem possumus declarare per conditiones debitas ipsi sapienti. Sapiens enim debet omnia cognoscere secundum quod oportet ergo

cum metha. sit maxime sapiens ad metha, pertinebit considerare de illo per quod maxime sciet omnia & hoc est prim. principium. Secunda conditio sapientis est difficillima cognoscere deus autem cum sit maxime abstractus a sensibilibus difficillime cognitionis est, ergo & c. Et hoc apparet ex tertia conditione que est quod certissime cognoscat, cum ergo cognitio certior est ex hoc quod est de paucioribus, deus autem est maxime simplex quia est actus purus ergo & c. **P**reterea hoc patet ex alia conditione, alia enim conditio sapientis est quod cognoscat causas, deus est maxime causa omnium, ergo & c. **H**oc etiam apparet ex alia conditione, metha. enim siue sapiens debet esse sui ipsius gratia & querere sciam pp se cu igitur deus sit ppter suu ipsius gratia quia oia sunt pp ipsum & ad ipsum ordinantur, sequitur quod prius dictum est scilicet quod de consideratione metha. sit deus. **H**oc et apparet per 6. conditionem siue proprietatem, deus enim maxime ordinat aliquos & regulat cum ergo ipsius sapientis sit ordinare & non ordinari ab alijs sequitur idem quod prius, patet ergo quod deus sit de consideratione ipsius metha. ta ex parte abstractionis eius, tam ex parte nobilitatis eius, tam ex parte etiam primitatis eius, & patet et hoc ex parte conditionum que debentur sapienti. **S**ed propter dissolutionem rationum est intelligendum quod aliquid considerari in scientia potest esse dupliciter, aut per se & non per accidens, aut per se & per accidens, & accipimus per accidens large ad eod quod est per aliud & pp aliud & istud p accidens pot esse vel ratione scientie, vel ratione rei scite, vel ex parte nostra exempli de primo. s. qd aliquid possit considerari in scientia per se & non per accidens ita q. ipsum p accens sit ipsius rei scite, ponamus quod ego vellē dare vnā sciam de accide, cu accides non possit intelligi sine substātia oportet simul certificare de substātia: tunc quero quid esset per se considera tum in scientia illa planum est quod accidens & etiā accidens ipsum, per accidens esset consideratum in illa scientia, sed ratione rei scite tantum quia cognitio & scientia de accidente presupponit cognitionem & scientiam de substantia, & ideo rone rei scite esset ibi accidens consideratum per accidens. Aliquando autem illud per accidens potest esse ex parte scientie vt quādo scientia non cōsiderat de aliquo nisi per aliud ita quod si plene sine illo quod inducitur pp aliud posset habere cognitionem eius cuius per se cognitionem intendit, de illo alio non consideraret sicut apparet de consideratione prime cause in scientia naturali quia considerat propter motum, ita quod si de motu posset habere plenam cognitionem absque eo quod reduceret ad motore immobilem non faceret mentionē de motore immobili, & ideo motor immobilis .2. phisicorum dicitur non phisice considerationis tertio modo potest esse per accidens ex parte nostra, vt si nos non possemus cognoscere substantiam absque cognitione accidentium si esset aliqua scientia que invenderet considerationem de substantia per se oporteret ipsam per accidens determinare de accidente, sed illud per accidens esset ex parte nostra, quia non possemus cognoscere substantiam sine accidente, igit in meth. consideratur de deo, quia consideratur de effectibus & non aliter, & ita consideratur de deo aliquomodo per accidens, sed illud per accidens non ex parte scientie est, quia si metha. posset habere cognitionem omnium entium aliorum a primo, absque primo nihilominus adhuc procederet ad cognitionem primi tanquam ad cognitionem illius in quo potissime referuatur ratio entis, nec est istud per accidens

E Prima conditio.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

F

Considerū in scientia dupliciter.

Per accidens consideratū tripliciter.

Primo modo

G

Secu. modo.

Naturalis deum considerat per accidens.

T. co. 71. Tertio modo

H

Meth. considerat de deo per accidens ex parte nostra.

T. co. 3. 15 prima.

R. 2.

Primo li. cap. 2.

Ratio. 3.

Primo lib. cap. 2.

Sapientia conditioes sex ibi.

cidens ratione rei, deus enim non dependet ab alijs immo alia ab eo. Sed tertio modo consideratur ibi p accidens. & istud per accidens provenit ex parte nostra. quoniam omnis nostra cognitio incipit a sensu, propter hoc humanus intellectus se habet ad manifestissima nature propter eorum remotiorem a sensu sicut oculus noctue ad lucem diei ut dicitur in secundo huius. & ideo non possumus deuenire in cognitione dei nisi per alias creaturas que nobis notiores sunt. & ideo per effectus & alias substantias & per multa alia accidentia deuenimus in cognitione eius.

Ad pri.

Tunc ad rationes, & primo ad primam cum dicitur deus effugit rationem entis. dico qd falsum est immo verissime ens est, & bene dicitur qd non est ens per accidens & cum probatur qd non est ens per se, quia ens per se diuiditur in .x. predicamenta. dico qd ens qd diuiditur in .x. predicamenta non dicitur ens vniuersale sed dicitur ens cui admixtum est aliquid de potentia, & aliquid de actu quod est medium inter potentiam & actum sicut dicit commentator qd habet aliquid de potentia & actu. Vel aliter potest dici ad rationem, qd aliquid sit in genere potest esse dupliciter uel directe uel indirecte. & adhuc indirecte dupliciter uno modo per reductionem ut principia que sunt principia alicuius ita qd non sunt principia aliorum talia sunt in genere & hoc indirecte quia per reductionem. Alio modo dicitur aliquid esse in genere in directe, quia non tantum est principium alicuius qd est in aliquo genere sed est principium aliorum, & sic accipiendo esse aliquid in genere indirecte dictum possumus dicere qd deus est aliquo modo in genere. s. in genere substantie. Ad aliud dicendum qd dupliciter potest fieri descensus uel sub vniuoco uel sub analogo, tunc dico qd illud quod descendit sub vniuoco & est posterius sicut animal respectu substantie tale se habet per additionem sicut se habet aial per additionem ad substantiam, sed non oportet qd illud quod descendit sub multiplici & analogo qd illud addat aliquid sed tantum arguit alium modum essendi, et bene verum est quod deus aliter est & alia entia. Ad tertium dico qd ratio in scientia potest sumi dupliciter, vno modo formaliter ut ratio a qua habet scientia unitatem sicut apparet in potentis. Nam licet visus sub vna ratione formali comprehendat album et nigrum, quia sub ratione coloris, nihilominus tamen cognoscit album esse distinctum a nigro, ita licet methaphis. consideret deum & alia sub ratione entis, cognoscit tamen ea distincta. & ita vna ratio formalis in scientia facit distinctionem, inter considerata in scientia in quantum omnia illa considerata in scientia non pertinent ad scientias distinctas sed ad eandem. sicut ratio formalis ex parte visus faciebat qd album & nigrum pertinent ad vnam & eandem potentiam, sed ista vna ratio non facit qd obiecta non distincte cognoscantur. Nam visus distincte cognoscit album a nigro & methaphis. deum a lapide. aliquando ratio est materialis ex parte scientie, est tamen formalis ex parte obiecti sicut album & nigrum inter se differunt formaliter comparata tamen ad visum differunt materialiter solum. & ita distinctio materialis ex parte scientie formalis, tamen ex parte obiecti facit qd illa obiecta distincte cognoscuntur ab illa scientia sicut visus distincte cognoscit album a nigro. igitur methaphis. poterit distincte cognoscere obiecta sua propter formalem distinctionem obiectorum in se materialiam, tum ex parte scientie uel potentie. Ad quartum patet solutio, quia deus consideratur a methaphis. per accidens ratione nostri, uel ex parte nostra. non enim illud per accidens est ex parte illius scientie. Nam ipsa methaphis.

6. meth. c. 4. 9. methaph. c. 1.

Ad secundum.

Ens analogiz deo & creature.

Ratio in scientia dupliciter ad .3.

D

Ad 4. Deus per accidens consideratur a methaphis.

per se manifestat considerationem ipsius primi entis sed naturalis considerat de primo ente ratione effectus & ita per accidens ut dictum est. ita tamen quod illud per accidens est ex parte illius scientie, & ita non est simile & cetera.

Questio. X.

VERITUR Vtrum hec scientia sit nobilior ex hoc quod non considerat deum pro principali subiecto, sed considerat deum in eo quod est ens, uel vtrum esset nobilior si consideraret deum pro subiecto principali, & videtur qd sit nobilior ex hoc quod non considerat deum pro subiecto principali. Sapiens est ille qui omnia cognoscit. ergo illa sapientia est maxime sapientia que maxime omnia cognoscit. cum ergo scire quia scire deum tantum. igitur illa sapientia est maxime sapientia que cognoscit deum & alia entia ergo erit nobilior, quoniam sapientia que maxime sapientia est: est nobilior. cum ergo methaphis. cognoscat omnia alia entia & ipsum deum videtur qd sit nobilior, ex hoc quod non considerat deum pro subiecto principali, sed deum & alia entia. Preterea illa scientia est nobilior que magis accedit ad rationem scientie, scientia autem magis accedit ad rationem ex hoc quod cognoscit per causas. cum ergo deus non habeat causam, quoniam totaliter effugit rationem cause, videtur quod scientia aliorum entium magis accedat ad rationem scientie quam scientia dei, ergo ut videtur ista scientia est nobilior ex hoc quod deum non considerat pro subiecto principali. Preterea creature ipse sunt aliquod bonum, deus etiam est bonum, & ita videtur quod creature super ipsum deum addant aliquod bonum ex quo creature ipse sunt aliquod bonum. et ideo videtur quod deus et alia entia sint maius bonum quam ipse deus solum. cum ergo scientia sit nobilior que de maiori bono considerat et methaphis. considerat de deo et alijs entibus. videtur quod methaphis. sit nobilior ex hoc quod non considerat deum pro subiecto principali sed deum et alia entia. et hoc est ens secundum quod ens.

Ad oppositum est philosophus. querit enim quomodo primum se cognoscit in .xij. huius. et ipse dicit quod deus se tantum cognoscit, et si tu dicas. oportet ergo ut videtur quod scientia dei sit nobilior, ex hoc quod deus tantum se cognoscit et non alia entia. et ipse dicit quod ex nobilitate est quod seipsum tantum cognoscit et non alia. quoniam si cognosceret alia et se, et ad hoc secundum quod ipse dicit non est magis nobilis ex eo quod cognoscit se et alia entia quam quia cognoscit se tantum. dicit enim ipse quod melius est non videre quedam quam videre ergo videtur quod scientia que considerat deum pro subiecto principali sit nobilior.

Ad istam questionem possumus dicere quod ista scientia non est nobilior ex hoc quod non considerat deum pro subiecto principali. immo si consideraret deum pro subiecto principali nobilior esset. scientia enim ex duobus est nobilior sicut dicit philosopho in .1. de anima. bonorum honorabilium &c. et ex hoc quod est de nobiliori subiecto, et ex hoc quod est certior, tunc dico quod illa scientia que considerat deum esset nobilior, quia esset de nobiliori subiecto, et etiam esset nobilior, quia certior esset sicut iam patebit, quia autem uidetur probabile quod deus et alia entia sint maius bonum quam ipse deus solum, propter hoc volo determinare quod deus et alia entia non sint maius bonum quam ipse deus solum, et hoc patet ex tribus. primum enim est quod deus est ipsum suum esse purum, quoniam si deus non esset suum esse purum iam esset

B

Argu. 1.

Argu. 2.

Argu. 3.

T. c. 50. G

T. c. 1.

H

Deus non est maius bonum cum alijs tribus, quam solus.

A
Ratio. 1.

compositus sicut ego non sum meum esse purum, quia habeo naturam in me in qua est meum esse, sed deus non est aliud quam ipsum suum esse purum. quoniam si esset aliud quam suum esse purum iam esset compositus & cum componentia sint prius quam ipsum compositum et tunc sequeretur quod deus non esset primum, habemus ergo quod deus est ipsum suum esse purum, cum ergo omnis ratio perfectionis sumatur ex puro esse deus est ipsum esse purum & deus est omnis ratio perfectionis & hoc dicit philosophus in 5. metha. quod est unum perfectum simpliciter quod habet in se omnem rationem perfectionis. & commentator addit & hoc est dispositio primi principij. Si ergo deus habet in se omnem rationem perfectionis tunc patet manifeste quod deus & alia entia non sunt maius bonum quam ipse deus solus, ergo scientia que considerat alia entia & deum ipsum non est nobilior quam scientia que considerat deum tantum principaliter loquendo. ¶ Hoc etiam apparet ex alio quoniam sicut est in efficientibus ita est & in finibus. Nunc autem in efficientibus ita est quod agens principale & instrumentale multa possunt que tamen non potest principale agens solum, quoniam multa potest facere faber, & martellus que non potest facere faber solus, & hoc est quia martellus non accipit a fabro quicquid potest & habet martellus unde si martellus acciperet a fabro quicquid habet nihil posset martellus & faber quod non posset facere solus faber, cum ergo omnes creature quicquid habent bonitatis accipiant ab ipso deo quoniam illud quod maxime est tale est causa omnium posteriorum & aliorum, cum ergo deus maxime & summe sit bonus deus erit causa maxime bonitatis omnium creaturarum, ergo omnes creature quicquid habent bonitatis accipiunt a prima bonitate, scilicet a deo, ergo deus habet in se omnem rationem bonitatis & in ipso congregantur omnes perfectiones, sicut faber dicitur non posse facere omne illud quod potest faber & martellus quia martellus habet aliquam perfectionem quam non accipit a fabro, & non dicitur posse omnia que potest cum martello quoniam martellus quicquid habet non accipit a fabro, & sic dicitur deus habere perfectionem in se cum alie creature accipiant a deo ipso quicquid habent bonitatis & perfectionis propter hoc deus et alia entia non sunt maius bonum, quam ipse deus solus. ¶ Preterea alie creature habent bonitatem finitam & deus excedit omnes alias creaturas in bonitate in infinitum quia sicut dictum est deus est causa efficiens omnium, & ideo non est maior virtus in deo & creatura quam in ipso solo deo, & ita non plus habet deus & creature quam deus solum, & hoc est ex parte finis. ¶ Preterea alie creature habent bonitatem finitam deus excedit creaturas bonitate infinita, & ideo non est comparatio bonitatis creaturarum ad bonitatem primi principij, & ex hoc apparet manifeste quod bonitas creaturarum non comparatur ad bonitatem dei sicut linea ad lineam, quoniam linea aliquotiens sumpta reddit plus quam alia linea sed sic comparatur bonitas creaturarum ad bonitatem dei sicut punctus ad lineam, & sicut punctus & linea non sunt maius quam linea solum sic & bonitas aliarum creaturarum & bonitas dei non sunt maior bonitas quam dei solum, quod autem punctus et linea non sunt maius quam linea tantum, apparet ex hoc quod si linea & punctus essent maius quam linea tunc sequeretur quod omnes partes totius alicuius essent aliquid maius quam suum totum licet punctus non sit pars linee, sed pro tanto posset dici pars linee quia punctus necessario inest & linee & suis par-

B
Ratio. 2.

tibus & hoc patet considerari, patet ergo quod deus & alia entia non sunt maius bonum quam ipse deus tantum igitur patet quod scientia que considerat alia entia & ipsum deum non est maior nec de maiori bono nec nobilior vel de nobiliori bono quam scientia que considerat deum tantum et non alia entia. Quod autem alia entia & deus sint minus bonum, quam ipse deus tantum probatur saltem in proposito per comparisonem ad scientiam & hoc apparet primo ex hoc, quoniam creature alie accipiunt bonitatem ab ipso deo et non habent bonitatem nisi in quantum bonitas dei refulget in eis, si ergo sit aliqua scientia que consideret alias creaturas et ipsum deum tunc oportet quod scientia illa sit una, et cum per idem realiter sit una per quod est scientia, ergo si illa scientia que considerat alias creaturas et ipsum deum sit una oportet quod consideret ea sub ratione aliqua communis, cum ergo alie creature non habeant rationem bonitatis, nisi secundum quod bonitas primi refulget in eis et bonitas primi, scilicet dei non refulget in eis nisi secundum modum finitum scientia que considerat alias creaturas et ipsum deum non considerabit bonitatem dei nisi secundum modum finitum, scientia autem que considerabit deum tantum et non alia considerabit bonitatem dei completam secundum modum infinitum, ergo deus et alia entia saltem in proposito per comparisonem, scilicet ad ipsam scientiam que considerat de vtrisque sunt minus bonum quam deus solus, et si est aliqua scientia que habeat deum pro obiecto principali et tamen cognoscat deum finite, tunc oportet quod illa scientia de deo plus cognoscat quam aliqua alia scientia inuenta secundum modum humanum siue per rationes humanas, cum deum in se consideret, et illud plus est maius bonum quam sit cognitio omnium creaturarum que ab homine naturaliter haberi possit, cum ergo scire deum sit maius bonum quam sit cognitio eius, scilicet dei ut potest haberi per scientiam que considerat ens in eo quod ens super ad dicta cognitione alterius totius entis, patet ergo quod scientia que considerat deum pro obiecto principali est nobilior et melior cum sit de meliori et nobiliori obiecto, patet etiam ex hoc quod scientia que deum considerat et alia entia similiter sit minus bonum quam scientia que considerat deum solum cum deus et alia entia sint minus bonum respectu scientie quam sit ipse deus solus, patet etiam ex hijs que dicta sunt quod ista scientia non est dignior ex hoc quod non consideret deum pro principali obiecto immo esset dignior si consideret deum tantum principaliter et non alia entia, ¶ Quod autem illa scientia que considerat deum tantum sit certior et nobilior hoc apparet, scientia enim fortitur speciem ab obiecto principali, unde si obiectum fuerit simpliciter in actu tunc scientia simpliciter est in actu vel immediate habet aliquid ad scientiam in actu, et si obiectum fuerit tale quod ipsum non sit simpliciter in actu, tunc scientia simpliciter non est in actu, nunc autem ita est quod ens secundum quod ens non est simpliciter in actu quoniam aliquid habet de potentialitate, nam differentie entis secundum quod ens sunt actus et potentia, et ideo ens secundum quod ens non est simpliciter in actu, deus autem simpliciter est in actu et non habet aliquid de potentialitate, nunc autem ita est secundum quod dicit philosophus in 9. metha, quod malum et error contingit in scientia propter potentialitatem admixtam, cum ergo scientia dicatur esse certior et incertior ex hoc quod non contingit ei malum et error vel ex hoc quod contingit ei malum et error tunc scientia que considerat ens secundum quod ens cui admixtum est aliquid de potentialitate

Agens principale cur indiget in instrumentale.

C
Ratio. 3.

tibus & hoc patet considerari, patet ergo quod deus & alia entia non sunt maius bonum quam ipse deus tantum igitur patet quod scientia que considerat alia entia & ipsum deum non est maior nec de maiori bono nec nobilior vel de nobiliori bono quam scientia que considerat deum tantum et non alia entia. Quod autem alia entia & deus sint minus bonum, quam ipse deus tantum probatur saltem in proposito per comparisonem ad scientiam & hoc apparet primo ex hoc, quoniam creature alie accipiunt bonitatem ab ipso deo et non habent bonitatem nisi in quantum bonitas dei refulget in eis, si ergo sit aliqua scientia que consideret alias creaturas et ipsum deum tunc oportet quod scientia illa sit una, et cum per idem realiter sit una per quod est scientia, ergo si illa scientia que considerat alias creaturas et ipsum deum sit una oportet quod consideret ea sub ratione aliqua communis, cum ergo alie creature non habeant rationem bonitatis, nisi secundum quod bonitas primi refulget in eis et bonitas primi, scilicet dei non refulget in eis nisi secundum modum finitum scientia que considerat alias creaturas et ipsum deum non considerabit bonitatem dei nisi secundum modum finitum, scientia autem que considerabit deum tantum et non alia considerabit bonitatem dei completam secundum modum infinitum, ergo deus et alia entia saltem in proposito per comparisonem, scilicet ad ipsam scientiam que considerat de vtrisque sunt minus bonum quam deus solus, et si est aliqua scientia que habeat deum pro obiecto principali et tamen cognoscat deum finite, tunc oportet quod illa scientia de deo plus cognoscat quam aliqua alia scientia inuenta secundum modum humanum siue per rationes humanas, cum deum in se consideret, et illud plus est maius bonum quam sit cognitio omnium creaturarum que ab homine naturaliter haberi possit, cum ergo scire deum sit maius bonum quam sit cognitio eius, scilicet dei ut potest haberi per scientiam que considerat ens in eo quod ens super ad dicta cognitione alterius totius entis, patet ergo quod scientia que considerat deum pro obiecto principali est nobilior et melior cum sit de meliori et nobiliori obiecto, patet etiam ex hoc quod scientia que deum considerat et alia entia similiter sit minus bonum quam scientia que considerat deum solum cum deus et alia entia sint minus bonum respectu scientie quam sit ipse deus solus, patet etiam ex hijs que dicta sunt quod ista scientia non est dignior ex hoc quod non consideret deum pro principali obiecto immo esset dignior si consideret deum tantum principaliter et non alia entia, ¶ Quod autem illa scientia que considerat deum tantum sit certior et nobilior hoc apparet, scientia enim fortitur speciem ab obiecto principali, unde si obiectum fuerit simpliciter in actu tunc scientia simpliciter est in actu vel immediate habet aliquid ad scientiam in actu, et si obiectum fuerit tale quod ipsum non sit simpliciter in actu, tunc scientia simpliciter non est in actu, nunc autem ita est quod ens secundum quod ens non est simpliciter in actu quoniam aliquid habet de potentialitate, nam differentie entis secundum quod ens sunt actus et potentia, et ideo ens secundum quod ens non est simpliciter in actu, deus autem simpliciter est in actu et non habet aliquid de potentialitate, nunc autem ita est secundum quod dicit philosophus in 9. metha, quod malum et error contingit in scientia propter potentialitatem admixtam, cum ergo scientia dicatur esse certior et incertior ex hoc quod non contingit ei malum et error vel ex hoc quod contingit ei malum et error tunc scientia que considerat ens secundum quod ens cui admixtum est aliquid de potentialitate

D
Ratio. 4.

tibus & hoc patet considerari, patet ergo quod deus & alia entia non sunt maius bonum quam ipse deus tantum igitur patet quod scientia que considerat alia entia & ipsum deum non est maior nec de maiori bono nec nobilior vel de nobiliori bono quam scientia que considerat deum tantum et non alia entia. Quod autem alia entia & deus sint minus bonum, quam ipse deus tantum probatur saltem in proposito per comparisonem ad scientiam & hoc apparet primo ex hoc, quoniam creature alie accipiunt bonitatem ab ipso deo et non habent bonitatem nisi in quantum bonitas dei refulget in eis, si ergo sit aliqua scientia que consideret alias creaturas et ipsum deum tunc oportet quod scientia illa sit una, et cum per idem realiter sit una per quod est scientia, ergo si illa scientia que considerat alias creaturas et ipsum deum sit una oportet quod consideret ea sub ratione aliqua communis, cum ergo alie creature non habeant rationem bonitatis, nisi secundum quod bonitas primi refulget in eis et bonitas primi, scilicet dei non refulget in eis nisi secundum modum finitum scientia que considerat alias creaturas et ipsum deum non considerabit bonitatem dei nisi secundum modum finitum, scientia autem que considerabit deum tantum et non alia considerabit bonitatem dei completam secundum modum infinitum, ergo deus et alia entia saltem in proposito per comparisonem, scilicet ad ipsam scientiam que considerat de vtrisque sunt minus bonum quam deus solus, et si est aliqua scientia que habeat deum pro obiecto principali et tamen cognoscat deum finite, tunc oportet quod illa scientia de deo plus cognoscat quam aliqua alia scientia inuenta secundum modum humanum siue per rationes humanas, cum deum in se consideret, et illud plus est maius bonum quam sit cognitio omnium creaturarum que ab homine naturaliter haberi possit, cum ergo scire deum sit maius bonum quam sit cognitio eius, scilicet dei ut potest haberi per scientiam que considerat ens in eo quod ens super ad dicta cognitione alterius totius entis, patet ergo quod scientia que considerat deum pro obiecto principali est nobilior et melior cum sit de meliori et nobiliori obiecto, patet etiam ex hoc quod scientia que deum considerat et alia entia similiter sit minus bonum quam scientia que considerat deum solum cum deus et alia entia sint minus bonum respectu scientie quam sit ipse deus solus, patet etiam ex hijs que dicta sunt quod ista scientia non est dignior ex hoc quod non consideret deum pro principali obiecto immo esset dignior si consideret deum tantum principaliter et non alia entia, ¶ Quod autem illa scientia que considerat deum tantum sit certior et nobilior hoc apparet, scientia enim fortitur speciem ab obiecto principali, unde si obiectum fuerit simpliciter in actu tunc scientia simpliciter est in actu vel immediate habet aliquid ad scientiam in actu, et si obiectum fuerit tale quod ipsum non sit simpliciter in actu, tunc scientia simpliciter non est in actu, nunc autem ita est quod ens secundum quod ens non est simpliciter in actu quoniam aliquid habet de potentialitate, nam differentie entis secundum quod ens sunt actus et potentia, et ideo ens secundum quod ens non est simpliciter in actu, deus autem simpliciter est in actu et non habet aliquid de potentialitate, nunc autem ita est secundum quod dicit philosophus in 9. metha, quod malum et error contingit in scientia propter potentialitatem admixtam, cum ergo scientia dicatur esse certior et incertior ex hoc quod non contingit ei malum et error vel ex hoc quod contingit ei malum et error tunc scientia que considerat ens secundum quod ens cui admixtum est aliquid de potentialitate

Bonitas creaturae ad bonitatem dei est sicut punctus ad lineam.

Actus & potentia sunt differentie entis in quantum ens.

tibus & hoc patet considerari, patet ergo quod deus & alia entia non sunt maius bonum quam ipse deus tantum igitur patet quod scientia que considerat alia entia & ipsum deum non est maior nec de maiori bono nec nobilior vel de nobiliori bono quam scientia que considerat deum tantum et non alia entia. Quod autem alia entia & deus sint minus bonum, quam ipse deus tantum probatur saltem in proposito per comparisonem ad scientiam & hoc apparet primo ex hoc, quoniam creature alie accipiunt bonitatem ab ipso deo et non habent bonitatem nisi in quantum bonitas dei refulget in eis, si ergo sit aliqua scientia que consideret alias creaturas et ipsum deum tunc oportet quod scientia illa sit una, et cum per idem realiter sit una per quod est scientia, ergo si illa scientia que considerat alias creaturas et ipsum deum sit una oportet quod consideret ea sub ratione aliqua communis, cum ergo alie creature non habeant rationem bonitatis, nisi secundum quod bonitas primi refulget in eis et bonitas primi, scilicet dei non refulget in eis nisi secundum modum finitum scientia que considerat alias creaturas et ipsum deum non considerabit bonitatem dei nisi secundum modum finitum, scientia autem que considerabit deum tantum et non alia considerabit bonitatem dei completam secundum modum infinitum, ergo deus et alia entia saltem in proposito per comparisonem, scilicet ad ipsam scientiam que considerat de vtrisque sunt minus bonum quam deus solus, et si est aliqua scientia que habeat deum pro obiecto principali et tamen cognoscat deum finite, tunc oportet quod illa scientia de deo plus cognoscat quam aliqua alia scientia inuenta secundum modum humanum siue per rationes humanas, cum deum in se consideret, et illud plus est maius bonum quam sit cognitio omnium creaturarum que ab homine naturaliter haberi possit, cum ergo scire deum sit maius bonum quam sit cognitio eius, scilicet dei ut potest haberi per scientiam que considerat ens in eo quod ens super ad dicta cognitione alterius totius entis, patet ergo quod scientia que considerat deum pro obiecto principali est nobilior et melior cum sit de meliori et nobiliori obiecto, patet etiam ex hoc quod scientia que deum considerat et alia entia similiter sit minus bonum quam scientia que considerat deum solum cum deus et alia entia sint minus bonum respectu scientie quam sit ipse deus solus, patet etiam ex hijs que dicta sunt quod ista scientia non est dignior ex hoc quod non consideret deum pro principali obiecto immo esset dignior si consideret deum tantum principaliter et non alia entia, ¶ Quod autem illa scientia que considerat deum tantum sit certior et nobilior hoc apparet, scientia enim fortitur speciem ab obiecto principali, unde si obiectum fuerit simpliciter in actu tunc scientia simpliciter est in actu vel immediate habet aliquid ad scientiam in actu, et si obiectum fuerit tale quod ipsum non sit simpliciter in actu, tunc scientia simpliciter non est in actu, nunc autem ita est quod ens secundum quod ens non est simpliciter in actu quoniam aliquid habet de potentialitate, nam differentie entis secundum quod ens sunt actus et potentia, et ideo ens secundum quod ens non est simpliciter in actu, deus autem simpliciter est in actu et non habet aliquid de potentialitate, nunc autem ita est secundum quod dicit philosophus in 9. metha, quod malum et error contingit in scientia propter potentialitatem admixtam, cum ergo scientia dicatur esse certior et incertior ex hoc quod non contingit ei malum et error vel ex hoc quod contingit ei malum et error tunc scientia que considerat ens secundum quod ens cui admixtum est aliquid de potentialitate

E

Bonitas creata, est ex bonitate dei increata in ea re fulta.

Scientia dei principaliter considerans est omnibus nobilior dignior.

Actus & potentia sunt differentie entis in quantum ens.

Ens simpliciter includit potentialitatem.

A litate est minus certa quam illa que considerat deum tantum cui nihil est admixtum de potentialitate patet ergo clare quod scientia que considerat deum tunc nihil est admixtum de potentialitate est nobilior & dignior & certior quam illa que considerat deum & alia entia tunc ex parte rei quam ex parte modi sicut declaratum est.

Ad pri. **E**t tunc ad rationes dico quod primum argumentum magis arguit oppositum quam propositum dicit Ari. quod consideratio vilius arguit vilitatem scientie, consideratio nobilium arguit nobilitatem scientie, & tunc per hoc quod ista scientia considerat ens secundum quod ens & sub ente continentur vilia magis debet arguere quod non sit nobilis quam quod sit nobilis ex hoc quod considerat ens secundum quod ens. Sed adhuc possumus solvere rationem ad minorem cum dicitur ille est magis sciens qui scit alia entia & deum ipsum quam ille qui scit deum tantum. dico quod falsum est sicut patuit supra. Et tunc ad aliam rationem cum dicitur illa magis accedit ad rationem scientie que est per causas quam illa scientia que non est per causas, dico quod verum est in illis que nata sunt sciri per causam. In illis que non sunt nata sciri per causam non est verum quia non habent causam. & ideo non oportet, & dico quod etiam metha. aliqua scit per causam sicut illa que causam habent & aliqua non per causam sicut primum principium quod per causam sciri non potest cum causam non habeat sed penitus effugit rationem causam & sicut scientia non est nobilior intellectu immo e contrario ita cognitio que habetur per causas non est nobilior quam cognitio principiorum & cetera.

Ad 3. **A**d tertium patet quod creature cum ipso deo non sunt maius bonum quam deus solus, ergo nec scientia horum.

Questio. XI.

NUNC queritur utrum causa sit subiectum huius scientie, & istam questionem movet Aui. & videtur primo quod causa possit esse subiectum huius scientie & hoc sic. sapientia est per causas, unde causa est de ratione sapientie. Nunc autem ita est quod illud quod est de ratione sapientie facit ad esse sapientie, sed illud quod facit ad esse sapientie illud videtur esse subiectum sapientie, cum ergo causa faciat ad esse sapientie, videtur quod causa sit subiectum eius ergo & c. Preterea illud per quod una scientia distinguitur ab alijs illud videtur esse subiectum eius, cum ergo ista scientia distingatur ab alijs per hoc quod illa speculat ut causas simpliciter & est de causis simpliciter, videtur ergo quod causa sit subiectum huius scientie saltem causa simpliciter. Hoc idem videtur per hoc quod philosophus primo incipit determinare de causis ergo & c.

In oppo. vnius scientie non est nisi vnum subiectum, subiectum metha. est ens inquantum ens, ergo non causa.

Ad istam questionem protendit Aui. dicendo quod causa non est subiectum huius scientie & ad hoc ostendendum procedit sic, si causa esset subiectum huius scientie hoc esset vel secundum quod causa, vel secundum quod talis causa vel secundum quod cadit sub ratione entis, quod autem causa secundum quod causa non sit primo secundum esse subiectum huius scientie, hoc apparet ex hoc, quoniam si causa esset subiectum huius scientie secundum quod causa tunc oporteret quod differentie ille que considerantur in ista scientia essent differentie cause, secundum quod causa, hoc autem falsum est, quoniam que determinantur in ista scientia sunt vnum & multa idem & diversum actus & potentia & multe alie que non sunt differentie cause secundum quod causa sed entis secundum quod ens igitur causa secundum quod causa non est subiectum huius scientie sed ens secundum quod ens. Preterea

non potest esse, quod pars & totum sint subiectum eiusdem scientie, causa autem est pars subiecti huius scientie, quoniam causa & causatum sunt partes entis secundum quod ens ergo & c. Aliam rationem ponit Aui. & est talis, cognitio cause secundum quod causa non potest haberi nisi per cognitionem rerum habentium causas & hoc declaro sic, causa enim secundum quod causa non potest cognosci nisi per dependentiam, quoniam causa est illud ad cuius esse sequitur aliud siue ad quod dependet aliud, causatum autem est illud quod sequitur ad esse alterius & dependet ad ipsum, ergo patet quod non cognoscitur causa secundum quod causa nisi per dependentiam, cum ergo cognoscitur res habens dependentiam & cognoscitur res talis quod habet talem dependentiam ad talem rem, quia tunc cognoscitur causa secundum quod causa, quia tunc cognoscitur causa per dependentiam, quam habet ipsum causatum ad causam, cum ergo cognitio cause, secundum quod causa non habeatur per cognitionem rerum habentium causas & cognitio subiecti huius scientie primo imprimatur in anima, quoniam sicut ipse dicit & est valde notabile verbum res & ens primo imprimuntur in anima & impressionem eorum non precedit impressio alicuius, patet igitur manifeste quod causa secundum quod causa non est subiectum huius scientie, he sunt rationes per quas ipse dicit quod causa secundum quod causa non potest esse subiectum huius scientie. Preterea quod causa secundum quod talis causa non possit esse subiectum huius hoc patet, quoniam si sic iam causa consideraretur sub ratione speciali si causa consideraretur, & secundum quod talis causa. Nunc autem istud repugnat scientie communi, si quod consideret aliquid sub ratione speciali, ergo non potest esse subiectum huius scientie, causa secundum quod causa. Preterea dicit Aui. si causa secundum considerationem absolutam non potest esse subiectum huius scientie nec causa secundum quod talis causa, tunc enim si causa esset subiectum huius scientie hoc esset sub ratione entis, et tunc causa non esset subiectum huius scientie sed ens, quoniam illud est subiectum in scientia sub cuius ratione considerantur omnia illa que considerantur in scientia, et ideo concludit quod causa non est subiectum huius scientie. Possumus tamen nos duabus rationibus brevibus declarare quod causa secundum quod causa non potest esse subiectum in aliqua scientia speciali et ad hoc accipio duas rationes vel duas propositiones quarum prima est quod illud est subiectum in scientia quod principaliter consideratur in scientia et illa propositio vera est, quoniam scientia sortitur speciem ex obiecto principali, et ideo cum scientia accipiat speciem et formam ex eo quod principaliter considerat illud erit subiectum scientie quod principaliter consideratur, hoc autem est ens non causa. Aliam propositio est quod causa et causatum correlativa sunt et sunt simul natura, natura correlativorum est quod vnum non potest intelligi sine alio et ideo si sit aliqua scientia que considerat causam secundum quod causa etiam illa scientia eque principaliter considerabit causatum et hoc est impossibile, si quod aliqua scientia eque principaliter consideret aliqua duo, quoniam tunc sequeretur quod aliqua scientia sortiretur sibi speciem et formam a duobus eque principaliter quod est impossibile ergo & c. Preterea subiectum in scientia est illud de quo probatur aliquid in scientia, causa autem secundum quod causa est illud per quod probatur aliquid in scientia de subiecto, cum ergo esse illud de quo aliquid probatur in scientia et esse illud per quod aliquid probatur in scientia sint

Cap. 3. Ratio. 3.

Et quid sit. Causum quid sit.

1. metha. suff.

Ratio. 4.

Ratio. 5.

Subiectum scientie quid sit.

G Ratio. 1. Egl. dij.

H Ratio. 2.

A rationes penitus diuerse. patet qd licet illud quod est causa possit esse subiectum alicuius scientie. tamen causa secundum quod est causa, non est subiectum alicuius scientie.

Ad pr. **E**t tunc ad rationes. **C** Ad primam cum dicitur causa facit ad esse sapientie ergo est subiectum. dico quod sapientia non considerat causas primo & principaliter. sed ens secundum quod ens principaliter considerat, sed causa & causatum vnum & multa & talia sunt quedam que consequuntur ens secundum quod ens. & ideo de talibus possunt esse quedam estimationes sapientie. **C** Et aliter possumus dicere qd non oportet quod illud sit subiectum sapientie quod facit ad esse sapientie quocunque modo, sed quod facit ad esse principaliter cuiusmodi non est consideratio cause secundum quod causa. **C** Ad aliam rationem cu dicitur illud uidetur esse subiectum scientie per quod scientia distinguitur ab alijs scientijs. dico quod veru est si primo & principaliter distinguitur per illud. si autem non primo et principaliter per illud distinguitur. non oportet quod sit subiectum eius sicut patet de homine & risibili. homo enim distinguitur ab alijs per risibile. nec tamen oportet quod risibile sit forma hominis, & cetera.

Ad 2.

B Signum autem est sensuum dilectio propter enim utilitatem propter seipsos diliguntur, & maxime alioru, qui est pro oculos. Non enim solum ut agamus, sed & nihil agere debentes, ipsum uidere pro omni bus ut dicam alijs eligimus. **Tex. I.**

Questio. XII. **V**ERITVR De secunda propositione qua ponit philosophus in principio libri & circa illam propositionem queritur primo vtru sensus preter utilitatem vite debeant diligere, & videtur quod non. quoniam sensus diliguntur sicut dicit philosophus, quoniam per illos deuenimus in felicitate nostram. cum ergo duplex sit beatitudo loquedo naturaliter vna que est secundum prudentiam, alia que est secundum sapientiam. si possumus probare quod sensus impediunt vtranque felicitatem probatu erit, quod sensus non sunt diligendi. qd autem sensus impediunt felicitatem que est secundum prudentiam patet per hoc, quoniam passiones que sunt secundu sensus impediunt ne homo possit regulari secundu prudentiam ergo &c. **C** Preterea quod impediunt aliam felicitatem patet ex hoc. quoniam felicitas que est sapientia consistit in cognitione abstractorum. per sensus autem cognoscimus sensibilia, per que retrahimur a cognitione abstractorum ergo &c.

In prolo. cap. 1.

Argu. 1.

Argu. 2.

C **I**n oppo. est philosophi in litera. **P** Ad cognoscendum veritatem huius questionis primo oportet nos videre quomodo comparantur sensus ad animam et ad nos. Inuenimus autem duos sermones de anima. primus est quod anima comparatur ad corpus & ad virtutes vel ad organa sentiendi, sicut ars ad instrumenta cuius probatio est, dicit enim commentator in 3. de anima, qd quandoque aliqua duo agentia concurrunt ad aliquem effectum, vnum illorum est sicut principale agens, & alterum sicut instrumentum. Nunc autem ita est qd ad actionem istam que est sentire concurrunt anima et virtutes sensitiue. & ideo cum anima sicut dicit philosophus in 2. de anima sit illud. quo primo viuimus

Commen. ta. 3. d. ani. ma. co. 155.

T. 6. 24.

sentimus & intelligimus. anima est principale agens. virtutes autem siue potentie erunt sicut instrumenta. comparatur etiam anima ad ipsas virtutes sensitiuas sicut totum ad partes suas. quoniam omnes iste virtutes comprehenduntur in anima in quadam uniuersitate & omnes actiones istarum virtutum agit anima in vniuersali ita qd per talem virtutem talem operationem puta per visum actum videndi. & ideo anima comparatur ad istas virtutes sensitiuas sicut totum ad partes suas potenciales. & cum partes potentiales quodammodo sint perfectio totius iste virtutes sensitiue erunt perfectiones anime, & cum vnumquodque diligat suam perfectionem, & sensus sint perfectiones anime. sequitur quod anima diligat ipsos sensus. sicut perfectibile suam perfectionem. Cum ergo sensus sint instrumenta anime sicut declaratum est et vnumquodque agens diligat illud per quod iuuatur in actione sua & anima iuuatur in actionibus suis per ipsos sensus sicut per sua instrumenta patet manifeste quod anima diligat ipsos sensus. Sed quia non videtur philosophus loqui de ista dilectione qua ipsi sensus diliguntur, quia sunt perfectiones, sed videtur loqui de illa qua diliguntur, quia iuuant animam in sua operatione et due sunt operationes quibus anima comparatur ad sensus. si opera vite & alie operationes quibus anima deuenit in cognitione, & de illa dilectione qua diliguntur sensus propter opera vite non loquitur philosophus, sed de illa dilectione qua diliguntur propter cognitionem, & ideo declarandum est qualiter preter utilitatem vite nos diligamus ipsos sensus propter cognitionem. Anima enim creatur sicut tabula nuda in qua nihil depictu est. vnde sicut materia prima est potentia tantum in ordine naturali sic intellectus est potentia tantum in ordine intelligibili. & ideo si anima debeat cognoscere aliquid, oportet quod aliquid imprimatur sibi. Illud autem quod imprimitur sibi non est abstractum nec oppositum abstracto. quoniam ab eo quod est penitus abstractum non fit abstractio. Similiter quod imprimitur sibi non debet esse penitus corporale. quoniam corporalia & intrinsece inter se maximam diuersitatem habent. & ideo illud a quo fit talis abstractio est medium inter penitus abstracta & penitus materialia, et illud medium est phantasma quod nec penitus est corporale nec penitus abstractum, & cum phantasmata quibus phantasmatis anima deuenit in cognitionem accipiuntur propter sensus patet qd anima diligat sensus per ipsam cognitionem.

Et tunc ad rationes. **P** Ad primam cum dicitur passiones sensus impediunt homines. dico quod verum est homines non habentes naturam bene ordinatam sed peruersam. **P** Ad aliam rationem cum dicitur cognitio sensibilibum habetur per sensus & ipsa retrahunt nos a cognitione abstractorum et dico qd non debemus sistere in cognitione sensibilibum, sed per cognitionem sensibilibum debemus ire in cognitionem abstractorum, & cetera.

Questio. XIII. **V**ERITVR Vtrum probare dilectione scientie per dilectionem sensus sit probare dilectionem scientie per signum sicut dicit philosophus in litera. & arguitur quod non. sicut enim se habet sensus ad scientiam ita se habet dilectio sensus ad dilectionem scientie. sed sensus est causa scientie. ergo dilectio sensus est causa dilectionis scientie. vt videtur. erit igitur probatio per causam & non per signum. **P** Preterea signum presupponit signatu, sed signatum non presupponit signum, ergo per signatum magis videtur probari signum quam signum per

E

Diligat vnumquodque naturaliter suam perfectionem.

F Sensus dupliciter diliguntur.

Intellectus informatus est specie, sicut materia forma.

Phantasma medium inter abstractu & materiale.

G Ad prim.

Ad 2.

Argum. 1.

H

Argum. 2.

A per signatum. ergo per dilectionem scientie magis uideatur probari dilectio sensus quã e conuerso ergo, &c. **P**reterea syllogismi destruuntur per signum. ergo ad philosophum non pertinet probare per signum. cum ergo metha. sit philosophus ad metaphisicum, non pertinebit probare per signum.

In opposi. est Philosophus in litera.

Ad cognoscendum veritatem huius questionis primo oportet videre quid est signũ. dico ergo quod signũ est id quod dat rem ipsam intelligere & effugit rationem cause illius rei cuius est signum, tunc ulterius in scientia est tria considerare. s. habitum scientie secundum quem dicimur esse sapientes siue sciẽtes in actu primo, & alia est consideratio scientie secundum quã dicimur esse scientes in actu primo, siue secundo. & aliud est considerare in scientia. s. ipsum scibile a quo fortitur scientia speciem et formam, modo dico quod triplici uia possunt deuenire in cognitionem huius s. q. probare dilectionem scientie per sensum est probare dilectionem scientie per signum, & hoc possumus videre tam ex parte habitus scientie tam ex parte considerationis scientie quam ex parte scibilis. primo ex parte habitus scientie. sensus enim ordinatur ad intellectum & cognitio sensus ad cognitionem in intellectu ordinatur & cognitio intellectus est finis cognitionis sensitue ita q. sensus est sicut illud quod est ad finem. Nunc autem ita est quod inter ea que sunt ad finem & ipsum finem est talis differentia. quoniam ea que sunt ad finem sunt causa essendi effectiue ipsi finem, ea autem que sunt ad finem non sunt causa diligendi ipsum finem, sed e contrario. q. autem ea que sunt ad finem sunt causa essendi ipsum finem patet ex hoc. quoniam finis habet esse per actionem siue operationem, & ideo illa que sunt priora in operatione illa sunt principia causandi ipsum finem. ea autem que sunt prima in operatione sunt ea que sunt ad finem. & ideo ea que sunt ad finem sunt causa essendi ipsum finem. sed ea que sunt ad finem non sunt causa quare finis diligat. cuius ratio est, quia sicut philosophus & commen. in. 2. huius dicunt finis & bonum idem. unde finis est bonum per se. ea autem que sunt ad finem non habent rationem boni nisi in quantum unũ quodque ordinatur ad finem & quantum unumquodque eorum attingit ad finem tantum bonum est. Nunc autem ita est q. illud quod habet rationem diligibilis habet rationem boni, nam ex eo ex quo habet aliquid rationem boni ex hoc habet quod diligatur. cum ergo sicut iam declaratum est finis habet per se rationem boni. ea autem que sunt ad finem non habent rationem boni nisi ex eo quod ordinatur ad finem patet quod ea que sunt ad finem non diliguntur nisi propter ipsum finem. & ideo cum finis sit prior in intentione manifeste apparet quod ea que sunt ad finem non sunt causa quare finis diligat, immo e contrario ea que sunt ad finem diliguntur propter ipsum finem. Ex his ergo arguitur sic sensus sicut dictum est comparantur ad intellectum humanum sicut ea que sunt ad finem ipsum est. & ideo ex dilectione scientie habetur dilectio ipsius sensus sicut ex dilectione finis habetur dilectio eorum que sunt ad finem. cum ergo sicut dictum est prius signum est illud quod dat intelligere rem & non est causa illius rei cuius est signum & dilectio sensus dat intelligere dilectionem scientie. sicut dilectio eorum que sunt ad finem dat intelligere dilectionem ipsius finis & dilectio sensus non est causa dilectionis scientie sed potius e contrario sicut iam declaratum est. apparet manifeste quod probare dilectionem scientie per sensum est probare dilectionem scientie per signum sicut probatur dilectio pueri a matre per dilectionem nutricis.

Et uidetur sine dubio quod ista probatio per sensum maxime competit intentioni philosophi. quod philosophi intentio est probare quod scientia sit maxime diligenda & hoc fecit multum competenter per sensum, quando enim ex dilectione unius arguitur dilectio alterius illud, propter cuius dilectionem arguitur dilectio alterius maxime diligitur, quoniam propter unumquodque tale & illud magis, quoniam si propter dilectionem pueri, dilectio est nutricis sic potes competenter arguere quod puer maxime diligitur, & ideo cum ex dilectione scientie sit dilectio sensus potes arguere quod scientia maxime diligitur, & licet ita sit quod dilectio scientie causet dilectionem sensus & non e contrario. in inferendo tamẽ debemus et possumus semper inferre ex dilectione eius, quod est ad finem dilectionem finis non tamen e contrario. causam autem quare hoc est quilibet inspicere potest considerando naturam finis et eius quod est ad finem. et quia premisse debent esse tales quod semper inferat conclusionem. & ideo probando per dilectionem sensus dilectionem scientie optime fecit philosophus. patet autem quod probare dilectionem scientie per sensum est probare per signum. Secundo hoc patet ex consideratione scientie. sensus enim iuuat, vel inducit ipsum intellectum & consideratio sensus iuuat considerationem intellectus. si non nimis immoretur consideratio sensus. si tamen nimis immoretur consideratio sensus, impeditur consideratio intellectus, & e contrario. consideratio intellectus impedit considerationem sensus alterius sicut videmus quod quando vnus homo cogitat & intelligit alius homo bene transibit iuxta ipsum. tamen ipsum non videbit. Si ergo consideratio scientie & intellectus iuuatur per sensum. & aliquando impeditur per sensum & signum sicut dictum est prius, est illud quod dat rem intelligere & non est causa rei apparet quod dilectio sensus est signum dilectionis scientie. & ideo probare ipsam dilectionem sensus est probare ipsam per signum. tamen in quantum impedit deficit a ratione scientie uel a probatione dilectionis scientie. Illud etiam patet per ipsum scibile. quoniam meth. inuestigat naturas rerum, sicut naturam substantie & aliorum nunc autem ita est quod accidentia illa que per sensum cognoscuntur sunt signum naturarum ipsarum rerum sicut multum ponderare & non diminui in igne et esse bene sonorum illa accidentia auri naturam declarant. cum ergo illa accidentia que cognoscuntur per sensum sint significatiua naturarum ipsarum rerum cognitio illorum accidentium per sensum est cognitio naturarum ipsarum per signum & illa probatio est multum bona que accipitur ex parte scibilis. patet ergo quod probatio philosophi per signum fuit, & hoc patet tam ex parte habitus scientie. tam ex parte considerationis scientie quam etiam, ex parte scibilis.

Tunc ad rationes respondendum est. Et primo ad primam dico quod argumentum primum peccat per fallaciam accõitis, aut peccat in materia, priõ possumus dicere quod peccat in materia cũ dicitur sicut se h3 sensus ad sciam sic se hẽt dilectio sensus ad dilectionem scie. ergo sicut sensus est cã, ita dilectio sensus est cã dilectionis scientie. dico quod falsum est. qm non sicut se hẽt sensus ad sciam ita se habet dilectio sensus ad dilectionem scientie sicut iã declaratum est, patet et esse fallaciã accõitis cum dicitur sicut se habet sensus ad scientiam ita &c. dico verum est quod sicut se habet sensus ad scientiam in ratione efficientis. ita sese habet dilectio sensus ad dilectionem scientie in causa finali, quoniam dilectio scientie est finis dilectionis sensus sicut sensus est cã essendi scientiã, sed cũ dicitur in minori sed sensu

Signum quid sit

Tria consideratur in scientia.

Dilectionem sensus esse propter dilectionem scientie tripliciter probatur. Ratio. 1.

Que sunt ad finem sunt causa essendi ipsius finis. Finis est causa dilectionis eorum que sunt ad ipsum.

T. c. 8.

Que sunt ad finem non diliguntur nisi propter finem.

E

Ratio. 2. **F**

Immortio sensus impeditur in intellectu.

Ratio. 3.

G Metaph. iquitur naturas rerum substantie & accõitium.

Ad pri.

H

Sensus ad sciam effectiue.

B

E

T.c. 64.

magis ad bonu

magis ad bonu

magis ad bonu

magis ad bonu

magis ad bonu

magis ad bonu

magis ad bonu

magis ad bonu

magis ad bonu

magis ad bonu

magis ad bonu

magis ad bonu

magis ad bonu

magis ad bonu

magis ad bonu

magis ad bonu

magis ad bonu

magis ad bonu

magis ad bonu

magis ad bonu

magis ad bonu

magis ad bonu

magis ad bonu

magis ad bonu

magis ad bonu

magis ad bonu

magis ad bonu

non est uera, & secunda non est ad propositum. Qd autē prima distinctio sit falsa hoc patet ex dicto philosophi in fi. 3. de anima. dicit enim ibi qd tactus facit ad esse animalis. quoniam animal est propter tactu alij autem sensus faciunt ad bene esse. Ex hoc arguitur sic bene esse est maius bonum quam esse. quoniam esse includitur in hoc quod dico bene esse. ergo bene esse est maius bonum quā esse. cum autem ratio dilectionis sumatur ex bonitate. ideo magis diligendum quod est magis bonum. cum ergo sicut dictū est bene esse sit magis bonum quam esse. bene esse erit magis diligendum, ergo & sensus alij a tactu cū faciāt ad bene esse erunt magis diligendi quam tactus qui facit ad esse. Preterea ratio eorum per quam ipsi probant qd tactus est maxime diligendus est magis ad oppositum eorum quam ad propositum. quoniam ex hoc quod tactus est fundamentum. sequitur qd ex hoc habet rationem materialitatis. quoniam fundamentum habet rationem materie, illud autem quod superadditur habet rationem forme. & ideo alij sensus habent magis rationem formalem quam tactus. quoniam tactus est fundamentum omnium aliorū sensuum, cum ergo ratio perfectionis & dilectionis sumatur ex forma magis quam ex materia. videtur qd ista ratio per quam ipsi arguebāt tactum esse magis diligendum arguat magis oppositum quam propositum. Preterea hoc idem apparet ex hīs que dicta sunt prius quoniam dictum est prius qd quedā res sunt que dicuntur perfecte quia sunt ratio perfectio nis sicut forma dicitur esse non quia habet esse per se. sed quia est ratio essendi. Nunc autem dicebatur ibi qd licet ens & bonum conuertantur. dicuntur tamen secundum rationem cōtrariam. quoniam illud quod dat entitatem simpliciter dat bonitatem secundum quid & econtra. cum ergo tactus det entitatem simpliciter respectu aliorum sensuum. quoniam per ipsum animal est animal tactus dabit bonitatem secundum quid. alij autem sensus cum nō dent entitatem simpliciter dabunt bonitatem simpliciter. cum ergo ratio dilectionis sumatur ex bonitate. magis erunt diligendi alij sensus quam tactus. Secunda autem distinctio nō est ad propositum. quoniam philosophus intendit qd simpliciter visus est maxime diligendus. Et ppter hoc dīcendum est qd inter oēs sensus visus ē maxime diligendus. & hoc patet ex tribus. si. n. nos vel lemus arguere maiorē bonitatē uel dilectionē alicuius instrumenti quā alterius hoc faceremus ex tribus tum quia illud instrumentum magis facit ad actionem illius agentis, tū quia minus impeditur, tū quia illud qd agit instrumentū ipsum illud est nobilius. si. m. magis diligendus, tū quia facit nos magis cognoscere. tū quia minus impeditur, tū quia illud qd cognoscimus p istū sensum est nobilius, qd at visus sit maxie diligendus quia nos facit maxie cognoscere hoc appet qm visus inter oēs est spiritalior & immaterialior, & quia qd magis immateriale est magis cognoscit naturā. dicit cōment. in. 2. huius qd materia est impeditiua cognitionis. & pp hoc visus magis cognoscitiuus ē cū sit imaterialis & spūalior qd alij. Preterea hoc idē possumus sic declarare. quia visus inter oēs sensus minus impeditur & hoc patet in gustu. videmus. n. qd lingua ipedit pp amari tudinē ita qd nō pōt hū sentire ipsam dulcedinē. sed visus cū statim uiderit ipsam albedinē si remoueat palpebra habet percipere nigredinē. & sic est in oibus alijs. patet ergo qd cū visus minus impediāt qd alij sensus est magis diligendus. Preterea visus est magis diligendus. quia etiā illud quod cognoscimus p visum ē nobilius, quia illud

G

Pō ppria.

Instrumē tum quod magis diligendum sit.

Instrumē tum quod magis diligendum sit.

Instrumē tum quod magis diligendum sit.

Instrumē tum quod magis diligendum sit.

Instrumē tum quod magis diligendum sit.

Instrumē tum quod magis diligendum sit.

Instrumē tum quod magis diligendum sit.

Instrumē tum quod magis diligendum sit.

Instrumē tum quod magis diligendum sit.

Instrumē tum quod magis diligendum sit.

Instrumē tum quod magis diligendum sit.

Instrumē tum quod magis diligendum sit.

A sus est causa scientie. ergo dilectio sensus est causa dilectionis scientie. non ualeat. immo est ibi fallacia accidentis. quoniam extraneum est ipsi sensui & accidit sibi quod diligatur in quantum est causa essendi scientiam. non diligitur dilectione que sit causa sed q sit causata. **C** Ad altam rationem cum dicitur signū presupponit signū dico quod falsum est. uel possumus dicere qd sicut est signū ita presupponit. et quia sensus est signum in diligendo non in efficiendo. et id non oportet quod prius sit scientia quam sensus. sed quod primo diligatur verum est. **C** Ad tertiam rōnē cum arguitur syllogismi destruuntur per signa. dico ad hoc qd duplex est signum. est quodam necessariū. et infallibile. et est aliud signum quod nō est necessarium nec infallibile sed probabile signum. tunc dico quod syllogismi destruuntur per signa quando non sunt necessaria et infallibilia sed probabilia et per talia signa non debet arguere auctor. sed syllogismi nō destruuntur per signa necessaria. immo per talia bene arguit auctor. Nunc autem ita est qd dilectio sensus est signum necessarium et infallibile ipsius dilectionis scientie. et ideo per tale signum bene potest arguere philosophus. **C** Vel potest dici aliter qd philosophus non tantum intendit facere istam scientiam. sed etiam intendit ut legentes et etiam audientes intelligant istam scientiam. et hoc facit. multotiens per signa et per signa acquiescunt ipsi scientie. et ideo bene potest Philosophus per signa declarare ipsam scientiam. & cetera.

Questio. XIIII.

Q VERITVR Vtrum visus sit magis diligendus inter omnes sensus. & videtur qd nō. quoniam inter omnes sensus ille est magis diligendus qui facit ad esse quam ille qui non facit ad esse. cum autem tactus faciat solus ad esse videtur qd tactus inter omnes sensus sit magis diligendus. **P** Preterea ille sensus est magis diligendus in cuius sensibilius magis delectamur. nunc autem magis delectamur in sensibilibus tactus quam in sensibilibus aliorum sensuum. ergo & c. **P** Preterea probatur qd visus non sit magis diligendus. quantum etiam ad cognitionem. sed tactus dictum enim est qd cognitio sit p coniunctionem cognoscentis ad cognoscibile. sed cū tactus maxime iūgat maxime suo cognoscibili. quia fit per medium intrinsecum sicut dicit philosophus in 2. de anima. cap. de tactu. videtur igitur qd quantum ad cognitionem. tactus sit magis diligendus.

Ad oppositum est philosophus & hoc sufficiat ad istā partem. **P** Ad istam questionem aliqui volunt respondere per duplicem distinctionem. dicunt enim sic. si tu queris quis sensus sit magis diligendus. simpliciter dico qd tactus simpliciter & maxime est diligendus inter omnes sensus & per consequens gustus cū gustus sit quidam tactus sicut dicitur in. 2. de anima. & ratio huius est sicut dicit ipsi. quoniam tactus est fundamentum omnium sensuum. & ideo simpliciter est magis diligendus. Si autem tu queras quis sensus secundum quid sit magis diligendus et quantum ad cognitionem. tunc vterius distinguunt. dicunt enim ipsi quod quantum ad cognitionem hoc potest esse dupliciter cum duplex sit cognitio. quedam enim est cognitio que accipitur per inuentionem. quedam autem que acquiritur per disciplinam. si tu queras quis sensus sit magis diligendus quantum ad cognitionē. que sit per inuentionem. tunc visus est magis diligendus. Si autem tu queras quantum ad cognitionē que acquiritur per disciplinam. tunc auditus est maxime diligendus cum auditus sit maxime disciplinabilis. sic respondent ipsi. videtur autem qd prima distinctio

A
Ad. 2.
Ad. 3.
Syllogismi destruuntur per signa qdō.
B
Argu. 1.
Argu. 2.
Argu. 3.
C
T.c. 129.
Albert. 1. meth. c. 4.
T.c. 101.
D

Ratio. 3.

A illud q̄ cognoscimus per visum est lucidum corpus. corpus autem lucidum inter omnia corpora tenet pri matum cum cognoscimus etiam per visum corpora celestia que sunt sempiterna et immortalia, inter omnia corpora, patet igitur quod visus est magis diligendus: tum ex hoc, quod per ipsum maxime cognoscimus. tum ex hoc, quod minus impeditur, tum ex hoc, quod illud quod cognoscitur per visum est nobiliss.

Ad prim. **E**t tunc ad rationes respondendum. ¶ Ad primam cū dicitur tactus facit ad esse, visus aut ad bene esse, dico q̄ rō magis fuit ad oppositum, q̄ ad propositū vel arguit oppositum quā propositum. qm̄ per hoc quod visus facit ad bene esse tactus autem ad esse magis deberet arguere quod visus est magis diligendus cū bene esse sit magis bonum quā esse. ¶ Ad aliam rationem quando dicitur magis delectamur secundum sensum tactus, quam secundum alium sensum. dico quod licet magis delectamur secundum tactum non propter hoc arguitur quod magis diligendus sit simpliciter sed magis diligendus sit propter necessitatē, quoniam ratio dilectionis simpliciter nō sumitur ex ipsa delectatione necessariorum ad vitam. ¶ Ad tertium cum dicitur ille sensus est magis diligendus qui magis cognoscitur. verū est. & cū dicitur tactus est magis cognoscitius quam aliquis alius sensus, dico qd̄ falsum est. immo est minus cognoscitius, cum inter omnes sensus sit materialior, & cum probatur inter omnes sensus magis vnitur suo sensibili, quoniam p̄ medium intrinsecum, dicendum quod circa omnes sensus materiales tactus vnitur materialior suo sensibili et immutatio eius a sensibili est immutatio materialior immutationibus omnium aliorum sensuum & propter istam maiorem immutationem materialem non arguitur maior cognitio, immo minorem arguit, cum materia sit impeditiua cognitionis sicut cōmentator in secundo huius ait &c.

Ad 2. ¶ **B** propter hoc arguitur quod magis diligendus sit simpliciter sed magis diligendus sit propter necessitatē, quoniam ratio dilectionis simpliciter nō sumitur ex ipsa delectatione necessariorum ad vitam. ¶ Ad tertium cum dicitur ille sensus est magis diligendus qui magis cognoscitur. verū est. & cū dicitur tactus est magis cognoscitius quam aliquis alius sensus, dico qd̄ falsum est. immo est minus cognoscitius, cum inter omnes sensus sit materialior, & cum probatur inter omnes sensus magis vnitur suo sensibili, quoniam p̄ medium intrinsecum, dicendum quod circa omnes sensus materiales tactus vnitur materialior suo sensibili et immutatio eius a sensibili est immutatio materialior immutationibus omnium aliorum sensuum & propter istam maiorem immutationem materialem non arguitur maior cognitio, immo minorem arguit, cum materia sit impeditiua cognitionis sicut cōmentator in secundo huius ait &c.

Causa autem est, quia hic maxime sensuum nos cognoscere facit, & multas rerum differentias demonstrat. **Tex. I.**

Questio. XV. **V**erum visus plurium rerū differentias nobis ostendat sicut vult Philosophus in primo huius libri. & videtur q̄ non, quoniam ille sensus plures differentias nobis ostendit vt videt, cuius sunt plures, sed ipsius tactus sunt plures differentie ergo &c. ¶ Preterea dicit philosophus in 2. de anima, q̄ nos habemus meliorem tactum, ergo vt videtur tactus plures differentias ostendit q̄ visus cum habeamus ipsum meliorem. ¶ Preterea per alium sensum quam per visum possumus cognoscere aliquid de substantijs separatis, sicut per auditum, ergo & cetera.

In oppo. est Philosophus in litera. ¶ Ad istam questionem possumus sic dicere q̄ differentia siue diuersitas quantum ad presens ex tribus attenditur, primo ex parte materie, secūdo ex parte forme, & tertio ex parte circumstantiarum. primo enim ex parte materie attenditur differentia quando illud inuenitur in pluribus materiis sicut sensibile tactus in pluribus materiis inuenitur quam ipsum sensibile gustus, sensibile enim tactus sunt quatuor qualitates, scilicet calidum humidum frigidum & siccum, sensibile autem gustus est sapor. Nunc autem ita est quod calidum & alie qualitates inueniuntur tam in mixtis quam in simplicibus corporibus, sapes autē in-

Differen-
tia ex tri-
bus potest
quodlibet
attendit.

ueniuntur in mixtis corporibus, & odores similiter. Attenditur etiam differentia ex parte forme, & hoc iam patebit. Attenditur etiam differentia quantum ad circumstantias que sunt prope longe ante et retro, sursum & deorsum, dextrorsum et sinistrorsum & illa non reducuntur ad naturam materie nec ad naturam forme sed sunt circumstantie quedam. tunc dico, quod visus plurium rerum differentias nobis ostendit & quantum est ex parte materie & quantum est ex parte forme & quantum est ex parte circumstantiarum. quod tam visus ex parte materie plures differentias nobis ostendit patet quoniam proprium sensibile siue obiectum ipsius visus est lucidum primo, & perse, lucidum autem inuenitur in pluribus materiis numero quam aliquod sensibile aliorum sensuum, quoniam lucidum inuenitur tā in simplicibus, quam in mixtis saltē aliquibus, & inuenitur lucidū in corporibus celestibus & propter hoc visus plurium rerum differentias nobis ostendit quantum ex parte materie, quod autem plurium rerum differentias nobis ostendit ex parte forme hoc apparet, quoniam inter ceteros sensus visus plures formas eiusdem generis cognoscit, quod ego sic intelligo, pisces oreades, n. propter malam dispositionem, visus quia habent duos oculos non possunt cognoscere nisi album aut nigrum, medios autē colores non cognoscunt sicut pallidum aut fuscum, sed si videant pallidum iudicant ipsum nigrum esse. Similiter est de visu respectu aliorum sensuum, visus enim inter omnes sensus habet organum melioris dispositionis, quoniam visus est spiritalior omnibus sensibus, & ideo habet organum melioris dispositionis quam alij sensus & magis denudatum a sensibilibus quam organum alicuius alterius sensus. Organum enim tactus compositum est ex sensibilibus sensus tactus, & ideo quia non est penitus denudatus a qualitatibus tangibilibus, ideo tactus non potest cognoscere omnes differentias tangibilium sed excellentes tangibilium cognoscit, hoc et patet in organo gustus. licet enim organum gustus non sit commixtum ex aliquo sapore, quia tamē lingua recipit infectionem propter hoc gustus male cognoscit omnes differentias gustabilium, sicut patet in organo omnium aliorum sensuum, & ideo cum visus habeat organum melius dispositum et magis spirituale quam aliquis alius sensus & minus recipiat impedimentum, patet quod inter omnes alios sensus visus plures formas in eodem genere cognoscit, & ideo ex parte forme plures differentias cognoscit. Et ecce do vobis optimum exemplum, canis enim plures differentias odorum cognoscit quam homo sed hoc non ex parte materie est, quoniam non cognoscit canis plures differentias odorum, quia odorabilia canis sunt in pluribus materiis quam odorabilia hominis, sed quia canis habet organum odoratus melius dispositum quam homo, similiter est in visu hominis respectu aliorum sensuum. Visus etiam plures differentias nobis ostendit ex parte circumstantiarum, quoniam visus cognoscit prope longe & sursum & deorsum & dextrorsum & sinistrorsum, & per hoc quod visus cognoscit a longe differt a tactu & gustu, visus etiam illud quod cognoscit cognoscit diametraliter, licet enim species coloris sicut albedinis, per quamlibet partem medij multiplicetur, & licet etiam per totum oculum recipiatur, visus tamen non cognoscit ipsum visibile nisi diametraliter, & propter hoc visus bene iudicat de sensibili, q̄ ipsum est dextrum & sinistrum sursum et deorsum ante et nō ante, et in hoc differt visus ab auditu et odoratu, auditus enim et si audit ipsam campanam nescit ra-

E Visus plures rerum differentias ostendit tripliciter. Primo ex parte materie,

F Secundo ex parte forme,

Pisces malū visum habet quare,

Tactus quare non cognoscit omnes differentias tangibiles.

Gustus quare male percipit

Canis cur plures species odoris sentit quam hō,

3. ex circumstantijs.

H Visus enim melius iudicat de visibili.

B ij

Athen iudicare utrum illa campana sit ad dextrum, vel ad sinistrum. & hoc est propter illas resecationes aeris. & similiter est de odoratu canis, patet ergo quod visus magis ostendit plures differentias rerum quam aliquis alius sensus. tum ex parte materie, tum ex parte forme, tum etiam, ex parte circumstantiarum.

Ad prim. Et tunc ad rationes respondendum est cum dicitur ille sensus plures differentias nobis ostendit &c. Dico quod ipse tactus non sunt plures differentie quam ipse visus & si non sint tot contrarietates. **C** Postumus etiam aliter solvere, dicendo quod licet ipse tactus sint plures differentie quam ipse visus, tamen non omnes differentias tangibilem cognoscit ipse tactus sicut visus cognoscit omnes differentias visibilem.

Ad 2. **C** Et tertio modo possumus solvere aliter dicendo quod sensus tactus non est sensus vnus. **F** Ad argumentum aliud dicendum est quod philosophus non comparat tactum hominis ad alios sensus hominis, sed comparat tactum hominis ad tactum aliorum animalium. & ideo non sequitur quod si homo habet meliorem tactum aliorum animalium quod tactus plurimum rerum differentias ostendat.

Ad 3. **B** **C** Ad aliud cum dicitur per auditum potest homo cognoscere substantias separatas dico quod nec per visum, nec per auditum potest homo cognoscere substantias separatas, si tamen per aliquam uocem ponatur ad consignificandum deum vel aliquam substantiam separatam, similiter potest fieri per aliquam scripturam quod representabit ipsum deum, vel per aliquod aliud signum visibile deum intelligimus.

Animalia quidem igitur natura sensuum habentia fiunt. Ex sensibus autem quibusdam quidem ipsorum memoria non fit, quibusdam uero fit. Et propter hoc alia quidem prudentia sunt, alia uero disciplinabiliora non potestibus memorari. Tex. I.

Questio. XVI.

QUERITUR Vtrum bruta habeant prudentiam. & videtur quod non, quoniam prudentia sicut dicit Philosophus est recta ratio agibilem, cum ergo bruta non habeant rationem videtur quod bruta non habeant prudentiam. **P** Preterea prudentia est melior arte, sed bruta non participant experimento, uel arte, & si participant participant parum sicut dicitur in litera. ergo non habent prudentiam. **P** Preterea quod bruta non habeant prudentiam propter memoriam hoc apparet. Memoria enim est ipsorum preteritorum, prudentia autem est ipsorum agibilem, cum enim preterita non possunt, non preterisse & facta non possunt non fieri, immo deus non posset facere de preterito non preteritum, sicut dicit philosophus in 6. ethicorum commendans ipsum agaton dicentem quod hoc solo priuatur deus quod non potest facere quod genita sint ingenta, patet ergo quod propter memoriam non debemus ponere quod bruta habeant prudentiam, quia memoria respicit necessaria & immutabilia, sed prudentia respicit contingentia & variabilia.

Cap. 1. **H** **I**n oppo, est philosophus in litera, **D** **A** istam questionem respondent breuiter aliqui & dicunt quod prudentia inuenta in brutis non est prudentia proprie dicta, sed prudentia que inuenitur in brutis nihil aliud est quam quedam sagacitas naturalis, siue quidam instinctus naturalis per quem agunt bruta

ea que agunt. & hoc declarant per exemplum, sicut formica existens in estate habens memoriam famis preterite in hieme congregat fructum, & ea ex quibus possit viuere in hieme, & similiter hirundo facit nidum suum quadam sagacitate naturali. Sine dubio istud quod isti dicunt non habet veritatem, quoniam si prudentia in brutis esset sagacitas nature cum sagacitas et instinctus nature insint omnibus animalibus brutis quecunque sint illa, tunc omnia bruta animalia essent prudentia, & hoc non est verum, quod enim omnibus brutis insint sagacitas nature patet, quoniam non est aliquod brutum animal in mundo quod si pungatur quod non retrahat se, & quod ipsi dicunt quod formica memor famis in hieme congregat in estate falsum est. Nam si modo nasceretur formica & esset estas, modo congregaret non propter famem preteritam, sed propter naturalem instinctum. **C** Et propter hoc est aliter breuiter dicendum, quod prudentia proprie inuenitur in hominibus & per aliquam similitudinem inuenitur in brutis, & si nos volumus videre qualiter prudentia similitudinarie inuenitur in brutis, oportet nos videre qualiter prudentia inueniatur in hominibus. Dicit enim Philosophus sexto ethicorum, quod prudentia est habitus consiliatiuus. Ille enim homo prudens est, qui scit consiliare homines de agendis. vnde prudentia non est ipsius finis, quoniam nullus consiliaret de fine, quis enim est ille Medicus qui consiliaret vtrum debeat introducere in infirmo sanitatem, sed consilium est de his que sunt ad finem, consilium etiam non est de impossibilibus, sicut dicitur, tertio ethicorum, sed de his que contingunt aliter se habere, consilium etiam est de his que spectant ad nos, de his autem que non subiacent humane potestati nullus consiliari debet sicut dicit philosophus, & propter hoc prudentia in homine est habitus consiliatiuus siue aliquid regulans hominem non de fine, sed de his que sunt ad finem, non impossibilibus, sed de his que sunt & possunt aliter se habere, & in hijs que spectant ad nos que subiacent potestati humane. Nunc autem ita est quod in homine quedam sunt in quibus fertur homo naturaliter & vniformiter semper & in talibus non est error, quedam autem sunt in homine in que non fertur homo naturaliter nec semper & vniformiter & in his conuenit error & sic diffinitas & in talibus indiget homo regula quadam qua dirigatur ipse in talibus & hec regula est prudentia proprie dicta. Similiter est in brutis, quedam enim sunt in eis in que bruta feruntur naturaliter & semper vniformiter sicut dicit Philosophus in secundo phisicorum quod aranea facit telam naturaliter & semper vniformiter, et hirundo nidum, & in talibus bruta non indigent regula aliqua que dirigat ea in tales operationes, quoniam in talibus bruta errare non possunt, sed agunt ea quodam instinctu naturali, aliqua uero sunt in brutis in que bruta non feruntur naturaliter nec semper vniformiter sed in talibus conuenit error et diffinitas, sicut patet quod vna formica congregat in illo loco & alia formica in alio loco, non enim omnes formice congregant in eodem loco & in talibus in quibus bruta non agunt vniformiter egent aliqua regula que dirigat ipsa bruta in tales operationes, & illa regula est memoria, videmus enim quod vna formica congregat vnum granum frumenti in uno loco et alia granum frumenti in eodem loco & non in alio, & hoc est quia illa formica habet memoriam de loco in quo posuit primum granum, videmus etiam quod formica, vadit iterum ad aceruum, a quo accipit primum granum, & hoc est, quia habet memoriam

E De sensu & sensato lect. 2.

P6 ppta.

F Cap. 9. 10.

Cap. 6.

Cap. 6.

G

T. 6. 30.

Bruta in quibus indigent memoria. H

A memoriam quod inde accepit primum granum. unde ipsa memoria est prudentia in brutis.
Et tunc ad rationes. primo respondendum est ad illud quod dicitur prudentia est recta ratio agibilium, verum est accipiendum prudentiam proprie. **C** Ad aliud cum dicitur prudentia est melior arte. verum est prudentia proprie dicta. **C** Ad aliud cum dicitur memoria est ipsorum preteritorum. dico quod verum est. et cum dicitur quod prudentia est ipsorum agendorum. dico propter memoriam non ponitur prudentia in brutis ex hoc quod bruta faciant preterita non esse preterita, sed ponitur prudentia in brutis propter memoriam, quia ipsa memoria est ipsa prudentia in brutis cum regulet ea in agibilibus.

*Prudentia quidem sunt sine addiscere. quae
 cunque sonos audire non potentia sunt, ut
 apes. Et utique si aliquod aliud huiusmodi
 est animalium genus. Addiscunt autem
 cum memoria, & hunc habent sensum.*

Tex. I.

Questio. XVII.

QUERITUR. Vtrum solus auditus sit sensus disciplinabilis ita quod habentia auditum sint solum disciplinabilia. et videtur quod non. quoniam agens agit illud quod est in potentia secundum illud quod est in actu. cum ergo doctor sit sciens in actu per visum doctor agit in discipulum scientem in potentia per visum in potentia. Ille ergo sensus maxime disciplinabilis est per quem homo magis cognoscit. cum ergo homo magis cognoscat per visum quam per alium sensum. videtur quod visus sit magis disciplinabilis quam auditus. **C** Preterea videmus. in quod quaedam sunt animalia sicut apes. quae sonos audire non possunt quia non habent auditum & tamen disciplinabilia sunt, quoniam per sonum bacini quod percutitur ad ipsum congregantur homines animalia ad locum unum ergo. **C** Preterea dicit philosophus in 7. phisicorum, quod sedendo & quiete fit anima prudens. Ille ergo sensus ut videtur non maxime disciplinabilis est in quo consistit maxime motus inter omnes sensus. cum ergo in auditu sit maxime motus. quoniam sonus consistit in motu aeris. ergo ut videtur auditus est minus disciplinabilis quam aliquis alius sensus.

Ad oppositum videtur esse philosophus in littera.
C Ad istam questionem respondetur sic. dicunt. n. aliqui quod animal est bene disciplinabile per alium sensum quam per auditum, & hoc manifestant in multis, muti non habentes auditum bene disciplinabiles sunt per visum sicut apparet ad sensum, & tunc dicunt quod auditus dicitur esse solus disciplinabilis propter hoc quod magis disciplinabilis est inter omnes alios sensus, propter hoc dicitur solus auditus disciplinabilis, quia per quandam excellentiam. Sine dubio illud quod dicitur non est verum, eadem enim ratione sequeretur quod cum per visum simus maxime cognoscere et visus sicut prius dicitur est primus sit maxime cognoscens, iam sequeretur quod solus visus esset cognoscitivus, & hoc est falsum. Et ideo per aliam viam possumus devenire ad dissolutionem huius questionis, & hoc primo videndo duplicem comparationem ipsius sensus. sensus enim comparatur ad animam sicut instrumentum ad agens principale sicut prius declaratum fuit. Nunc autem ita est quod instrumentum principale est medium inter agens principale et ipsum opus, et ideo instrumentum habet duplicem comparationem, cum sit medium inter agens et opus habet. n. ipsum instrumentum unam

comparationem ad ipsum agens et aliam ad ipsum opus et ideo cum sensus comparatur ad animam sicut instrumentum ad arte sensus habebit duplicem comparationem. unam ad animam & aliam ad ipsam operationem. unde sicut instrumenta comparantur ad arte sic sensus comparatur ad animam, & sicut quilibet ars habet sua propria instrumenta sic anima habet suos proprios sensus, & sicut instrumenta artis virtualiter referuntur in arte, ita sensus omnes virtualiter referuntur in anima. Tunc ulterius cum sit natura quedam particularis & quedam uniuersalis, natura particularis saluatur in vno, natura uniuersalis saluatur in pluribus. Nunc autem ita est quod licet natura particularis deficiat in aliquo & in paucioribus propter aliquas monstruositates, natura nihilominus uniuersalis, ut in pluribus deficere non potest, & propter hoc licet sit aliquod animal quod deficiat in aliquo sensu, natura tamen illius speciei in omnibus illo sensu deficere non potest. Est ulterius intelligendum quod actio instrumenti est duplex. quaedam est actio instrumenti per se & quaedam per accens. Actio instrumenti per se est quoniam quis vult illo instrumento in opus deputatum illi instrumento in operationem sibi debitam. Actio vero per accens quoniam quis vult instrumento in opus non sibi debitum et per primum, sicut cum quis vult solitari ad hauriendum aquam. Tunc dico quod quoddam est disciplinabile per se, et proprie, quoddam nec per se nec proprie, sed per accens & quoddam nullo modo. Tunc dico quod auditus est proprie disciplinabilis, unde illud animal quod habet auditum est prope & per se disciplinabile, illud tamen animal quod non habet auditum, natum est tamen habere auditum est disciplinabile per accidens, quia licet anima non habeat auditum quia tamen omnes sensus virtualiter referuntur in anima, sicut instrumenta artis virtualiter referuntur in arte, propter hoc animal non habens auditum, natum tamen habere auditum potest uti aliquo instrumento ad disciplinam, sicut homo potest uti solitari ad hauriendum aquam, quod n. aliquis sensus non sit propter disciplinam, anima tamen potest uti illo sensu quasi per accidens ad disciplinam & propter hoc muti sunt disciplinabiles non per se, sed per accidens quoniam ipsi utuntur aliquo sensu ad disciplinam sicut ipso visu, qui tamen non est propter disciplinam. Est autem aliud animal quod non est disciplinabile, nec per se nec per accidens, sicut illud quod non habet auditum nec natum est habere auditum, & propter hoc patet quod auditus est sensus proprie disciplinabilis & si quid sit disciplinabile non habens auditum hoc visum est quomodo sit.

Tunc ad rationes dicendum est, cum dicitur quod agens &c. Dico quod sit fallacia consequentis, quoniam arguitur. Visus est maxime cognoscitivus, ergo maxime cognoscitivus, illa cognitio que est per disciplinam, & hic est processus fallacie consequentis. non enim sequitur quod si visus est maxime cognoscitivus simpliciter quod sit cognoscitivus illa cognitione que est per disciplinam. **C** Ad aliud quod arguitur de apibus, scilicet quod apes non habent &c. Dico quod si apes congregantur in vno loco quando percutitur bacinum hoc non est quod audiunt sonos, quia sicut dicit philosophus, apes sonos audire non possunt, quoniam auditum non habent. Sed congregantur in aliquo loco propter motum aeris, qui forte aliquam passionem infert apibus, sicut tonitrua scindunt ligna propter motum aeris, & ex hoc non sequitur quod apes sint disciplinabiles, sed solum quod contineant & congregentur in vno loco propter amorem. **C** Ad aliud dicendum est cum dicitur sedendo, et quiete anima fit prudens. Dico quod auditus non dicitur disciplinabilis, quod si anima semper audiat

E Instrum. tu est medium inter agens & opus.
 Natura uniuersalis in pluribus non potest deficere.

F Instrum. si actio duplex.

Muti disciplinabiles sunt per accens.

G

Ad prim.

Ad. 2.

In cap. 1.

H

Ad. 3.

ret semper fieret prudens, & nunquam cogitaret & consideraret de auditis, sed auditus dicitur disciplinabilis, quia est via in disciplinam, & hic habet locum distinctio quam assignat commentator in libro de sensu & sensato dicens, qd disciplinabile potest dici dupliciter, uel quia est subiectum discipline, uel quia e via in disciplinam. Primo modo dicitur intellectus disciplinabilis, quia est subiectum discipline. Secundo modo dicitur auditus disciplinabilis quia e uia in disciplinam &c.

Alia quidem igitur imaginationibus & memorijs uiuunt, experimenti autem partium participant hominum autem genus arte & rationibus fit autem ex memoria hominibus experimentum, eiusdem namque rei multae memoriae unius experientiae potentiam faciunt, & fere uidetur scientiae simile experimentum esse, & arti. **Tex. I.**

Questio. XVIII.

QUERITUR De generatione experimenti, Et primo queritur utrum experimentum fiat ex pluribus memorijs. & uidetur quod non, quonia sicut se habet sensus ad memoriam, ita experimentum ad memoriam, cum ergo ex vno sensu possit fieri memoria una, uidetur similiter ex una memoria posse fieri experimentum vnum. **C** Preterea experimentum est particularium particulare uero est respectu vnus, ergo ut uidetur experimentum est ex vna memoria. **C** Preterea experimentum est respectu actionis, cum ergo actio fit in vno, uidetur qd experimentum ex vna memoria fieri possit.

Ad oppositum est dictum philosophi in litera. **C** Ad istam questionem respondent aliqui dicentes sic qd ex vna memoria non potest fieri experimentum & hoc declarant sic, quoniam si aliquis dederit aliquam herbam alicui infirmo, & hoc solu, ut sanetur infirmus nescit homo utrum natura sanauerit vel herba, et forte ita bene sanasset natura infirmum si non dedisset sibi illam herbam, & ideo si ex illa vice uellet homo coniecturare quod talis herba sanauit talem egritudinem, posset homo decipi, & ideo cum ex vna memoria non possit homo discernere, utrum talis herba sanauerit, vel non, propter hoc dicunt ipsi, qd impossibile est quod ex vna memoria fiat experimentum. Sine dubio licet isti deueniant in cognitionem veritatis non tamen habent bonum modum deueniendi in cognitionem veritatis, quoniam ipsi deueniunt in veritatem per accidens, nam ratio calitatis per accidens respicit experimentum & per se artem. Nunc autem semper obmittendum est illud quod est per accidens in aliqua re, & accipiendum est illud quod est per se, & propter hoc si nos volumus bene videre utrum ex vna memoria possit fieri vnum experimentum, oportet nos scire quid est experimentum. Est intelligendum qd experimentum est collatio particularium. Vnde ipsi milites qui sunt multum experti & fuerunt in multis bellis, quando sunt in aliquo bello conserunt inter se & iudicant utrum sit fugiendum an non. Vnde cum impossibile sit vnum factum esse simile alteri totaliter, oportet esse multa in memoria, cum experimentum sit collatio particularium. Vnde cum

vnus non sit collatio sed multorum, & experimentum sit collatio particularium oportet multa esse in memoria, ex quibus fiat vnum experimentum, dato et qd esset aliquod factum simile, adhuc cum in illo facto sint multa, oportet experimentum fieri ex multis memorijs, & ne oporteat facere questionem de hoc dicto. s. quod experimentum fit ex multis memorijs, posset ee qd, ad quam virtute pertinet conferre particularia.

Ad hoc sunt duo modi dicendi dicit. n. commentator. 3. de aia qd illa virtus cuius est conferre ista particularia est ipse intellectus. **P** Alij sunt qui dicunt, qd non solum intellectus est ille qui cofert ista particularia sed uirtus cogitativa. Vnde dicunt ipsi qd cogitativa cofert ipsa particularia & qd cogitativa est quedam ratio particularis. & hec est ratio medicorum qui dicunt, qd imaginatiua est in anteriori parte capitis, cogitativa est in medio, memoria est in posteriori parte capitis, quis istorum bene dixerit declaro. Credo. n. qd si cogitativa conferat particularia hoc non est secundum qd cogitativa, qm si cogitativa secundum qd hmoi coferet ista particularia cum cogitativa inueniatur in brutis, bruta tunc herent experimentum quod est falsum dicit philosophus in litera qd parum artis & experimenti participant ipsa bruta & ideo si hoc faciat ipsa cogitativa, hoc non est secundum quod huiusmodi, sed hoc est respectu intellectus & propter hoc cu actio magis debeat attribui principali agenti melius dicendum est qd ad intellectum pertinet collatio particularium, quam ad uirtute cogitativam, cum hoc non faciat nisi in virtute intellectus.

Tunc ad rationes dicendum est & primo ad primam. Sed ut videamus quid est ibi per se, dicendum est, qd qm in memoria fit intentio plena, & hoc ex vno sensu. tunc ex uno sensu bene fit vna memoria, et hoc est quando sensibile nobis est nouum ita qd bene figuratur ibi sensus, et fiat fortis impressio in sensu, tunc ex tali sensu bene fit vna memoria, et ppter hoc pueri bene rememorantur sicut nos de his que vidimus in iuuentute. quoniam que vident pueri sunt eis noua, sed aliquando contigit qd ex vno sensu no fit una memoria, & hoc est quando ex illo sensu fit intentio semiplena & non perfecta, sed cum de ratione experimenti fit collatio particularium, & vnus non possit esse collatio, propter hoc licet memoria aliquando possit fieri ex vno sensu, experimentum tamen ex una memoria fieri non potest.

Ad secundum & tertium dicitur qd experimentum fit ex vna memoria quando fit forti impressione et plena.

Hominibus autem scientiae & ars per experientiam euenit, experientia quidem. n. artem fecit sicut ait Polus recte dicens, sed in experientia casum, fit autem ars cu ex multis experimentalibus conceptionibus una fit uniuersalis, uelut de similibus acceptio. Acceptionem quidem enim habere qd Callie & Socrati hac egritudine laborantibus contulit. Ca. I.

Questio. XIX.

QUERITUR Post hec, que dicta sunt, utrum ars genereur ex experimento, & uidetur quod sic, quoniam triplex

A
Disciplina
bile dupli
citer.

B

Argu. 1.

Argu. 2.

Argu. 3.

**Albert. 1.
Trac. 7.**

C

**Declara
tio ppria.**

**Experime
tum quid.
D**

E

**C. 9. 19.
20.**

F

Ad prim

**Pueri qua
re non be
ne memo
rantur.**

G

Ad 2.

H

Argu. 1.

A plex causa inuenitur, quedam est causa proprie & per se, & quedam est causa non proprie, & quedam est causa per accidens modo est talis differentia inter istas causas, quoniam causa proprie est cuius propositum infert propositum & oppositum infert oppositum causa autem non proprie est que non infert oppositum ut si dicatur album colorat ergo nigrum non colorat, non sequitur quia album non colorat in eo quod album, sed in eo quod coloratum, causa autem per accidens est, que licet propositum aliquando infert, non tamen infert oppositum, ut si ambulatio sit causa coruscationis per accidens, ita quod nullo ambulante coruscavit: non oportet quod si non ambulauerit quod non fiat coruscatio, modo proba quod experimentum sit causa per se & propria artis, experimentum enim infert artem, & oppositum infert oppositum sicut dicit philosophus in littera, experientia facit artem in experientia casum, vel non artem. ¶ Preterea magis se videtur habere ars ad experimentum, quam memoria ad sensum, sed impossibile est quod memoria fiat sine sensu ergo impossibile est quod ars fiat sine experimento. ¶ Preterea propter admirari inceperunt homines philosophari. vnde homines admirantur quando ignorant causam, cum ergo expertus ignoret causam videtur quod admiratio proprie conueniat tantum experimento, cum ergo admiratio precedat scientiam, videtur quod experimentum precedat artem.

Causa p. pria.

causa per accidens.

cap. 1.

Argu. 2.

Argu. 3.

B In oppositum est philosophus in littera.

Ad istam questionem dicendum est breuiter, quod experimentum est respectu cognitionis quia ars est respectu cognitionis, propter quod dico quod si nos accipiamus cognitionem (quia) & cognitionem (pp quid) communiter & largo modo, tunc dico quod quedam est ars que supponit cognitionem (quia) et quedam sunt artes que non supponunt (quia) sicut dicit philosophus in libro posteriorum quod artes principales bene sciunt propter quid & ignorant causam (quia) si autem nos accipiamus experimentum proprie, cum experimentum proprie sit cognitio (quia) ordinata ad opus. ¶ Dico quod possumus accipere cognitionem (propter quid) dupliciter vel cognitionem (propter quid) acquisitam per doctrinam vel per inuentionem, si autem queratur vtrum experimentum precedat cognitionem propter quid acquisitam per doctrinam dico quod non: immo aliqui sunt homines qui bene habent artem medicine, & male experti sunt. Si autem queratur vtrum experimentum precedat cognitionem (propter quid) acquisitam per inuentionem dico quod sic, cum enim quis viderit quod talis herba curauerit infirmum talem, quia est calida, & infirmitas frigida, sicut cum aliquis viderit experimento, quod reubarbarum quod est forte humidum, & frigidum sanat talem coleram, cum sit calida & sic expertus fuerit de multis herbis acquirit tunc artem medicine & format principia artis, sicut quod contraria contrarijs curantur, & sic de alijs.

T. co. 23.

Cognitio propter quid dupl.

Reubarbarum quale

Ad prim.

Ad secun.

Ad tertiu

Tunc ad rationes dicendum est. Ad primam cum dicitur, experimentum infert artem & oppositum infert oppositum. ¶ Dico quod experimentum infert artem non acquisitam per doctrinam sed bene per inuentionem & oppositum experimenti non infert oppositum artis acquisite per doctrinam sed per inuentionem. Ad aliud cum dicitur magis si videtur habere ars ad experimentum, quam memoria ad sensum. ¶ Dico quod verum est de arte acquisita per inuentionem non per doctrinam. ¶ Ad aliud dicendum est quod admiratio precedit artem acquisitam per inuentionem & non per doctrinam &c.

Ad agere quidem igitur experientia quidem nihil ab arte differre videtur, sed expertos magis proficere videmus sine experientia rationem habentibus. Causa autem est quia experientia quidem singularium est cognitio: ars uero uniuersalium.

Questio. XX.

Q VERITVR Vtrum artifex sit melior experto. & arguitur quod non, quoniam illud est melius quod magis appropinquat ad finem sed expertus magis appropinquat ad finem quam artifex ergo. ¶ Preterea arguitur sic dicit philosophus primo politicorum quod quando aliqua duo ordinantur ad aliquod vnum, illud quod est propinquius illi ad quod ordinatur illud est principalius in illa re, cum ergo ars & experimentum ordinentur ad aliquod vnum scilicet ad actionem ergo experimentum est propinquius actioni quam ars, videtur quod expertus sit melior artifice, sicut anima est melior corpore cum sit principalior, & magis appropinquet fini hominis.

In oppositum est philosophus in littera.

Ad hec breuiter dicendum est, quod aliquid sit melius alio potest esse dupliciter vel in se vel in respectu alterius, & illud quod est bonum respectu alterius, est bonum quia est vtile, tunc dico quod si queritur de bonitate maiori vel minori respectu alterius & hoc est quia magis utile tunc dico quod expertus est melior quam artifex quia est magis utilis ad opus quam artifex & huiusmodi rationem bonam assignat philosophus in littera, dicit enim quod experimentum est circa particularia & actiones sunt circa particularia, ars autem est circa vniuersalia vnde experimentum per se respicit particularia, ars autem quodammodo respicit communicationis & propter hoc cum experimentum sit pars particularis, ideo magis utilis est, in opere expertus quam artifex. ¶ Aliam rationem possumus assignare & videtur mihi quod sit bona, sic est in regulis artis, sicut in regulis legum & principijs, quoniam sicut regula legis habet veritatem in vniuersali & falsitatem in particulari & per accidens, sic regula artis habet veritatem in vniuersali & falsitatem contrahit in particulari & per accidens verbi gratia. Regula legis est, quod reddat vnicuique quod suum est, tamen idem potest habere falsitatem per accidens, sicut si ab aliquo homine auferatur cultellus ex quo velit se occidere, non debet reddi sibi cultellus. Vnde licet illa regula habeat veritatem in vniuersali tamen per accidens potest habere falsitatem, vt in proposito exemplo. Similiter est in regula artis licet enim ars medicine precipiat quod tali infirmitate laboranti danda est flebotomia, tamen ista regula per accidens potest habere falsitatem, ut si infirmus nimis debilitatus est, & si daretur flebotomia moreretur & sic in multis alijs cum expertus cognoscat illa per que impediuntur illa per que contrahit regula falsitatem respectu artis per accidens, & talia accidentia cognoscat melius quam artifex, apparet manifeste quod respectum operis melior est expertus quam artifex, tum quia per se est circa actiones, singulares tum quia expertus cognoscat omnia illa accidentia, que per accidens impediunt regulam artis, si autem

Argum. 1.

Melius quod finit est propinquius.

Argu. 2.

Principalis in aliquo quod propinquius cui ordinatur.

Bonum dupliciter respectu sui et respectu alterius.

Regula vera in vniuersali falsa in particulari.

H

A nos accipiamus aliquid esse melius in se & non respectu alterius. Tunc dicendum est quod artifex est melior experto, ratio huius est quoniam id est melius in se quod ad meliorem finem ordinatur, & est propinquius fini principali, cum ergo artifex sit propinquior fini principali hominis qui ex puris naturalibus acquiri potest, qui quidem finis est scire siue sapientia patet quod artifex in se est melior experto, quod autem artifex magis accedat ad finem principale hominis quam expertus patet per dictum philosophi quoniam sunt sapientes qui cognoscunt causas, experti autem causas ignorant, artifices possunt etiam docere, experti vero, non signum autem scientis est posse docere, patet ergo quomodo est artifex melior experto in se non respectu operis.

Ad prim. Ad primum expertus est melior bonitate alterius artifex bonitate in se magis appropinquat ad finem hominis qui est scire ideo potest docere. **Ad secundum.** Experimentum per accidens appropinquat ad finem ars vero per se.

Cuius autem gratia: nunc sermonem facimus hoc est: quia denominatam sapientiam circa primas causas & principia existimant omnes: quare sicut dictum est prius expertis quidem quemcunque sensum habentibus sapientior uidetur. **Artifex autem expertis:** architector autem manu artifice: speculatiui autem magis actiui.

Questio. XXI.

QUERITUR Vtrum artes mechanice sint meliores speculatiuis, & videtur quod sic, quia illud est melius quod magis facit ad viuere, artes mechanice sunt huiusmodi &c. Preterea illud quod includit opus & considerationem, illud est magis bonum, cum ergo artes speculatiue tantum includant considerationem, mechanica autem includit opus & considerationem: ergo ut videtur mechanica est melior quam speculatiua.

Ad oppositum phis in textu, presenti. **Ad istam questionem** possumus dicere quod aliqua res dicitur habere bonitatem tripliciter, in se, in comparatione ad aliud ad quod ordinantur: & etiam ex modo secundum quem acquiritur. **Aliqua. n. res dicitur habere bonitatem in se** quoniam illa res est sui ipsius gratia & non alterius, sicut seruus est gratia domini sui, dominus est gratia sui dicitur autem res aliqua habere bonitatem per comparationem ad aliud ad quod comparatur, sicut quando aliqua res ordinatur ad aliquod bonum totum, ex hoc illa res sortitur totam bonitatem, & ideo quod ordinatur ad maius sortitur inde maiorem bonitatem. Dicitur etiam aliqua res habere bonitatem ex hoc quod modus acquirendi illius est maior quam modus acquirendi alterius, & hoc patet secundo celi & mundi. Si enim due res sint habentes eundem finem, ceteris paribus, si vna illarum acquirit finem per plures motus quam alia quam acquirunt talem finem per pauciores motus, illa est melior. Tunc dico quod speculatiue sunt meliores mechanicis in se, quoniam sunt sui ipsius gratia, & speculatiue etiam sunt meliores in comparatione ad id ad quod ordinantur, quam speculatiue ordinantur ad perfectiones anime, mechanicæ ad bona corporis, sicut enim anima est melior corpore, sic ar-

tes speculatiue sunt meliores mechanicis, quia speculatiue ordinantur ad bona anime quia ad perfectiones ipsius, mechanicæ ad bona corporis. Sunt etiam meliores mechanicis speculatiue quantum ad ipsum modum acquirendi, speculatiue enim per pauciora acquiruntur quam mechanicæ sicut patet manifeste. Tunc ad rationes cum arguitur primo, quod ille artes sunt meliores, que magis faciunt ad viuere, dico quod magis debemus arguere oppositum. **Ad aliud cum dicitur, illud quod includit in se magis bonum, illud est melius.** Dico quod bene verum est, quia artes mechanicæ includunt considerationem & opus, tamen cum vnumquodque habeat bonitatem ex eo quod principaliter includit, et artes mechanicæ prius includant opus & considerationem propter opus, speculatiue autem considerantur propter se, & non propter opus, magis autem denominantur mechanicæ ex operatione quam ex consideratione.

Quoniam autem scientiam hanc querimus: circa quales causas & circa qualia principia sapientia & scientia sit: hoc utique considerandum erit. Si itaque accipiat aliquis existimationes: quas de sapiente habemus fortassis ex his manifestum erit: primum itaque sapientem scire omnia maxime sicut decet accipimus non singularem scientiam eorum habentem.

Questio. XXII.

QUERITUR Vtrum sapientis sit omnia scire, & arguitur quod non, quoniam si sapiens vel methaphisicus omnia sciret tunc alie scientie superfluerent, ut videtur, quod est inconueniens. **Preterea partes omnes adequantur suo toti:** cum ergo scientie particulares omnes sint quasi partes methaphisice omnes scientie particulares adequantur isti scientie sicut partes suo toti, ergo consideratio scientiarum particularium adequatur considerationi scientie methaphisice. cum ergo consideratio scientiarum particularium non se extendat ad omnia, quoniam multa sunt sicut probat Auicenna in primo methaphisice siue de quibus scientie particulares scire non possunt sicut de deo, ergo nec ut videtur consideratio huius scientie ad omnia poterit se extendere ergo sapientis siue methaphisici non erit omnia scire. **Preterea si sapiens omnia cognoscit aut cognoscit omnia in vniuersali, aut in particulari, in particulari non quoniam tunc superfluerent alie scientie particulares nec in vniuersali quoniam cognitio aliquorum in vniuersali est cognitio imperfecta, si methaphisicus cognoscit omnia in vniuersali tunc eius cognitio erit in potentia & in perfecta.**

In oppositum est philosophus in littera qui dicit quod sapientis est cognoscere omnia. **Ad istam questionem** respondent aliqui duplici via, ostendendo quomodo sapientis sit omnia cognoscere, secundo ostendendo qualiter ista cognitio sapientis non dicitur in potentia. **Ad primum procedunt sic dicunt enim,** quod methaphisicus omnia cognoscit quia methaphisicus considerat prima principia & vniuersalia entis, cui ergo oia continentur virtualiter in illis principijs vniuersalis nature entis, & illa principia vniuersalis nature entis cognoscat:

E
Ad prim.
Ad secundum.
F
Cap. 2.
Argu. 1.
Argu. 2.
G
Cap. 3.
Argu. 3.
H
Albertus tra. 2. cap. 1.

Ad prim.
Ad secundum.
B
Argum. 1.
Argu. 2.
C
Bonum tripliciter.
T. co. 69.
D
Speculatiue ordinatur ad bona anime meliores.

A cognoscat, & consideret propter hoc dicunt methaphisicum siue sapientem omnia cognoscere. **C** Ad secundum procedunt sic, dicunt enim ipsi quod cognitio sapientis respectu vniuersalis nature entis, est cognitio in actu & non in potentia, quoniam vniuersalem naturam considerat sapiens per propria principia vniuersalis nature entis, & ideo cognitio est respectu vniuersalis nature entis, que cognitio est in actu. Cognitio tamen que est respectu eorum que subduntur vniuersali nature entis est cognitio in potentia, ecce hoc optimum exemplum si esset aliqua scientia que consideret anima secundum quod animal cognitio animalis, secundum quod animal esset cognitio in actu, vnde & illa scientia cognoscit animal secundum quod animal in actu, ea tamē que subduntur nature animalis illa scientia cognoscit in potentia, & quia vnumquodq; denominatur ab eo quod est per se & non ab extraneo, & methaphisicus considerat vniuersalem naturam entis per se ea autem que subduntur vniuersali nature entis considerat per accidēs, & ipse methaphisicus cognoscit in actu ea que per se considerat, sicut vniuersalem naturam entis propter hoc dicitur cognitio sapientis in actu simpliciter, & non in potentia. Vnde sine dubio nulla istarum viarum bona est, quoniam si prima via bona esset, sequeretur quod quilibet homo esset methaphisicus, quoniam quilibet homo cognoscit vniuersalia principia entis. Vnde dicit commentator prima principia sunt sicut locus ianue in domo, ita q; sicut in loco ianue in domo nullus errare potest quia neminē later, sic in ipsis principijs nemo errare potest sed cuilibet nota sunt, sed sicut potest errare homo & decipi in his que sunt intus domum, sicut in angulis sic potest homo errare in his q; sunt intra prima principia sicut in cōclusionibus. Si ergo sapiens diceretur omnia cognoscere quia cognoscit omnia vniuersalia principia entis cum quilibet homo vniuersalia principia entis cognoscat tunc quilibet homo esset methaphisicus. Secunda via non est bona, quoniam secundum illam positionem sequeretur quod methaphisico non plus occurreret considerare de deo quā de lapide. Secundum istam positionem etiam sequeretur quod methaphisicus non distingueret inter species entis, cuius declaratio est euidentis quoniam si methaphisicus cognosceret in actu vniuersalem naturā entis, & ea que subduntur enti cognosceret tantum in potentia, cum cognitio entis in actu & cognitio entis in potentia non sit distincta sequeretur de necessitate quod methaphisicus non distingueret inter materiam primam & formam primam inter substantiā materiālem & immateriālem inter substantiam, & accidens & breuiter inter multas spēs entis nō distingueret methaphisicus, sed hoc est falsum, distinguit enim methaphisicus inter substantiam & accidens inter primam materiam, & primam formam inter substantiam materiālem & immateriālem & inter multa talia sicut patebit, & propter hoc sicut mihi videtur possumus aliter dicere, & melius procedere ad solutionem questionis & hoc sic per comparisonem que est potētiarum ad actus, & ad obiecta sua & est comparatio habituum ad actus & ad obiecta quoniam potētię distinguuntur per actus & actus per obiecta, & ideo par est comparatio potētiarum ad actus & obiecta & habituum ad actus, & ideo eundem ordinem quem inuenimus in potētjs debemus querere in habitibus, in potētjs inuenimus talem ordinem, quod quanto aliqua potētia superior est, tanto plura considerat, exemplum, nam quicquid cognoscit virtus particularis inferior cognoscit virtus

superior, sicut patet de sensu communi, qui est altior virtus inter virtutes sensitivas. Vnde quicquid cognoscit virtutes sensitivę particulares sub rationibus particularibus sicut visus sub ratione coloris & gustus sub ratione gustabilis & sic de alijs cognoscit sensus communis sub ratione vniuersaliori, quoniam sub ratione sensibilis et plura adhuc cognoscit sensus communis quam cognoscāt sensus particulares, quoniam sensus communis actiones sensuum particularium cognoscit, quod facere non possunt sensus particulares, nisi secundum quod inveniuntur sensui communi. **C** Similiter autem talis est ordo in habitibus quod quanto habitus superior est, tanto plura considerat, & habitus superior considerat & cognoscit quicquid considerat & cognoscit habitus inferior & adhuc plura sicut est de virtute superiori, & ideo cum methaphisica sit habitus superior omnibus alijs habitibus, methaphisica cognoscit & considerat omnia illa, que cognoscit vel considerat quecumque alia scientia particularis & adhuc plura, quoniam deum ipsum & substantias abstractas cognoscit & considerat methaphisica ipsa ad quam tamen scientie particulares attingere non possunt, & omnia illa que cognoscunt alie scientie particulares cognoscit certissime ipsa methaphisica, istud tamen magis patebit post sicut sensus communis aliquid cognoscit, ad quod cognoscendum alijs sensus particulares attingere non possunt sicut dictum est, & sic patet quomodo methaphisicus omnia cognoscit.

Ad rationes dicendum est. Ad primam cum dicitur si omnia cognosceret sapiens tunc alie scientie superfluerent istud ad presens potest solui solutione communi, quod magis patebit post. **F** Soluitur autem communiter dicendo quod si scientie particulares considerarent sub eisdem rationibus sub quibus methaphisica considerat ea que cognoscit & considerat tunc alie scientie particulares superfluerent, sed sic nō est immo sub alijs considerationibus considerant scientie particulares & methaphisica & propter hoc non superfluent.

C Ad aliud argumentum cum dicitur partes adequantur toti ergo scientie particulares adequantur & adequari debent methaphisice. Si intelligitur quod consideratio scientiarum particularium adequatur considerationi sapientie, sic intelligendo istam adequationem quod quicquid considerant scientie particulares illud considerat methaphisica sub ratione tamen vniuersaliori sic concedendum est argumentum & bene procedit. Si autem intelligatur ista adequatio scientiarū particulariū ita q; nihil possit considerari in methaphisico consideretur in scientijs particularibus. Tūc dicendum est quod falsum est, nō enim debent adequari scientie particulares sciē vniuersali sicut sapientie sic quod sapientia non consideret aliquid quin consideretur in particularibus scientijs, immo sicut visum est aliquid considerat sapientia quod non considerat aliqua scientia particularis. Vnde non dicuntur alie scientie particulares ex eo quod sicut omnes partes adequantur toti, ita alie scientie adequantur sapientie. Sed dicuntur particulares quia considerant sub particulari ratione ea que considerat methaphisica sub vniuersali.

C Ad aliud cum dicitur cognitio eius est cognitio in potentia, intelligendum quod leo & homo sunt idem corpus sed non sunt idem animal, & ratio huius est quia omnis differentia est per formam, & quia quādo diuiditur corpus per animatum & inanimatū leo & homo cadunt ex vna parte propter hoc leo, & homo dicuntur vnum corpus, nec faciunt differentiam

oib; q; I
propt;

oib; q; I
propt;

B
Contia
viam primam,
2. meth,
cap. 1.

oib; q; I
propt;

C

D

oib; q; I
propt;

D
Potentia
superior
plura co-
gnoscit.

B

F

Methap.
considerat
que om-
nes alie
scie parti-
culares.

Ad primam

Ad secundam

G

Scientie
particula-
res que di-
cuntur parti-
culares.

Ad tertiam

H
Leo & ho-
mo non sunt
vnum ani-
mal quare

A in corpore, sed cum diuiditur animal per rationale et irrationale leo & homo non cadunt sub vna parte, & propter hoc leo & homo non sunt vnum animal Vnde si esset aliqua scientia que consideraret animal sensibile, cum in animali sensibili non faceret diuersitatem & differentiam leo & homo illa scientia consideraret leonem & hominem. Sic est directe de methaphisica, quoniam non tantum methaphisica considerat ens secundum quod ens, sed etiam considerat illa que faciunt diuersitatem et differentiam in ente sicut decem predicamenta que diuersificantur secundum diuersos modos essendi. Vnde illa que sunt prime species entis considerat methaphisicus sicut substantiam materialem et immaterialem que faciunt differentiam in ente et multa talia sicut parebit etc.

Sed scire autem & difficillima sunt ea hominibus ad cognoscendum quæ maxime sunt uniuersalia: nam a sensibus sunt remotissima. Cap. II.

Questio. XXIII.

QUERITVR Vtrum methaphisica sit difficilis et videtur quod non, quoniam dicit philosophus primo philosophorum quod confusa sunt nobis magis nota, cum ergo methaphisica sit de maxime confusis et de maxime communibus, videtur quod ista scientia non sit de difficillimis. Preterea dicit philosophus quod secundum numerum orbium sumitur numerus intelligentiarum quoniam cuiuslibet orbi correspondet suus proprius motor qui est intelligentia, et ideo secundum numerum orbium ponit philosophus numerum intelligentiarum, cum ergo sensibilia sint multo plura quam orbis erunt et multo plura intelligentibus, ergo maior pars huius scientie erit de sensibilibus, cum ergo sensibilia sint facilia ad cognoscendum videtur quod ista scientia non sit difficilis. Preterea ista scientia est de deo et de substantiis separatis que sunt principia cum ergo sicut dicit philosophus non credamus conclusionibus nisi propter principia ergo principia sunt faciliora ad cognoscendum, cum ergo ista scientia sit de principijs videtur quod ista scientia non sit difficilis. Ad oppositum est philosophus in littera, dicit enim quod cum ista scientia sit de remotissimis a sensu et remotissima a sensu sunt difficillime cognitionis propter hoc ista scientia est difficillima.

C Ad istam questionem aliqui sic respondent. Dicunt enim ipsi quod aliquid est difficile dupliciter vel in se vel in comparatione ad nos difficillima in se sunt sicut prima materia de qua considerat methaphisicus, difficillima quo ad nos sunt substantie separate. Tunc dicunt ipsi quod ista scientia est difficillima, tunc quia est de difficillimis in se tum, quia est de difficillimis in comparatione quo ad nos, est enim methaphisica de difficillimis in se ratione prime materie de qua considerat methaphisicus, est etiam de difficillimis quo ad nos ratione dei & substantiarum separatarum de quibus considerat & sic dicunt quod ista scientia est difficilis. Sine dubio sicut isti arguunt quod sit difficilis, ita contingit arguere quod sit facilis quia est de facilissimis in se & in comparatione quo ad nos ista scientia est de deo & de substantijs separatis, que sunt intelligibiles in actu, & ideo quantum in se est tales substantie sunt faciles ad agnoscendum. Est etiam ista scientia de sensibilibus que sunt nobis nota & ideo sicut contingit arguere quod sit de difficillimis quo

ad illa duo, sic e conuerso contingit arguere quod sit de facilissimis in se quia est de deo & separatis subiectis & quo ad nos quia sunt de sensibilibus que sunt nobis nota: ideo talis via non valet. Ideo est aliter dicendum quod si nos volumus inuestigare difficultatem huius scientie debemus inuestigare in comparatione quo ad nos. Vnde dicit philosophus quod ista scientia est difficilis per comparationem ad cognitionem hominum, quia ea que considerat non sunt facilia hominibus, quia considerat ea que sunt difficillime cognitionis per comparationem ad homines, & propter hoc dicendum est quod duplex est cognitio in homine scilicet sensitua & intellectua. Cognitio sensitua ordinatur ad intellectiuam nunc autem ita est, quod ista scientia est difficilis in comparatione ad nos quia est de his que cognitionem sensitua & intellectua excellunt. Cuius declaratio est, ois sensus non cognoscit nisi accidens & secundum quod ille sensus est magis uel minus ordinatus secundum hoc cognoscit magis uel minus accidens exempli gratia. Sensus exterior non cognoscit nisi qualitatem sicut patet de omnibus. Vnde quale est quasi obiectum sensus exterioris. Sensus interior cognoscit quantum, bene enim homo potest imaginari aliquod quantum sicut circulum, non imaginando ipsum coloratum Vnde quantum est quasi obiectum sensus interioris, ita quod cognitio sensitua non se extendit ultra quale & quantum, & si est aliquis sensus qui cognoscit omnia indiuidua predicamentorum hoc est quasi quodammodo per accidens vel quia cognoscit ea in comparatione ad opus, ut extrinseca brutorum, vel in quantum roborantur per intellectum ut extrinseca hominum. Cum ergo ista scientia sit de naturis & quidditatibus ipsarum rerum que quidem transcendunt cognitionem sensitua, ista scientia erit difficilis quo ad nos quia est de his que excellunt cognitionem sensitua in nobis, a qua cognitione sensitua sortitur originem & principium omnis nostra cognitio. Est & ista scientia difficilis in comparatione quo ad nos quia est de his que excellunt cognitionem nostram intellectiuam nam sicut dicit philosophus in secundo methaphisice se habet intellectus noster ad deum & substantias separatas, que sunt manifestissima in natura sicut oculus noctue ad lucem solis. Est etiam de his que excellunt cognitionem nostram intellectiuam quoniam cognitio nostra intellectua non habetur sine phantasmate, nec potest intellectus noster aliquid intelligere positue sine phantasmate, & ideo cum deus & substantie separate non habeant phantasmate, ideo non poterunt intelligi positue quid sint sed tantum priuatiue et propter hoc cum ista excellant per se cognitiones nostras intellectiuam scilicet et sensitua sicut visum est, patet manifeste quod ista scientia erit difficilis in comparatione quo ad nos. Tunc ad rationem primam intelligendum est quod duplex est vniuersale, quoddam per influentiam sicut deus et substantie separate, quoddam vero per predicationem vniuersale per influentiam est notius quam vniuersale per predicationem. Vnde cum ista scientia sit de vniuersali per influentiam et per predicationem, dicunt aliqui quod ista scientia est difficilis quantum ad vniuersale per influentiam et facilius quantum ad vniuersale per predicationem cum tale vniuersale sit magis notum. Sine dubio istud non est benedictum, immo vtrunque est nobis ignotum si dicitur non ne est illud contra philosophum? Dico quod non quoniam cognitio in vniuersali precedit cognitionem in particulari, sicut cognitio in potentia cognitionem in actu, et cognitio imperfecta cognitionem perfectam.

E Responso propria.

R5 prim.

Sensus non cognoscit nisi accidens.

Sensus interioris obiectum est quantum.

F Sensus exterior, obiectum quale.

R6.2.

T.com.1.

Ratio.3.

G

Separata cognoscitur in priuatiue.

Ad prim. Vniuersale duplex.

Opinio aliquanti ter ois sequuntur Pan. uene. et Burrid.

H

Argu. 1. B

T.com.3.

12. metha. t.co. 4.4.

6. metha. t.com.3.

Primo po sic. t. co. 5.

Alber. tra dia. 2. cap. 1. primi metha.

Contra Albertum.

D

A perfectam. ¶ Tunc dico q̄ cognitio vniuersalis vno modo est in potentia & imperfecta, cognitio particularis vno modo est perfecta et in actu et alijs conuenit econuerso quod cognitio particularis est imperfecta et impotentia, cognitio autem vniuersalis est perfecta et in actu sicut patet de cognitione hominis et animalis, animal enim dupliciter potest considerari, vno modo potest animal considerari secundum q̄ confuso continet hominem et aliu et sic de alijs et sic cognitio animalis est in potentia et imperfecta et sic accipiendo animal: animal est notius quam homo. Potest etiam aliter considerari ipsum animal secundum quod animal est declaratiuum nature et quidditatis ipsius hominis et hoc secundum quod est pars diffinitionis ipsius hominis et sic animal est ignotius quam homo, vnde dicit philosophus in primo phisicorum quod diffinitum est nobis notius quam pars diffinitionis, et sic accipiendo animal secundum quod est declaratiuum nature et quidditatis hominis cognitio eius est cognitio in actu, et quia metha. considerat vniuersalia per predicationem secundum quod sunt declaratiua nature et quidditatis ipsarum reru que sunt difficilia secundum q̄ sic considerantur pp hoc patet q̄ metha. non solum difficilis est rōne qua considerat vniuersalia per influentiam sed etiam difficilis est ratione qua considerat vniuersalia per predicationē. Ad primū dicitur q̄ philosophus dū dicit q̄ cōfusa sunt nobis magis nota, verū est cōsiderata primo modo et sic ea non cōsiderat meth. sicut dictū est, sed secundum q̄ sunt declaratiua nature et quidditatis ipsarum rerum et sub illa ratiōe difficilia sunt.

B ¶ Ad secundum dicitur q̄ sensibilia ut sic non sunt partes metha. Ad 3 dicitur qd̄ principia in causando non sunt facilia bene principia scientie.

Scientiarum uero certissime sunt his que ex additione dicuntur, ut arithmetica, & geometria &c. Cap. II.

Questio. XXIII.

QVERITVR Vtrū ista scientia sit certissima sicut dicit philosophus & videtur quod non. dicit enim commentator in secūdo huius quod scientie mathe. sunt in primo gradu certitudinis vel demonstrationis ergo &c. ¶ Preterea maior certitudo est p̄ causam propinquā quā per remotā, sed ista considerat causas primas maxime remotas & maxime vniuersales. ergo &c.

C Ad oppositum est philosophus in litera. ¶ Ad hoc dicendum quod certitudinem scientie possumus accipere dupliciter & in se & in compōne ad nos. Nunc dico quod tria oportet nos videre si volumus inuestigare certitudinem scientie in se. Primo videndum est quor sunt que requiruntur in scientia. Secundo quomodo ex illis sortitur certitudines illa scientia. Tertio applicabimus ad propositum. In scientia enim quatuor inueniuntur scilicet passio que probatur de subiecto & subiectum de quo probatur passio, & causa per quā probatur passio de subiecto & partes subiecti de quibus passiones probantur. Nunc autem ita est quod scientia non habet certitudinem ex passione que in se non videtur certa, immo passio habet certitudinē ex subiecto & causa. Ex hoc enim dicitur passio certa quia inest per causam certam & quia est in subiecto certo, & ideo scientia sortitur certitudinem nō ex passione nec per consequens ex omnibus illis quatuor, sed ex tribus illorum quatuor que sunt necessaria in sciētia scilicet ex subiecto & causa & partibus

subiecti. Sed quomodo ex illis tribus sortitur scientia certitudinem est intelligendum quod certitudo scientie non conuenit ex aliquo nisi ex hoc quod non conuenit aliter se habere, quod autem non conueniat aliter se habere hoc possumus inuestigare tripliciter, tū ex inspectione cause, tum ex in materialitate subiecti tum etiam ex hoc quod scientia illa minus accedit ad particularia que certitudo ex paucioribus videtur cōfurgere, scientia enim sortitur certitudinem ex immaterialitate subiecti, quoniam materia sicut dicit philosophus in secundo de generatione & in 7. methaphisica est illud per quod res potest esse & non esse, & ideo quanto aliquid recedit a materia tanto minus potest aliter se habere, quare cū immaterialitas sit causa quare non conuenit aliter se habere, & ex hoc quod non conuenit aliter se habere scientia sortitur certitudinem, patet quod ex immaterialitate subiecti scientia sortitur certitudinem. Scientia etiā sortitur certitudinem ex inspectione cause ex hoc enim quod talis scientia inspicit tales causas quas non conuenit aliter se habere ex sciētia certa dicitur esse, Sciētia etiam est certa magis ex hoc quod minus accedit ad particularia, particularia enim multa sunt, & ideo incerta sunt, & ideo scientia dicitur minus certa ex hoc quod ex pluribus est, & ex hoc quod ex pluribus est, dicitur illa scientia magis accedere ad particularia & ex hoc magis incerta dicitur. Nam in paucioribus via certior sicut dicit philosophus in litera, & si nos bene consideremus apparebit quod omnium illorum est causa immaterialitas. Nam ipsa immaterialitas est causa quare non conuenit aliter se habere ipsum subiectum sicut dictum est, Immaterialitas autem est causa quare sub aliquo pauciora continentur. Nam materia est causa plurificationis alicuius. Immaterialitas etiam est causa quare non conuenit aliter se habere & ideo omnium istorum trium causa est immaterialitas. Tunc applicemus ad propositum, metha. dicitur certa ex inspectione cause & ex immaterialitate subiecti, & ex hoc patet quod ex paucioribus procedit siue ex hoc q̄ subiectum ipsius pauciores habet partes ex inspectione cause dicitur ista sciētia certa quoniam ista scientia speculatur causas immateriales quas non conuenit aliter se habere. Sed immateriale dicitur dupliciter. Est enim quoddā immateriale quia magis accedit ad actum purū sicut substantie separate. Et est aliud immateriale quia magis recedit a sensibus sicut principia prima & cōmunia modo dico quod ista scientia dicitur esse certa ex inspectione cause, tū quia deum ipsum & substantias separatas speculatur que immaterialia sunt & conuenit minime aliter se habere, tū etiam quia prima principia et communia que sunt immaterialia sicut dictum est ista scientia speculatur. dicitur etiam scientia ista certa ex immaterialitate subiecti quoniam ens secundum quod ens est subiectum huius scientie & sub ipso continentur & deus & substantie separate, & dicitur etiam illa scientia certa ex hoc quod subiectum ipsius scilicet ens, secundum quod ens pauciores habet partes, & ex hoc patet quod ista scientia certitudinem habet in se, tum ex inspectione cause, tum ex immaterialitate subiecti, tum ex hoc quod pauciora speculatur. ¶ Ista etiam dicitur esse certa in comparatione ad nos quoniam ista scientia est de quidditatibus & naturis ipsarum rerum que quidē quidditates comparantur ad nostrum intellectum sicut proprium obiectum eius vnde sicut visus non decipitur per se circa proprium obiectum eius sed semper uerius est per se, sic intellectus uerus est semper per se circa proprium obiectum eius scilicet circa quid-

E Certitudo scie ex tribus.

T. co. 68, T. co. 220.

F Certitudo ex paucioribus est in scientia

G Immateriale est cā non se aliter habendi.

H Immateriale duplex.

Animal consideratur dupliciter.

T. com. 5.

Confusa quō sunt nobis notiora.

Ad secundum.

Ad tertium.

Argu. 1. com. 16.

Argu. 2.

Scia habet i se. 4.

A ditatem, & ideo cum ista scientia sit de his circa que intellectus nunquam decipitur per se nec errat, debemus dicere qd ista scientia est certa per cōparationē ad nos per se sed per accidens non est certa in comparatione ad nos: quoniam oportet simul intelligere & phantasmata speculari sicut dicitur in tertio de anima, & propter hoc quod oportet ita speculari siue simul cum speculatione phantasmatis speculatione quidditatis vti & in isto usu phantasmatis conuenit error & deceptio & propter hoc in speculatione potest per accidens contingere error & deceptio, vnde sicut visus per accidens decipitur circa propriū obiectum sic intellectus decipitur circa apprehensionem quidditatis propter usum phantasmatis, & ideo ista scientia non dicitur certa in comparatione ad nostrū intellectum per accidens sicut declaratum est.

Tunc ad rationes patet solutio, quoniam commentator dicit quod mathe. sunt in primo gradu certitudinis patet quid sit diceēdum.

C Ad aliud cū dicitur ista scientia demonstrat per cām remotam, dico quod cause quas considerat ista scientia sunt communes entibus specialibus cum sint proprie & propinque entibus secundum quod ens, ideo &c.

Maxime uero principalis scientiarum: & magis principalis sub seruiente que cognoscit cuius causa sunt agenda singulara.
Cap. II.

Questio. XXV.

QUERITUR Vtrum ista scientia sit libera aut serua, & videtur quod non sit libera, felicitas sicut dicit philosophus est operatio anime secundum virtutem, sed ista scientia ordinatur ad operationem anime secundum quam consistit felicitas. Et ex hoc arguitur sic. Illud est seruuum quod ordinatur ad aliud vel ad alterum, sed ista scientia ordinatur ad aliud, ergo &c. **P**reterea sicut dicit philosophus primo politicorum talis est differentia inter seruuum & liberū, quoniam seruus est res possessa, tunc quero vtrum sit possibile acquirere veritatem aut non, si non est possibile tunc currere ad veritatē est currere post voluntatem cum ergo possibile sit acquirere veritatem ergo illam scientiam que maxime considerat veritatem, cum ergo ista scientia maxime cōsideret veritatem possibile est istam scientiā aliquantulum acquirere. Et ex istis arguitur. Si ergo talis est differentia inter seruuum & liberum quod seruus est res possessa et ista scientia sit a nobis possessa videtur quod ista scientia non est libera sed serua. **C** Ad oppositum est philosophus.

Ad istam questionem breuiter est intelligendum quod triplex est differentia inter seruuum & liberum, est enim vna differentia quantum ad actiones serui & liberi, quoniam in actionibus serui sunt multa per accidens, multa enim agit seruus que sunt extranea que quidem non sunt ad utilitatem domini sui sicut ponit philosophus in. 12. huius. Exemplum de homine et de domo, dicit enim philosophus qd totum vniuersum est sicut domus vna ita qd sicut domui vni tantum vnus est paterfamilias ita in toto vniuerso vnus deus princeps & dominus. vnde dicit commentator qd corpora celestia sunt sicut liberi, quoniam in actionibus eorū non inueniuntur multa per accidens. **C** Secūda cōditio serui est qd actio serui nō redundet in ipsum propter bonum suū sed pp bonū alterius. vnde actio serui non est bonū ipsius serui per se sed dñi sui. **P** Tertia

conditio ipsius serui est quod ordinatur ad aliud, vnde sicut dicit philosophus in litera quod seruus non est gratia sui ipsius sed gratia alterius, quia ordinatur seruus ad bonum domini sui.

Ex his dico ad propositum qd omnes mechanicæ sunt qd per omnē modum serue, quoniam ille tres conditiones seruitutis inueniuntur in eis & hoc patet sic, quoniam in actionibus istarum artium, inueniuntur multa per accidens & hoc propter diuersitatem materie cui annexæ sunt actiones istarum artium, vnde in actionibus istarum multoties accidit error & deceptio & hoc propter diuersitatem materie. Iste etiam artes participant secundam conditionem seruitutis, quoniam actiones istarum artium non sunt in ipsis artibus sed sunt extra ipsas artes, vnde actiones istarum artium non sunt bonum in ipsis artibus sed sunt bonum aliarum, vnde dicit philosophus primo ethicorū quod in artibus in quibus fines sunt operata alia extra illas artes operata sunt meliora ipsis artibus Artes etiam mechanicæ conueniunt in tertia conditione seruitutis quoniam artes mechanicæ ordinantur ad vtilitatem vite vel sunt propter necessitatem vite & sic patet quod artes mechanicæ sunt quasi per omnem modum serue tum quia in actionibus earum sunt multa per accidens, tum quia actio earum communis non est aliquid bonum in eis sed extra eas: tum etiam quia iste artes mechanicæ ordinantur ad aliud, & bene dico quod sunt. q. per omnē modū serue, quoniam bene possibile est in eis inuenire aliquam conditionem libertatis. Artes autem speculative que ab istis mechanicis. q. sunt libere & q. serue, artes. n. speculative alie ab ista methaphisica nō participant primam conditionem seruitutis, quoniam in actionibus earum non sunt multa per accidens, nec in actionibus earum conuenit error & deceptio per se, & ratio huius est, quoniam ipse artes speculative sunt de vniuersalibus. Intellectus autem per se non decipitur in apprehensione vniuersalium, unde dicit commentator in secundo de anima quod sensus non decipitur circa proprium sensibile, bene tamen decipitur circa sensibile commune. Intellectus autem totaliter est e contrario quoniam intellectus non decipitur circa commune, sed circa proprium, & ideo iste speculative habent oppositum prime conditionis seruitutis artes etiam speculative alie ab ista methaphisica participant oppositum secunde conditionis seruitutis, quoniam actio istarum artium que quidem actio est consideratio non est in alio quam ipse artes immo in eadem potentia & in eadem virtute est ipsa consideratio & ipsa scientia speculatiua, cōsideratio enim est in ipso considerante & non in ipso considerato, et ideo patet quod ipse artes speculative deficient a primis conditionibus duabus seruitutis, tū quia in actionibus earum non contingunt multa per accidens, tū quia actio & bonum earum non est bonum extra eas immo actiones earum sunt in ipsis siue in eis in quibus ipse sunt sed conueniunt in tertia conditione seruitutis quoniam iste artes speculative alie a meth. ordinantur ad istam meth. & ideo quodammodo libere sunt & quodammodo seruitutis rationem participant. Ista autem meth. per omnem modum participant conditiones appositae istis, quia in actionibus meth. non conueniunt multa per accidens, & actio meth. nō extra eum sicut consideratio, immo actio meth. est in eadem virtute in qua est ipsa meth. Nam consideratio est in considerante. Ipsa etiam meth. deficit a tertia conditione seruitutis quoniam nō ordinatur ad aliquid aliud immo est sui ipsius gratia sicut philosophus in litera dicit.

Et tunc

T. co. 30. & 39.

Ad prim. 2. meth. c. 16. Ad secund. mathema. in primo gradu certitudinis respectu particularium.

B

Argu. 1.

10. eth. c. 9.

Argu. 2.

In testu isto.

Liber differt a seruo tripliciter. Condicio prima serui.

T. co. 37. & 50.

Ibidem.

Condicio secunda.

condicio. 3.

Cap. 1.

Operata meliora artibus q sunt.

P

Com. 63. & 4. meth. c. 24.

Intellectus nō decipitur circa cōe.

G

H

A Tunc ad rationes patet solutio, cum dicitur methaph. ordinatur ad operationem, dico quod methaphisic. ordinatur ad actionem sed non ad actionem que sit extra eam, sed ad actionem que est in ipsa methaph. & propter hoc non oportet quod si ordinetur ad operationem quod propter hoc sit serua.

C Ad aliud cum dicitur quod est possessa ergo non est libera, dico quod in rebus per se existentibus sumitur ratio seruitutis & libertatis non ex hoc quod est possessa vel non possessa, sed ex hoc quod ordinatur ad aliud, vel non ordinatur ad aliud & quia methaph. non est res per se existens propter hoc ratio seruitutis vel libertatis in methaphisic. non sumitur ex hoc quod possessa est vel non possessa, sed ex hoc sumitur ratio libertatis vel seruitutis in metha. quia non ordinatur ad aliud &c.

Nec tali aliam honorabiliorem oportet existimare: nam maxime diuina & maxime honoranda &c. Cap. II.

Questio. XXVI.

B **Q**UERITVR Vtrum scientia ista habeat regulare alias & ordinare, & videtur quod non, quoniam ex hoc dicitur aliquid regulari quia potest errare, & ex hoc dicitur aliquid errare quia est in potentia ergo ex hoc dicitur aliquid regulari quia est in potentia. Nunc autem ita est quod posterius se habet per additionem ad prius, omnes autem scientie particulares posteriores sunt respectu istius scientie, ergo ut ut se habent per additionem ad istam. cum ergo illud quod se habet per additionem habeat rationem formalem & per consequens entis in actu videtur quod ista scientia sit in potentia respectu aliarum scientiarum particularium & sic regulabitur ab illis ista & non econtrario vt videtur. **C** Preterea quando aliqua scientia accipit aliquid ab alia scientia videtur quod illa scientia sit regula illius scientie que accipit. Nunc autem ita est quod ista scientia accipit aliquid a philosophia scilicet quod sunt quatuor cause, & quod deus magnitudinem non habet ergo, &c.

C In oppositum est philosophus in litera. cap. 2. **D** Ad istam questionem possumus dicere sic quod ista scientia est regulans alias, & hoc patet ex tribus. Primo ratione principiorum. Secundo ratione eius ad quod ordinatur. Tertio ratione obiecti quod considerat ista scientia, ista enim scientia est regulans alias quoniam considerat principia vniuersalia scientie autem particulares considerant particularia principia que quidem virtualiter includuntur in vniuersalibus vnde principia particularia fundantur in vniuersalibus & reducuntur ad ipsa, vnde & omnia principia tam vniuersalia quam particularia reducuntur ad ipsum principium de quolibet affirmatio aut negatio &c. sicut dicit Auicenn, & Aristo. in quarto methaph. vnde particularia principia includuntur in virtute principiorum cõium, & ideo cum ista scientia consideret principia communia: scientie autem particulares considerent principia particularia que vniuersaliter includuntur in communibus, patet quod illa scientia debet recte regulare alias, quod etiam ratione eius ad quod ordinatur ista scientia debeat regulare alias patet, quoniam inter ceteras scientias magis propinqua est felicitati humane que in ista vita possit acquiri ex puris naturalibus, & ideo cum sit propinquior felicitati quam alia scientia, & magis

ordinetur ad ipsam felicitatem propter hoc debet regulare omnes alias scientias, patet etiam quod ista scientia debet regulare alias ratione boni quod considerat quando enim aliqua scientia considerat supremum bonum in aliquo genere ratione cuius sunt omnia alia in omni genere illa scientia debet regulare omnes alias scientias siue artes que considerant ea que sunt ratione illius superioris sicut patet de viduali. vidualis enim regular nauifactionem & dolariam & sic de alijs, cum ergo ista scientia consideret bonum supremum & optimum ratione cuius sunt omnia alia entia patet quod ista scientia debet regulare alias.

C Ad rationes respondendum est & primo ad primam cum dicitur ista scientia est in potentia, dico quod ista scientia ratione eorum que debet scire est magis in actu quam aliqua particularis: Nam tota ratio contraria est in potētis & in habitibus, & in ipsis rebus. Nam in rebus quanto aliquid est magis vniuersale tanto magis est potentiale, & materiale sicut patet de animali, animal enim est magis potentiale & materiale quam sit ipse homo, sed in virtutibus & in habitibus est totum contrarium scilicet quoniam sicut dictum est prius, quanto aliqua virtus uel habitus est altior tanto magis plura cognoscit, & magis perfecte, et ratio hec postea apparebit, et propter hoc cum inter omnes habitus iste habitus sapientialis sit altior magis erit in actu respectu eorum que cognoscere tenetur et magis complete ea sciet quam aliqua alia scientia particularis.

C Ad aliud cum dicitur methaphisic. accipit aliquid ab alia scientia vt a philosophia. ergo erit regula, dico quod accipere aliquid ab aliquo hoc potest esse dupliciter, vel in regulam vel in obsequium, et dico quod si ista scientia accipiat aliquid a philosopho. hoc non est in regulam sed in obsequium propter hoc etc.

Amplius autem substantiam subiectam & materiam magis mathematicam aliquis magis suscipiet & magis predicari &c. Tex. Com. XLV.

Questio. XXVII.

QUERITVR Vtrum substantijs competat allquomodo suscipere magis et minus et videtur quod non, quoniam forme suscipientes magis et minus intenduntur et remittuntur, sed in intentione et remissione forme considerantur vt quidam motus, ex hoc enim forma intenditur et remittitur in quantum successiue tendit ad esse completum et incompletum, et quia successio non est line motu. vbicunque ergo talia inueniuntur ibi est inuenire naturam motus, sed cum in substantia non sit motus ut probatur quinto phisicorum intentio et remissio in formis substantialibus reperiri non poterunt, ergo etc. Preterea secundum philosophum in predicamentis. substantijs non competit suscipere magis et minus ergo etc.

C In oppositum vna substantia est, magis ens quam alia ergo substantia suscipit magis et minus. **C** Respondetur dicendo quod magis et minus comparationem important, quotiescunque autem aliqua comparantur adinuicem respectu alicuius vnus comparantur, sicut ergo in formis inuenitur vnitas sic in eis comparatio esse potest, et quia nature vnitas nunquam fuit repertanisi in specie specialissi-

E Ratio, 2.

Ad prima

R

Ad secunda

Accipere ab alio dupliciter.

G Hec qd habetur primo de genera. q. 17. Argu. 1.

T. co. 10.

Argu. 2.

H

Ad prim.

Ad secun.

Argum. 1.

Argu. 2.

Methap. quo regulat alias scientias.

T. com. 9.

Ratio. 2.

D

A ma quecumque sunt proprie comparabilia sunt talia secundum vnam formam specificam, ideo probatur septimo philosophorum non esse comparabilia nisi que sunt eiusdem speciei, sed licet proprie vnitates sit in specie specialissima, aliqua tamen vnitates est, in forma generis & in his que per analogiam dicuntur, & sicut est in eis aliqualis vnitates ita & in eis est aliqualis comparatio, est ergo proprie comparatio secundum formam specificam large tamen, & secundum genus & secundum analogum comparatio sumi potest hoc viso querere vtrum in substantijs reperitur magis & minus proprie, & vt respicit eandem formam specificam aut large secundum quod habet esse in genere & in analogo, sic duo sunt declaranda, primo quod in substantijs non reperitur magis, & minus proprie secundo quod reperitur hoc in eis large, primum sic ostenditur. Nam si secundum formam specificam reperiretur in substantijs magis & minus vel hoc esset secundum gradum essentie vel secundum gradum ipsius esse secundum gradum essentie non. Nam cum essentia pertineat ad diffinitionem quia diffinitio est sermo expressiuus quidditatis, & essentie per variationem cuiuslibet talis gradus variaretur diffinitio rei, & per consequens variaretur natura & species eius, isti autem sunt illi gradus de quibus loquitur philosophus octauo methaph. ait sic quod forme & diffinitiones sunt sicut numeri. Nam sicut qualibet vnitates addita vel remota a numero variatur species numeri. ita quolibet tali gradu addito vel remoto a re variatur species rei, ergo secundum gradum essentie non poterit esse comparatio secundum magis & minus in eadem specie cum variatio talium graduum semper inducat variationem specificam. Si vero dicatur talem comparisonem attendi secundum gradum ipsius esse & non secundum gradum essentie, hoc etiam stare non potest. Nam cum nos loquamur de formis substantialibus secundum quas datur esse specificum non poterit esse variatio in tali esse nisi tollatur esse specificum & species, sed variata specie non vltius est comparatio proprie loquendo vt respicit eandem formam specificam.

C Quod autem secundum formam generis & secundum analogiam quandam reperitur magis & minus in substantijs hoc non solum non est, inconueniens immo necessarium. Nam cum omnia sint essentialiter a primo ente quecumque essentialiter differunt secundum quandam essentialem analogiam habent ordinem ad primum ens, sicut enim numeri qui ab vnitates procedunt ordinate ab vnitates, distant ita quod non sunt numeri duarum specierum equaliter ab vnitates distantes & in quibus equales vnitates reperiantur ita omnia entia sunt a primo ente producta et sunt quasi quidam numeri & quedam positiones respectu primi in quo reperitur omnis simplicitas oportet huiusmodi producta secundum quandam analogiam distare a primo ente, & quia vt ab eo distat & vt ad ipsum ordinantur sic reperitur in eis ratio bonitatis entitas & entitatis in rebus vniuocis reperiri non potest sed analogice immo non erunt due species essentialiter differentes in quibus equaliter reperitur entitas, cum vt dicit philosophus octauo methaphisice, species sunt sicut numeri in quibus secundum diuersas species que magis distabit a primo ente erit imperfectior, & minus habebit de entitate. Est igitur substantia magis substantia vna quam altera secundum quod est perfectior, & plus participat de entitate primi principij, & si in eodem genere reperitur hic ordo & hec comparatio secundum ma-

gis, & minus non est dubium quod in analogo reperitur, cum vnitates analogie sit amplior unitate generis & aliqua vniantur in analogo que in genere vniari non possunt, hec autem in speciali sic declarantur, substantia enim est analogum et est genus, ut autem est analogum predicatur de principijs substantie ut de materia & forma, vt autem est genus predicatur de ipsis compositis. Cum enim dicimus materiam esse substantiam & formam esse substantiam. substantia que dicitur de vtroque non potest esse substantia, que est genus, quia ea de quibus predicatur genus essentialiter sunt in genere directe. Materia, autem & forma non sunt in genere directe & per se & secundum rectam lineam predicamentalem sed per reductionem & sicut principia vtrum autem sunt in toto genere substantie vel non ad propositum non spectat, sufficit autem quod sunt principia substantie sensibilis de qua intendimus perscrutari, & propter quam questio est introducta, forma autem est magis substantia quam materia cum materia maxime distet a primo ente, & sit proprie nihil videtur enim esse medium inter nihil, & aliquid ut innuit commentator primo philosophorum, igitur in substantia vt est analogum reperitur magis, & minus ex quo forma plus habet vel participat de entitate quam materia, & sicut in substantia reperitur magis & minus sic in eo reperuntur talia ut est genus quod triplici via venari possumus, primo ex intentione nature, secundo ex victoria forme, tertio ex perfectione speciei, primo ex intentione nature accipitur magis, & minus in substantijs secundum esse completum, & incompletum in via generationis & sic animal est, magis ens quam embrio quia intentio nature non finitur in embrione sed in animali, nec est perfecta generatio cum peruenitur ad embriorem sed cum peruenitur ad animal. Secundo magis, & minus reperitur ex victoria forma in elementis. Nam tunc forma habet victoriam super materiam cum eam extendit & in re facit. Si ergo forma est magis ens quam materia formalia sunt magis entia quam materialia & magis substantia & isto modo ignis, est magis substantia quam terra, magis & minus autem ex perfectione speciei reperitur in rebus mixtis in quibus vltima intentione nature terminatur generationis actus. Nam & cum peruentum est ad alinum cessat generatio & etiam cum peruenitur ad leonem celsat, tamen quia in leone perfectius reseruat ratio animalis & dignitas specifica quam in asino, & in animali perfecto quam in perfecto patet quod animalia perfecta sunt magis entia quam animalia imperfecta & etiam magis substantia, & cum omnis substantia generabilis, et corruptibilis, quia propter talem introducta est questio sit elementum vel elementatum & si est elementatum, uel ad ipsum terminatur vltima intentio nature et generatio ut ad animal vel non ut cum terminatur ad embriorem, et quia in omnibus istis ostensum est quomodo accipitur magis, et minus ut spectat ad propositum de questione est sufficienter dictum. Aduertendum tamen quod sicut in substantijs generabilibus et corruptibilibus reperitur magis et minus sic in incorruptibilibus reperiri habet cum incorruptibilis substantie non equaliter distent a primo ente sed qualiter hoc sit alibi habebit locum Opposita autem non sunt difficultia. cum dicitur quod si in substantia esset magis, et minus esset in ea motus, dicendum quod non accipitur magis et minus proprie prout dicit intentionem et remissionem in esse manente eadem forma specifica in quibus ostendimus non conuenire.

Te. com. 34. 29. 31.

Primum declarandum.

T. co. 10.

2. declarandum.

T. co. 10.

B

Substantia est analogum, & vniuocum.

In substantia analogica est magis & minus.

co. 70. & com. 79.

F In substantia que est genus est magis & minus.

1. Ratio.

2. Ratio.

G

In substantijs in corruptibilibus etiam est magis & minus.

H Ad primum

Quod

A Quod aut. 2. addebat philosophū dicere nō cōpetere substantiis suscipere magis & minus intelligendum est proprie prout respiciunt formam specificam, sed si accipiat large ut respiciunt genus uel, & analogum competere eis potest ut ostensum est &c.

Questio. XXVIII.

QUERITVR Vtrum ex parte agentis per voluntatem probari possit mundum esse factum videtur quod non Commenta adducit 8. rōnes ostēdētes q̄ a voluntate diuina et eterna, nō p̄t procedere immediate effectus nouus. **C** Prima talis est, omne agens siue per voluntatem siue aliter si nunc agit, & prius non agebat aliqua proportio facta est inter ipsum & effectum. Sed hmōi proportio non potest fieri nisi per motum precedentem, ergo &c. **C** Secunda talis, agens si sit per voluntatem nunc agit aliquid & prius non agebat, oportet ipsum apprehendere diuersa tempora, vnum in quo agat, & aliud in quo non agat, sed diuersitas temporum non est sine motu quare omnis talis actio sit immediate transmutatione & motu, nihil ergo nouum potest procedere a voluntate eterna nisi mediante motu. ergo &c. **C** Tertia talis est, sicut se habet voluntas noua ad actionem antiquam, sic se habet voluntas antiqua ad actionem nouam, sed voluntas noua non est propria causa actionis antique. ergo voluntas antiqua non est immediata causa actionis noue, nihil ergo nouum habet immediate procedere a voluntate eterna. ergo &c. **C** Quarta talis est, volitio a voluntate antiqua non procedit ad nouum nisi mediante actione noua. Nam si voluntas antiqua nihil aliud requireret ad hoc quod esset suum volitum: statim suum esse sequeretur suum volitum. ergo voluntati antique responderet volitum antiquum. Si ergo debeat respondere effectus nouus & volitum nouum, oportet quod ibi aliquid aliud super ueniat ut volitio noua mediante qua producat effectus nouus a voluntate, ergo eterna non nisi mediante motu aliquid nouum procedere potest. **C** Quinta talis est, dicit se habere duo fundamenta quibus ut ait nullus potest contradicere per rationem intrinsecam sed si contradicit hoc est per rationem extraneam ut irrationabilem, primum fundamentum, est tale, quod si voluntas antiqua aliquid non producit prius quod producit postea aliquid deficiebat ei prius propter quod non producebat, quia saltem deficiebat tempus id quo volebat producere secundum fundamentum est quia hmōi voluntas antiqua produceret effectum nouum uel simul cum eo producit tempus vel non, quod si sic cum tempus non sit sine motu. ergo tale nouum fit mediante motu. Si vero non producit simul cum eo tempus tunc reuertitur questio super nos loquentes: quia nihil producit de nouo nisi apropietur ei aliquod tempus in quo producat. Si igitur tempus est nouum tunc illud tempus indiget aliquo tempore: quia tempus non est, sine motu, quicquid dicatur a voluntate antiqua non potest procedere aliquid nouum nisi mediante motu.

C Sexta talis est, in habentibus ordinem per accidens non est inconueniens infinita esse pertransita, ut hūc hominem processerunt infiniti patres sed hoc est per accidens, quia accidit isti quod sit ex infinitis patribus. In habentibus vero ordinem per se inconueniens est infinita esse pertransita antequam aliquid nouum producat quia inter eternum, & temporale est infinita distantia. Rursum oportet talia infinita esse transita per se, quia effectus immediatus per se habet ordinem ad suam causam. Si ergo voluntate antiqua immediate producat, aliquid nouum.

oportet infinita esse pertransita quod est, inconueniens.

P Septima talis est, voluntas eterna semper se habet eodem modo, vel ergo semper producit, vel nunquam producit si aliquando producit, & aliquādo non hoc est mediante transmutatione & motu, ergo &c.

Octaua talis est, si ab aliqua voluntate prius non producebatur aliquid & postea producit aliquid, ergo aliquid deficiebat in volito quare tunc non producebatur, indiget ergo hmōi voluntas aliqua vltiori causa supplente talem defectum, si ergo a voluntate diuina non processissent entia eternaliter indigeret vltiori causa quod est inconueniens.

Dicendum quod tota difficultas questionis premissa est quomodo a voluntate eterna non mutata potest progredi temporalis effectus.

Sciendum igitur quod voluntas est quedam inclinatio sequens formam apprehensam sicut grauitas vel pōdus quedam est inclinatio consequens formam naturalem, sicut ergo loquendum est de inclinatione ad locum secundum formam naturalem, ut aliquid habens plus vel minus de forma grauis vel de forma leuis habeat plus vel minus de huiusmodi inclinatione sic, quia inclinatio per appetitum sequitur formam apprehensam per intellectum, loquendum est de voluntate sicut & loquimur de intellectu, dubitare ergo vtrum voluntate antiqua possit aliquid vel le rem temporalem, est dubitare vtrum intellectu antiquo possit quis intelligere aliquid temporale. Videmus enim quod artifex per suum intellectum cognoscit rem quam facturus est ita quod intellectus artificis precedit hmōi artificiali, sic etiam voluntas artificis potest velle rem quam facturus est. loquendo ergo de scientia ut est causa rerum non est inconueniens huiusmodi scientia precedere sua causata immo quia nullus negaret quin deus intellectu eterno possit intelligere huiusmodi temporalia. Nullus negare debet quin deus uoluntate eterna ut conuenienter ponitur uelle possit hmōi temporalia, & quia ut aliquid est a deo volitum sic in esse producit si voluntate eterna est a deo volitum aliquid temporale voluntate eterna a deo causatur & producit aliquid temporale. Si enim nos ipsi hodie uellemus facere aliquid cras si semper persisteremus in tali voluntate actus faceremus illud ita uolūtate hodierna nō mutata fieret effectus crastini, sic quia deus ab eterno voluit & disposuit facere res in tempore cum voluntas sua nō fuerit mutata, oportet quod per voluntatem illam eterna non mutatam fiant res temporales.

Quod vero obijcitur quod si nunc fuerit effectus & prius non fiebant est aliqua proportio inter effectum & causam que prius non erat.

Dicendum quod inter deum & creaturam non potest esse proportio commensurationis: sed proportio ordinis quando ergo fuit instans illud in quo ordinauerit deus se facturum res. tunc habuit esse illa proportio, & tunc res fecit & illa proportio noua, & ordo ille nouus non habuit esse per motum precedentem, quia sicut naturas nouas deus potest facere absque motu precedente sic nouus ordo & noua relatio rerum ad deum consurgere potest absque motu alio precedente.

Quod vero addebat secundo quod si aliquis fecit aliquid in hoc tempore & non in priori oportuit ipsum apprehendere tempus in quo fecit: & in quo nō fecit quia tempus non est sine motu, oportet quod factionem rerum nouam precedat aliquis motus.

Dicendum quod cetera talia argumenta sunt, sophistica. Nam tempus quod precessit factionem,

oportet infinita esse pertransita quod est, inconueniens.

P Septima talis est, voluntas eterna semper se habet eodem modo, vel ergo semper producit, vel nunquam producit si aliquando producit, & aliquādo non hoc est mediante transmutatione & motu, ergo &c.

Octaua talis est, si ab aliqua voluntate prius non producebatur aliquid & postea producit aliquid, ergo aliquid deficiebat in volito quare tunc non producebatur, indiget ergo hmōi voluntas aliqua vltiori causa supplente talem defectum, si ergo a voluntate diuina non processissent entia eternaliter indigeret vltiori causa quod est inconueniens.

Dicendum quod tota difficultas questionis premissa est quomodo a voluntate eterna non mutata potest progredi temporalis effectus.

Sciendum igitur quod voluntas est quedam inclinatio sequens formam apprehensam sicut grauitas vel pōdus quedam est inclinatio consequens formam naturalem, sicut ergo loquendum est de inclinatione ad locum secundum formam naturalem, ut aliquid habens plus vel minus de forma grauis vel de forma leuis habeat plus vel minus de huiusmodi inclinatione sic, quia inclinatio per appetitum sequitur formam apprehensam per intellectum, loquendum est de voluntate sicut & loquimur de intellectu, dubitare ergo vtrum voluntate antiqua possit aliquid vel le rem temporalem, est dubitare vtrum intellectu antiquo possit quis intelligere aliquid temporale. Videmus enim quod artifex per suum intellectum cognoscit rem quam facturus est ita quod intellectus artificis precedit hmōi artificiali, sic etiam voluntas artificis potest velle rem quam facturus est. loquendo ergo de scientia ut est causa rerum non est inconueniens huiusmodi scientia precedere sua causata immo quia nullus negaret quin deus intellectu eterno possit intelligere huiusmodi temporalia. Nullus negare debet quin deus uoluntate eterna ut conuenienter ponitur uelle possit hmōi temporalia, & quia ut aliquid est a deo volitum sic in esse producit si voluntate eterna est a deo volitum aliquid temporale voluntate eterna a deo causatur & producit aliquid temporale. Si enim nos ipsi hodie uellemus facere aliquid cras si semper persisteremus in tali voluntate actus faceremus illud ita uolūtate hodierna nō mutata fieret effectus crastini, sic quia deus ab eterno voluit & disposuit facere res in tempore cum voluntas sua nō fuerit mutata, oportet quod per voluntatem illam eterna non mutatam fiant res temporales.

Quod vero obijcitur quod si nunc fuerit effectus & prius non fiebant est aliqua proportio inter effectum & causam que prius non erat.

Dicendum quod inter deum & creaturam non potest esse proportio commensurationis: sed proportio ordinis quando ergo fuit instans illud in quo ordinauerit deus se facturum res. tunc habuit esse illa proportio, & tunc res fecit & illa proportio noua, & ordo ille nouus non habuit esse per motum precedentem, quia sicut naturas nouas deus potest facere absque motu precedente sic nouus ordo & noua relatio rerum ad deum consurgere potest absque motu alio precedente.

Quod vero addebat secundo quod si aliquis fecit aliquid in hoc tempore & non in priori oportuit ipsum apprehendere tempus in quo fecit: & in quo nō fecit quia tempus non est sine motu, oportet quod factionem rerum nouam precedat aliquis motus.

Dicendum quod cetera talia argumenta sunt, sophistica. Nam tempus quod precessit factionem,

H
7. ratio.

8. ratio.

Voluntas quid sit.

R

Voluntas & intellectus se cōsequuntur tempore.

G
Voluntas eterna pōt uelle temporale.

Voluntas eterne de spali exemplum; pulcrum.

Ad prim.

Ad secum.
H

A rerum non fuit tempus verum, sed imaginatum. Si ergo volumus ex hoc arguere quod factionem mundi precessit motus non plus arguimus nisi quod precessit motus imaginatus & quod precessit imaginatum mobile & quod fuit mundus imaginatus, nihil enim reale precessit factionem mundi nisi deus, immo omnes huius rationes esse sophisticas de leui patet. Nam sicut deus fecit mundum in hoc tempore, & non in alio, ita fecit ipsum in hoc loco, & non in alio, sicut ergo alius locus ab hoc loco in quo est mundus non est nisi imaginatus, sic aliud tempus ab hoc tempore in quo factus est mundus non fuit nisi imaginatum. **C** Quod vero tertio addebatur quod a voluntate noua non potest procedere effectus antiquus, ergo a voluntate antiqua non potest procedere effectus nouus. **C** Dicendum quod non est simile, quia causa debet precedere suum effectum cum voluntas noua non precedat effectum antiquum, sed sit posteriore. Voluntas antiqua autem cum precedat effectum nouum non valet, quod si voluntas noua non potest esse causa effectus antiqui quod voluntas antiqua non possit esse causa effectus noui, & si dicatur quod cum causa posita scilicet voluntate eterna non ponitur effectus nisi eternus, dici debet quod posita causa non ponitur effectus nisi ut est effectus res autem sunt effectus primi ut sunt ab eo uolite, & quando sunt ab eo uolite ideo tunc factus est, mundus, & sic factus est mundus quando deus uoluit, & ut uoluit.

C Quod vero quarto addebatur quod a voluntate antiqua non precedit effectus nouus nisi transmutatione noua, solum est per iam dicta. Nam ut patet deus non agit mediante transmutatione & motu nec oportet quod posita voluntate eterna sit effectus eternus, quia ut dicebatur effectus non procedit a sua causa nisi ut est effectus & a uoluntate tanquam a sua causa propria non procedit effectus nisi ut est uolitus & quando est uolitus, propter quod si deus uoluntate eterna uoluit res fieri in tempore a uoluntate eterna absque transmutatione alia precedente facte sunt res temporales.

C Quod vero quinto addebatur quia dicebat se accipere duo fundamenta quibus per rationem rectam contradici non poterat. **C** Dicendum quod licet locutio sit in propria cum dicitur quod causa non faciens aliquid & postea faciens deficit ei aliquid quia deficit ei tempus in quo uult facere illud quia deo nihil deficit, tamen quantum ad hoc uerum est, quod deus non fecit mundum nisi in tempore in quo dispositus fuit, deus enim simul fecit mundum & tempus. Sed quod per secundum fundamentum addebatur quia si tempus est simul factum cum mundo, ergo tempus indiguit tempore in quo fieret. **C** Dicendum quod sic simul deus faciendo locatum fecit locum & locus factus non indiguit loco nisi imaginato & ante factionem corporum, non precessit locus nisi imaginatus sic ante factionem temporis non precessit tempus nisi imaginatum & tempus non fuit factum nisi in tempore imaginato, deus enim fecit mundum in aliquo instanti in quo instanti simul incepit mundus & tempus, quicquid uero fuit illud instans totum fuit imaginatum.

C Quod vero sexto addebatur quod si deus fecit mundum in tempore ante factionem, mundi precesserunt infinita spatia & quod deus immediata, & per se ponitur causa mundi & quicquid est inter causam immediatam & propinquam totum est per se, per se ergo sunt per transita infinita spatia, quia infinitum spatium fuit inter deum eternum & mundum temp-

poralem. **P** Dicendum quod inconueniens est, esse pertransita infinita per se licet forte non sit inconueniens esse pertransita per accidens. si hoc uerum est quod commentator ait, non tamen uerum est quod si mundus sit factus in tempore quod precessit spatium nec finitum nec infinitum. Nam factionem mundi non precessit nisi eternitas que est aliquid indiuisibile & nullum spatium nominat, si autem precessit aliquid spatium uel aliquid tempore hoc fuit imaginatum. Nam sicut extra celum est infinitum spatium locale imaginatum sic ante mundum fuit imaginatum spatium temporale imaginatum.

C Quod uero septimo, addebatur quod cum deus semper eodem modo se habeat ab eterno fecit quicquid fecit. **P** Dicendum quod si deus non posset absque transmutatione & motu aliquid nouum facere ualere ratio, sed cum ostensum sit supra quod non precedente transmutatione in deo faciente nec in rebus factis deus produxit res in esse licet deus semper se eodem modo habeat potest res nouas temporales producere.

P Quod uero octauo addebatur quod si deus prius non fecit mundum & postea fecit aliquid deficit ipsi rei facte & indigebat ulteriori causa. **P** Dicendum quod si deus prius non fecit mundum & postea fecit hoc non fuit propter aliquem defectum, sed quia sic uoluit & ordinauit sic per sapientiam suam, & hec contra eternitatem mundi sufficienter &c.

Explicit liber primus methaphisice.

De ueritate, quidem theoricis sic quidem dicitur difficilis est, sic uero facilis. Signum autem nec digne nullum adipsi ipsam posse, nec omnes fallere &c.

Cap. primo.

Secundus liber methaphisice.

Questio Prima.

DE VERITATE Autem theoricis Queritur Utrum ueritas sit possibilis, & uideatur quod non. dicit enim communiter quod ueritas est adequatio rerum ad intellectum sed impossibile est ut probabo intellectum nostrum adequari ipsis rebus, ergo impossibile est esse ueritatem, probatio, intellectus noster est, immaterialis res autem sunt materiales sed immaterialis non potest adequari materiali, ergo &c. **C** Preterea dicit philosophus in libro celo & mundo, quod si unum contrarium fuerit in natura & reliquum, ergo a destructione consequentis, si unum contrarium non fuerit in natura nec reliquum, sed falsum est contrarium uero, & falsum non est, quoniam dicit philosophus in libro posteriorum, quod falsum non scitur, quoniam falsum non est ergo nec uerum. **P** Preterea ueritas est de numero entium apud animam, sed que sunt apud animam magis sunt non entia quam entia, ergo ueritas non est.

C Ad oppositum arguitur, ueritas est finis scientiarum speculatiuarum sicut dicitur in secundo huius, sed magis uidetur esse aliquid illud quod est, finis quam ea quorum illud est finis, sed scientie speculative sunt ea quorum finis est ueritas ergo &c.

Ad istam questionem dico quod ueritas est & hoc potest

patere

E

Mundum precessit tempus imaginari.

Ad septi.

F Deus mundum fecit quando cecidit.

G Argum. 1. ex primo huius. text. com. 9.

Argum. 2. Lib. 2. t. 6. 19. primo genera. te. com. 65.

Lib. 1. te. com. 5. Argum. 3.

T. com. 2.

H Veritas est rationibus tribus.

De ipse exempli pulcrum.

Ad tertiu.

Ad quarto

Ad quarta

Effectus a uoluntate procedit ut est uolitus.

Ad quinta

Deus si uult fecit rem ips et loca.

Ad sexto.

D

A patere ex tribus, primo ex manifestatione secundo ex propositionibus, tertio ex principijs, quod autem veritas sit hoc patet, primo ex manifestatione, de ratione enim veritatis est, quod sit manifestativa, dicit philosophus quod verum est manifestativum simpliciter, & ideo cum nihil manifestetur alteri nisi per aliquod verum & multa sunt immanifestata que manifestari possunt patet quod est veritas quia nisi esset veritas, non posset aliquid manifestari alteri, & hoc est, falsum, & ideo patet quod veritas est. ¶ Quod autem veritas sit hoc patet secundo ex propositionibus. quoniam ego quero utrum illa sit vera aut non: nulla veritas est, si est falsa, ergo contradictoria sua est vera, scilicet quod aliqua veritas est si non sit falsa sed vera. tunc habeo propositum, scilicet aliqua veritas est. si veritas istius propositionis quam tu concedis, sed si est aliqua veritas ergo est veritas nec est ibi fallacia secundum quid & simpliciter, sed si tu dicis immo quia concludit quod sit veritas secundum quid. Tunc dicendum quod secundum quid reducitur ad simpliciter si cut per accidens ad per se, & ideo si est dare veritatem secundum quid est dare veritatem simpliciter.

C Quod autem sit veritas hoc patet tertio ex principijs, quoniam si non esset veritas sequeretur quod altera pars contradictionis non esset vera, & tunc non esset de quolibet affirmatio aut negatio vera, cum ergo illud principium sit verum & per illud primum habeant veritatem omnia alia principia sicut Aristotel. & Avicenn. dicunt: patet quod sit veritas, tum enim ex manifestatione, tum ex parte propositionum, tum etiam ex parte principiorum sicut visum est. Sed ad intelligentiam huius questionis, & dissolutionis rationem est intelligendum quod de numero eorum que sunt entia anime, quedam sunt que non habent aliquid in re extra correspondens eis & talia entia anime vel apud animam non habentia aliquid commune respondens extra dicuntur figmenta sicut est tragelaphus & hircoceruus & chimera et sic de alijs, alia sunt entia apud animam que quidem habent aliquid correspondens sibi in re extra siue que sunt similitudines apud animam ipsarum rerum existentium extra animam, & talia entia non dicuntur esse figmenta, & talia habent esse intentionale & non reale. Sunt autem quedam alia entia apud animam que non habent esse intentionale sed reale & entia que sic habent esse apud animam per se realiter reducuntur secundum philosophum, ad tria genera quia aut sunt passiones aut habitus aut potentie, veritas autem non habet esse intentionale apud animam sed reale, & ideo oportet quod veritas sit, aut habitus aut passio aut potentia, veritas autem non est nec passio nec potentia, quod veritas non sit passio patet: quoniam veritas est secundum intellectum & est in ipso intellectu, sicut patebit, cum ergo passiones non sint in intellectu sed secundum sensum patet quod veritas non est passio: quod veritas non sit potentia hoc apparet, quoniam potentie insunt nobis a natura sicut dicit philosophus in morali. potentes sumus natura &c. sed veritas non est nobis a natura, sed eam acquirimus ergo &c. veritas ergo reducitur ad genus habitus ita quod veritas est quidam habitus qui causatur in anima ex hoc quod intellectus secundum debitos modos intelligendi, & debitos modos essendi confert intentionem intentioni aut intentionem rei aut rem rei qualiter autem veritas sit habitus, & differat a scientia que est habitus cum etiam ipsius scientie speculative sit finis veritas, illud postea apparebit.

C Ad istam questionem dico quod veritas sicut accipimus hic veritatem pro adaequatione est in ipso intellectu, & ratio huius est. quoniam sicut dicit in secundo huius philosophus finis scientiarum speculatiuarum est veritas, finis autem practicarum est opus, si ergo veritas est finis scientiarum speculatiuarum, & scientie speculative non habent suum finem, extra eas, sed finis scientiarum speculatiuarum est in eodem in quo sunt ipse scientie speculative, cum scientie speculative sint in ipso intellectu veritas est in ipso intellectu, cum sit finis scientiarum speculatiuarum. Sed qualiter veritas sit in ipso intellectu hoc est satis difficile. quidam dixerunt quod veritas est in ipso intellectu & hoc propter istam viam. dicit enim philosophus in primo de anima, quod duo sunt motus. Quidam enim est motus rei ad animam, & iste motus fit in cognoscendo & intelligendo. quando enim anima cognoscit & intelligit tunc res mouent sensus & sensus mouet imaginationem & imaginatio mouet intellectum. Est autem alius motus qui est anime ad res ipsas & iste motus fit in appetendo, & afficiendo, tunc dicunt ipsi quod veritas erit magis in ipso intellectu quia vnumquodque magis fit in termino ad quem quam in termino a quo, & veritas causatur ex motu ad animam in cognoscendo, & intelligendo, & hoc voluit philosophus in sexto methaph. cum dicit quod bonum, & malum sunt in rebus verum, & falsum sunt in anima, sed isti non bene dicunt, quoniam cum vnumquodque sit in complete in suo termino a quo secundum positionem eorum sequeretur quod veritas esset in complete in ipsa re & ipsamet veritas completius haberet esse apud

Ad rationes respondendum est, ad primum cum dicitur intellectus non potest adaequari ipsis rebus cum sint materiales intellectus autem in materialis. Immaterialis autem ad materiale nulla est adaequatio. dicendum quod intellectum adaequari potest esse dupliciter, aut secundum commensurationem, aut secundum similitudinem dico quod intellectus non potest adaequari ipsis rebus secundum commensurationem cum intellectus non sit quantus, & res sint quantae & adaequatio talis non requiritur ad hoc quod intellectus habeat veritatem, sed intellectus potest adaequari ipsis rebus adaequatione que est per similitudinem & talis adaequatio sufficit ad hoc quod intellectus habeat veritatem.

C Ad aliud si vnum contrariorum non fuerit in natura nec reliquum dico quod falsum vero non est proprie contrarium sed potius opponitur ei priuatiue & sicut priuatio eius.

C Ad aliud cum dicitur veritas est ens apud animam dico, quod illa que sunt entia apud animam que non habent aliquam rem sibi extra correspondentem, talia dicuntur magis esse non entia quam entia, veritas autem non est de numero talium entium sed habet esse reale apud animam: quia est habitus ipsius anime sicut visum est per hoc &c.

Questio II.

Q VERITVR Dato quod sit veritas sicut visum est, utrum veritas in ipso intellectu habeat esse, & videtur quod non, quoniam propter vnumquodque tale, & illud magis, sed res sunt causa veritatis ipsius intellectus ergo res sunt magis vere quam intellectus ergo &c. ¶ Preterea sicut dicit philosophus in litera res sunt eiusdem dispositionis in sua veritate & in sua entitate sed res extra animam sunt magis entes quam apud animam ergo &c. ¶ Ad oppositum est philosophus sexto huius.

Ad istam questionem dico quod veritas sicut accipimus hic veritatem pro adaequatione est in ipso intellectu, & ratio huius est. quoniam sicut dicit in secundo huius philosophus finis scientiarum speculatiuarum est veritas, finis autem practicarum est opus, si ergo veritas est finis scientiarum speculatiuarum, & scientie speculative non habent suum finem, extra eas, sed finis scientiarum speculatiuarum est in eodem in quo sunt ipse scientie speculative, cum scientie speculative sint in ipso intellectu veritas est in ipso intellectu, cum sit finis scientiarum speculatiuarum. Sed qualiter veritas sit in ipso intellectu hoc est satis difficile. quidam dixerunt quod veritas est in ipso intellectu & hoc propter istam viam. dicit enim philosophus in primo de anima, quod duo sunt motus. Quidam enim est motus rei ad animam, & iste motus fit in cognoscendo & intelligendo. quando enim anima cognoscit & intelligit tunc res mouent sensus & sensus mouet imaginationem & imaginatio mouet intellectum. Est autem alius motus qui est anime ad res ipsas & iste motus fit in appetendo, & afficiendo, tunc dicunt ipsi quod veritas erit magis in ipso intellectu quia vnumquodque magis fit in termino ad quem quam in termino a quo, & veritas causatur ex motu ad animam in cognoscendo, & intelligendo, & hoc voluit philosophus in sexto methaph. cum dicit quod bonum, & malum sunt in rebus verum, & falsum sunt in anima, sed isti non bene dicunt, quoniam cum vnumquodque sit in complete in suo termino a quo secundum positionem eorum sequeretur quod veritas esset in complete in ipsa re & ipsamet veritas completius haberet esse apud

E Ad prius.
A Adequatio dupliciter.
Ad secundum.
Ad tertium.
Argum. 1.
Argu. 2. te. com. 4.
T. com. 5.
T. com. 9.
G
Ext. c. 66
tex. co. 8.
H

Primus e. thica. 10.
Ratio. 2.
Ratio. 3.
4. metha. te. com. 9.
Ens apud animam tripliciter dicitur.
1. modo.
2. modo.
3. modo.
Ens reale apud animam trip.
2. eth. c. 5.
Veritas habitus 2.

A ipsum intellectum & hoc non est veri. Simile enim est de veritate & sanitate, sicut enim non diceremus cibum esse sanum quia incomplecte esset subiectum sanitatis & animal esset cōpletius subiectum sanitatis, sed dicimus cibum esse sanum quia cibus efficit sanitatem. Sic non dicimus res esse veras quia incomplecte sint subiectum veritatis sed quia efficiunt veritatem. **C** Et propter hoc aliter est dicendum quod cum veritas sit adequatio duplex est autem ista adequatio. vna est adequatio rei ad sua principia & talis adequatio ad sua principia est in rebus ipsis & res ipse sunt subiectum talis adequationis, ideo quanto aliqua res magis adequatur suis principijs tanto magis est illud, sicut illa caro que magis adequatur principijs carnis magis est caro & magis participat rationem carnis. **C** Est autem alia adequatio que est intellectus ad res ipsas, & ista adequatio est relatio quedam. Nunc autem ita est sicut dicit philosophus in Quinto huius quod relatio quedam est que ponit aliquid reale in vtroque extremo sicut duplum quod ponit aliquid reale in vtroque extremo. Est autem alia relatio que ponit aliquid reale in vno extremo tantum & non ponit aliquid reale in altero nisi secundum rationem sicut scientia dicitur correlative ad scibile sed hoc non est quod ponat relatio aliquid reale in ipso scibili, sed ex hoc dicitur scibile relative ad scientiam quia non potest intellectus intelligere scientiam nisi intelligat illud a quo dependet scientia & hoc est scibile ipsum. Nam scientia presupponit scibile & dependet ab ipso, scibile autem non presupponit scientiam nec dependet ab ipsa scientia nisi secundum modum intelligendi, & sicut est de scientia sic de veritate patet, quoniam adequatio ista relatio quedam est, & nō adequatio non sic est relatio quod ponat aliquid reale in vtroque extremo sicut in ipso intellectu cum ipsis rebus, sed ipsa adequatio est relatio que ponit aliquid reale in vno extremo sicut in ipso intellectu cum rebus ipsis non ponit aliquid nisi secundum rationem. vnde sicut scibile non dicitur relative ad scientiam, quia ipsa relatio ponat aliquid reale in ipso scibili, sed propter hoc dicitur scibile relative ad scientiam, quia nō potest intellectus intelligere scientiam nisi intelligat scibile a quo dependet, & quia scientia secundum rem dependet a scibili, scibile vero dependet a scientia secundum modum intelligendi, & ideo scibile refertur ad scientiam quia scientia refertur ad ipsum scibile. Sic ista adequatio non ponit aliquid reale nisi in ipso intellectu vnde ista, adequatio secundum rem est in ipso intellectu & non est in ipsis rebus nisi secundum rationem scilicet propter hoc quod ipsa adequatio dependet ex ipsis rebus nec dicuntur res adequari intellectui quia adequatio sit aliquid in rebus ipsis sicut scibile non dicitur relative ad scientiam, quia relatio sit aliquid reale in scibili, sed quia scientia dependet a scibili, de adequatione est similiter, res dicuntur adequari quia adequatio que est realiter in intellectu depēdet ex rebus et propter hoc cū veritas sit adequatio, & ista adequatio est in ipso intellectu realiter sicut declaratum est & non est in rebus ipsis nisi secundum rationem. dicendum est quod veritas est tantum in intellectu secundum rem & non est in rebus nisi secundum rationem, & ita patet quod sicut scibile dicitur relative non per relationem que sit in ipso, sed per relationem que est in scientia, & cibus dicitur sanus non per sanitatem que sit in ipso, sed per sanitatem que est in animali. Sic res non dicitur adequata adequatione que sit in ipsa, sed adequatione que est in ipso intellectu, dicitur etiam res vera

non propter veritatem que sit in ipsa, sed propter veritatem que est in ipso intellectu siue in anima. **Ad primum** res sunt cā veritatis extrinsece, & sunt causa sine qua non est veritas, cum sit habitus est proprie ab intellectu & est in ipso. **Ad secundum** dispositio rei in entitate est dispositio in veritate quia qualis est entitas rei extra talis apprehenditur, & talis est adequatio eius ad intellectum adequatio tamē est in ipso intellectu.

Questio. III.

QUERITVR Vtrum aliqua veritas sit in complexa, & videtur quod nō, dicit enim philosophus in Tertio de anima vbi distinguit operationes intellectus quod intellectus in prima operatione non est verus neque falsus, sed intellectus componens est semper verus vel falsus ergo videtur uelle philosophus quod omnis veritas sit complexa. **C** Preterea dicit philosophus in primo periermenias, qui dicit per se homo vel per se currit neque verum neque falsum, dicit ergo &c. **C** Preterea passionem non separantur a subiectis, sed enuntiatio est que primo est uera vel falsa vt dicit philosophus in primo periermenias quod enuntiatio vera non omnis sed in qua est verum uel falsum ergo cum verum sit circa ipsam enunciationem & vbi est enuntiatio ibi est compositio & quedam complexio videtur ergo quod omnis veritas sit complexa.

C Ad oppositum est philosophus in Tertio de anima ubi comparat intellectum ad sensum, dicit enim ibi philosophus quod sensus nunquam decipitur circa proprium obiectum sed est semper verus circa proprium sensibile, sic intellectus circa quidditatem rei que est proprium obiectum eius nunquam decipitur sed semper verus & sic patet manifeste quod est quedam veritas incomplexa que consistit circa simplicem operationem intellectus.

Ad istam questionem possumus dicere quod accipiendo veritatem in se & absolute non per comparationem ad ea circa que habet esse omnis veritas est incomplexa. Nam licet veritas causetur in intellectu ex compositione vel diuisione veritas tamen nō est compositio neque diuisio sed est qualitas quedā simpliciter generata in anima ex compositione uel diuisione ipsius intellectus & est habitus quidā existens realiter apud intellectū, sed si sic dicimus quod credimus esse bene dictum, tunc insurgit dubitatio, quoniam reale bene arguit intentionale sicut species coloris existens realiter in ipso pariete bene arguit in medio suam speciem intentionaliter Sed vt videtur intentionaliter non potest agere reale tunc enim ageret ultra suam speciem & hoc contingeret si veritas oriretur ex compositione intentionum apud animam & haberet esse realiter apud animam sicut dicitur est, & propter hoc dicendum est qd veritas non tantum causatur in anima ex compositione & diuisione intentionum vel similitudinum apud animam sed ad hoc concurrat actio intellectus agentis & intellectus possibilis qui sunt virtutes realiter existentes in anima et propter hoc cum ad causandum veritatem apud animam ex cōpositione vel diuisione intentionum concurrant actiones realium sicut intellectus agentis & possibilis non est inconueniens veritatem, sic causari sicut dictum est. **C** Si autem nos accipiamus veritatem comparando eam ad ea circa que habet esse tunc omnis veritas est complexa, quoniam veritas est circa compositionem vel diuisionem, & propter hoc comparando veritatem ad ea circa que habet esse, circa compositionem vel diuisionem tunc omnis veritas est complexa loquendo de veritate si

B Ad prim.
Ad secund.
Argu. 1. T. co. 21.
Argu. 2.
F
T. co. 26.
Veritas ois est in complexa
G
H Circa quod est veritas est complexa per.

Responsio propria
Adequa. dupl.
T. co. 29.
Relatio dup.
B
C
Adequa. tio est in intellectu.
D

A cut loquimur hic sed non dicitur veritas complexa, quia quidditas veritatis existens realiter apud animam sic composita immo sicut dictum est prius ipsa quidditas veritatis est simplex qualitas, & simplex habitus, sed dicitur complexa pro tanto quia ex compositione vel diuisione facta ab anima causatur talis habitus qui dicitur veritas in ipsa anima. ¶ Si autem nos accipiamus veritatem secundum proprium modum suum adhuc omnis veritas est complexa, quoniam veritas est adequatio. Nunc autem ita est, quod adequatio & inadequatio conueniunt proprie quantitati & quantum aliquid appropinquat quantitati tantum appropinquat adequationi & inadequationi. & ideo cum veritas non sit quanta nec recipiatur extense, quoniam intellectus est immaterialis & non quātus patet quod si veritas dicatur adequatio hoc non est ad similitudinem quantitatis cōtinue, sed hoc est ad similitudinem quantitatis discrete quā veritas causatur ex compositione vel diuisione intentionum apud animam & sic accipiēdo veritatē circa ea circa que habet esse & accipiēdo veritatem secundum modum proprium patet quod omnis veritas est complexa. ¶ Si vero nos accipiamus communiter pro ipsa adequatione tunc cum sit quedam adequatio rei ad sua principia cum etiā quedam adequatio conformet nos rebus ipsis sicut species intelligibilis, tunc non omnis veritas est complexa, nec omnis etiam veritas est incompleta immo quedam erit complexa & quedam incompleta, & quedam erit in ipso intellectu & quedam non, veritas que consistit in adequatione rei ad sua principia nihil aliud est quā entitas ipsius rei & talis veritatis res ipsa subiectum est cum vnumquodque sit subiectum sue proprie entitatis.

Ad rationes respondendum est. rationes enim precedūt suis vijs. nam ille rationes arguunt de veritate quā consistit circa compositionem vel diuisionem intentionum apud animam &c.

Ad prim. Ad primum capitur ibi veritas nō absolute sed pro eo circa quod est veritas. Ad secundum similiter intelligit philosophus quod veritas nō est circa in complexum nō quod nulla sit in complexa.

Ad 3. Ad tertium similiter enunciatio est subiectum veritatis nō in quo sed circa quod. sed veritas absoluta est habitus subiectiue in intellectu.

Questio. IIII.
QVERITVR Adhuc de veritate vtrum. s. veritas & scientia differant. & videtur quod non. quoniam dicit philosophus in .10. metha. quod nos sumus per scientiam mensura omnium scibilium sicut per sensum mensura omnium sensibilium sed si per veritatem quam habemus de scibilibus sumus mensura scibilium. videtur ergo veritas quod sit idem quod scientia. ¶ Preterea dicit philosophus in .3. de anima. quod scientia in actu & scitum in actu sunt idem, sed veritas est scitum in actu quoniam vnusquisque potest scire suam veritatem. ergo veritas & scientia videntur esse idem.

Ad oppositum arguitur. dicit enim philosophus. 2. metha. quod scientiarum speculatiuarum finis est veritas, sed nihil est idem suo fini quoniam finis non est de natura eius cuius est finis. ergo veritas & scientia differunt.

D Ad hanc questionem, respondent aliqui dicendo quod veritas & scientia sunt idem secundum subiectū differunt tamen secundum rationem, quoniam scientia dicitur quod per eam iudicamus. veritas autem secundum quod per ipsam veritatem apprehēdimus. ¶ Ista ratio non valet quoniam vtrumque conuenit vtri

que. quoniam & per veritatem iudicamus & apprehendimus cuius declaratio est. De ratione enim veritatis est quod sit manifestatiua. vnde verum est manifestatiuum suū ipsius sicut dicit philosophus. cū ergo bene iudicamus de his que cognoscimus & per veritatem cognoscimus quoniam verum est manifestatiuum suū ipsius patet quod per veritatem iudicamus & apprehendimus, & per scientiam iudicamus & apprehendimus. & ideo non valet talis distinctio. Et ideo aliter est dicendum. s. quod scientia differt a dispositione & opinione & intellectu & sapientia, quoniam scientia est habitus de difficili mobilis. dispositio autem de facili mobilis, & propter hoc differt scientia a dispositione differt etiam scientia ab opinione quoniam opinio est habitus aliquando verus aliquando falsus sicut dicitur in .2. de anima. scientia autem est habitus semper verus. differt etiam scientia ab intellectu, quoniam intellectus est habitus principiorū, scientia vero conclusionum, differt etiam a sapientia quoniam sapientia est per altas causas, scientia per inferiores causas. nunc autem ita est quod si nos accipiamus scientiam proprie secundum quod est habitus conclusionum semper est verus, & secundum quod est etiam eorum que sunt semper generata in anima per principia tunc dico quod veritas & scientia non sunt idem quoniam veritas & scientia non est proprie intellectus, nec sapientia nec opinio. & ideo veritas et scientia sic accepta proprie non sunt idem. ¶ Si autem nos accipiamus scientiam pro omni cognitione, et queratur vtrum veritas et scientia sint idem aut differant tūc distingo, aut enim scientia et veritas differunt ita quod scientia sit aliquid aliud quod non est veritas, aut scientia & veritas differunt ita quod scientia sit ad aliqd aliud quod non est ipsa veritas. ¶ Si autem queratur vtrum scientia accepta pro omni cognitione differat a veritate ita quod scientia est aliquid aliud quam ipsa veritas. dico quod non differunt immo illud aliquid quod est etiam apud intellectum illud aliquid est veritas apud intellectum. ¶ Si autem queratur vtrum scientia et veritas differant ita quod scientia sit ad aliqd aliud quod esse ad aliqd non competat ipsi veritati. tunc adhuc distingo aut, quia ipsa scientia sit ad aliqd ad quod non est ipsa veritas et sic scientia et veritas non differunt, quoniam sicut scientia dicitur relatiue ad scibile sic per veritatem ipsam adequatur ipsis rebus et ipsis scibilibus. et ideo scientia non dicitur ad aliqd ad quod non dicatur ipsa veritas. ¶ Aut si tu queras vtrum scientia et veritas differant ita quod scientia sit ad aliqd ad quod nō est ipsa veritas eodem modo quo est ista scientia. tunc dico quod scientia et veritas differunt sic. quoniam licet scientia dicatur ad aliqd ad quod etiā ipsa veritas dicitur tamen alio modo ad illud dicitur scientia et veritas. quoniam scientia dicitur secundū quod informat animam. veritas autem secundum quod per ipsam adequatur scibili. vnde non est eadem ratio formalis veritatis et scientie. et sic apparet quomodo scientia et veritas sunt idem et quomodo non, &c.

Ad primum dicitur quod per scientiam sumus mensura scibilium modo informationis, per veritatem modo adequationis ideo differunt.

Ad secundum dicitur, quod non omne verum est proprie scitum, quandoque opinatum est intellectum, nec veritas differt semp ab habitu cuius est veritas.

Questio. V.
QVERITVR vtrum veritas incompleta sit difficilis cognitionis et videtur quod nō. quoniam illud sine quo nō possumus aliquid

B
 1. eth. ca. 10.

Respon.
 propria. Scia differt a dispositione.
 Scientia differt ab opinione.
 T. c. 157.
 Scientia differt ab intellectu.
F
 Scientia differt a sapientia.

G

H
 Ad prim.

Ad. 2.

Argu. 11

A cognoscere illud videtur esse facili cognitionis. sed si ne vero in complexo non possumus aliquid cognoscere ergo &c. probatio qd sine vero incomplexo non possumus aliquid cognoscere quia si tu cognoscis verum aut illud verum est complexum aut incomplexum. si sit incomplexum habetur propositum. si complexum tunc cum veritas complexa non cognoscatur nisi per veritatem incomplexas. apparet quod veritas incomplexa est facili ad cognoscendum. **C** Preterea omnis utrum per se, & directe fertur in proprium obiectum ergo intellectus per se, & directe fertur in proprium obiectum quod est quidditas siue entitas rei & non decipitur circa ea per se. vnde si aliqua virtus decipiatur circa proprium obiectum hoc est per accidens in quantum. s. organum est male dispositum sicut pater de visu. aliquando. n. iudicat visus album esse nigrum & tunc organum infirmatur & non est bene dispositum. cum ergo intellectus sit immaterialis & non habeat organum corporale sicut probat. 3. de anima. apparet quod intellectus nec per se, nec per accidens potest errare circa propriam quidditatem rei siue circa propriam veritatem. Nam veritas incomplexa nihil aliud est quam entitas rei. Si ergo aliquid est difficile quia in ipso potest esse error & decipio & intellectus non potest nec per se, nec per accidens decipi circa veritatem incomplexam siue quidditatem videtur quod veritas incomplexa non sit difficilis ad cognoscendum. **P** Preterea illud non est difficile quod facimus quando volumus. sed nos intelligimus quando volumus. probatio est. dicit enim philosophus in. 2. de anima qd nos imaginamur non tamen opinamur quando volumus. ergo si imaginamur quando volumus patet quod intelligimus quado volumus. **P** Ad oppositum est Ari. in. 1. de anima, qd intellectus aut est fantasia, aut non est sine fantasia, ita quod intelligere non est sine fantasia. cum ergo multe veritates sint incomplexae que phantasmata non habent patet quod veritas incomplexa est difficilis.

C Ad istam questionem possumus dicere quod veritas consistit in quadam adaequatione ita quod veritas incomplexa est in quadam adaequatione rei ad sua principia. Nunc autem duplex est adaequatio rei ad sua principia & in tali duplici adaequatione consistit vna veritas incomplexa que nihil aliud est quam entitas rei & ex tali entitate siue quidditate resultat in intellectu species siue quedam similitudo ipsius rei. que quidem species dicitur etiam veritas secundum quod per ipsam speciem conformamur ipsis rebus. tunc dico qd in cognitione vtriusque veritatis incomplexae consistit difficultas. Quod autem veritas que est entitas rei sit difficilis ad cognoscendum hoc possumus perpendere ex tribus. primo ex parte ipsius adaequationis. secundo ex parte potentie cognoscentis ipsam veritatem. & tertio ex parte causarum quibus devenimus in cognitionem veritatis. primo sic ex parte adaequationis. veritas enim consistit in quadam adaequatione rei ad sua principia, sed non potest res cognosci seu adaequari suis principijs, nisi cognoscant sua principia. Sicut enim non potest aliquis cognoscere diuersitatem seu differentiam inter aliqua duo nisi illa duo cognoscat sic non potest aliquis cognoscere adaequationem inter re & sua principia nisi principia cognoscat. Nunc autem ita est quod difficile est cognoscere principia rei quantum ad principia que sunt definitiua ipsius rei & posterius nota sunt. unde dicit philosophus in principio libri physicorum quod hoc substat ad rationem definitionis, quoniam id quod significatur illo nomine notius est. principia etiam difficilia sunt ad cognoscendum. Omnis enim nostra co-

gnitio incipit a sensu sed sensus non cognoscit nisi accidentia. vnde principia auri non cognoscimus per sensum, sed tantum aliqua accidentia. sicut quia multum ponderat & quod est rubeum. cum ergo principia rei transcendant cognitionem sensitivam & a sensu incipit nostra cognitio patet quod principia rei sunt difficilis cognitionis, tum quia posterius nota sunt tum quia transcendunt cognitionem sensus a quo incipit nostra cognitio. **P** Secundo etiam patet illud idem ex parte potentie cognoscentis veritatem. Intellectus. n. substantiarum separatarum per se & directe fertur in quidditates ipsas & nullo modo decipiuntur. Intellectus autem humanus per se & directe non fertur in lectum autem humanum per se & directe non fertur in lectum proprium obiectum sed dependet ex phantasmate ex quo admiscetur intellectui aliqua falsitas & propter hoc cognitio veritatis difficilis est nobis. **C** Quod autem veritas sit difficilis ex causis quibus devenimus in cognitionem veritatis hoc patet. In re enim sunt multe cause & multa sunt in re de quibus ignorantur que illarum sit causa illius rei, et etiam quia illius rei sunt multe cause sicut deus & substantie separate que totaliter excellunt sensum nostrum, & nostrum intellectum & ex his tribus patet quod veritas incomplexa sit difficilis.

Ad rationes ad primam cum dicitur illud &c. dico qd veritas incomplete cognoscitur facilius, sed tamen difficile est eam cognoscere complete & hoc bene concludunt rationes que dicte sunt. s. qd veritas difficilis est ut cognoscatur complete. & ideo cum dicitur illud sine que non possumus aliquid cognoscere facili cognitionis est. verum est si debeat cognosci incomplete. Si autem debeat cognosci complete. non est verum, unde per illud quod cognoscitur incomplete, bene potest homo alia cognoscere. **C** Et tunc ad aliud cum dicitur intellectus nec per se, nec per accidens potest errare. dico quod per se non potest per accidens tamen bene potest licet non habeat organum. quia enim ex veritate materiali. s. ex phantasmate dependet intellectus ex qua parte potest contingere error intellectui propter hoc &c. Ad aliud cum dicitur intelligimus quando volumus. verum est quod postquam nos habemus species in memoria intelligimus, quando volumus sed hoc incomplete est. & si sit complete hoc est per multum tempus & multa exercitatione &c.

Questio. VI. **Q**UERITVR Vtrum veritas complexa sit difficilis. & videtur qd non, quoniam illud est magis facile quod inest alicui per se quam quod inest alicui per accidens. sed cogitare falsum inest intellectui per accidens, cogitare verum inest per se, sed intellectus intelligit & facilius falsum, ergo facilius intelligit verum. ergo &c. **P** Preterea dicit philosophus quod intellectus semper verus est, ergo &c.

In oppositum est philosophus in tex. **A**d istam questionem dico quod veritas complexa difficilis est & hoc possumus comprehendere ex tribus. Primo ex parte temporis in quo acquiritur cognitio veritatis. Secundo ex parte eorum qui se dederunt cognitioni veritatis. Tertio ex parte generationis veritatis in nobis. **C** Primo enim apparet sic quoniam illud est facile quod paucio tempore acquiritur, illud autem est difficile quod multo tempore acquiritur siue quod multo tempore fit. & ideo cum cognitio veritatis & scientie multo tempore acquiritur patet quod difficilis est ipsa veritas. vnde dicit philosophus in. 1. de anima contra illos qui dicebant terram terra cognosci. quod anima plus immoratur ignorantie quam veritati. unde per longum tempus moratur in ignorantia antequam perueniatur ad cognitionem veritatis. **C** Secundo apparet

E Sensus non cognoscit nisi accidentia.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

Ad primam

Veritas in completa. Facili cognitiois.

Ad. 2.

Intellectus errat per accidens.

Ad. 3.

G

Argu. 1.

Argu. 2. 3. de anima. 6. c. 26.

Veritas difficilis.

1. Ratio.

H

T. c. 79.

2. Ratio.

Argu. 2.

T. c. 6.

Argu. 3.

T. c. 153.

T. c. 12.

Veritas & difficilis cognitiois.

3. ratio.

D

T. c. 7.

A paret istud ex parte eorum qui se dederunt considerationi veritatis. quoniam non sufficit vnus homo ad inueniendum scientias speculatiuas sed multi fuerunt. vnde sicut dicit philosophus quilibet parum inuenit, & illud modicum quod vnus inuenit iunctum cum alio quod alijs inuenit facit aliquam quantitatem. vnde licet illud homo quod per seipsum potest inuenire sit parue quantitatis, tamen si iungatur cū alijs que alijs inuenerit erit alicuius quantitatis. & ideo sicut nos diceremus aliquam rem esse difficilem, ad quam plures homines requiruntur sic ad considerationem & cognitionem veritatis requiruntur plures homines, & sic videmus quod ipsa veritas est valde difficilis. **C** Et etiam hoc patet ex parte generationis, & hoc tam ex ordine potentialium, quam ex comparatione principiorum ad conclusiones, ex ordine potentialium, hoc apparet quoniam ex pluribus sensibus fit vna memoria ex pluribus memorijs fit vnū experimentum, & ex pluribus experimentis fit vnū vniuersale quod est principium artis & scientie, sicut quod omne reubarbarum tollit coleram vel contraria contrarijs curantur, & ideo cum multa requirantur patet quod difficilis est. **C** Quod etiam sit difficilis patet ex educatione conclusionum de principijs. bene verum est qd principia sunt facilis cognitionis, nā sunt sicut ianue in domo. & sicut locus ianue faciliter cognoscitur sic principia sunt facilis cognitionis, & si cur ea que sunt in domo sunt difficilis cognitionis sic & cognitio conclusionis. vnde & cognoscere conclusiones i principijs ē cognoscere i quadā vniuersalitate. **E** tunc ad rationes ad primam cum dicitur qd illud ē magis facile quod inest alicui per se quam quod inest alicui per accidens. verum est si illud directe feratur in eo quod est per se. & ideo cum intellectus non directe feratur in verum quia dependet ex phantasmate, ex quo potest admisceri falsitas intellectui. vnde sicut facilius est deuiare a centro quam centrum inuenire. sic etiam difficilius est cognoscere & intelligere veritatem quam deuiare a veritate & intelligere falsitatem. **C** Ad aliud patet solutio. nam philosophus intel legit ibidem habitum per intellectum qui est habitus principiorum, & cetera.

Questio. VII.

Q VERITVR Cum visum sit qd veritas nō sit facilis vtrum veritas sit impossibilis ad cognoscendum. Nam difficile est medium inter facile & impossibile. **P** Et arguitur qd veritas sit impossibilis ad cognoscendum & hoc sic substantie enim separate sunt impossibiles ad cognoscendum. & ratio huius est quoniam substantie separate phantasmata non habent & etiam cum forme substantiales non habeant phantasmata, & etiam cum sensus a quibus incipit nostra cognitio non percipiūt nec cognoscant substantiam rei sed tantum accidentia substantie rei, videtur ergo qd cognitio veritatis sit impossibilis. **P** Preterea dicitur primo posteriorum qd non credimus conclusionibus nisi per principia que sunt magis manifesta, sed manifesta in natura sunt nobis ignota, ergo minus nota erūt nobis magis ignota hoc patet ex dicto philosophi in. 2. huius dicit enim ipse qd sic se habet intellectus noster, ad ea que sunt manifesta in natura sicut oculus noctue ad lucem solis. Si ergo manifestissima in natura sunt nobis ignota & etiam minus nota & si impossibile sit cognoscere manifestissima nature. patet quod impossibile est cognoscere minus manifesta. ergo cognitio veritatis est impossibilis. **P** Preterea sensibilia sunt in continuo motu & continua transmutatione. si ergo sunt in continua transmutatione videtur qd de sensibilibus

non possumus cognoscere veritatem. **P** Ad oppositū sunt commentator & philosophus. **A** d istam questionem possumus dicere sicut dicit commentator qd nō est impossibile cognoscere veritatē, et arguit sic commentator. si impossibile esset cognoscere aliquam veritatem tunc desiderium naturale esset frustra & ociosum. cum ergo inconueniens sit dicere. s. qd sit aliquid ociosum in natura & hoc sequetur si esset impossibile cognoscere veritatem aliquam patet qd non est impossibile aliquam veritatē cognoscere. & ista ratio commentatoris bona est, & ideo ad hoc qd bene videamus rationem commenti declaranda est ista propositio. s. qd si impossibile esset cognoscere aliquam veritatē q. s. desiderium naturale esset ociosum & hoc possumus perpendere ex tribus. **P** Primum ex hoc illud est ociosum sicut dicit philosophus & vanum quod non consequitur finē. nam sicut ipse dicit finis est cuius gratia omnia alia fiunt. & ideo si aliquid non consequitur finē illud dicitur esse ociosum. **P** Secundum enim est quod requiritur ad hoc qd aliquid sit ociosum. s. qd non consequatur finem debitum. vnde non consequitur cuiuscunq; finis est causa ociositatis, sed non consequitur finem debiti est causa ociositatis. vnde dicitur in. 2. phisicorū, quod si aliq; balneauerit se ut sol eclissaretur si sol nō eclissaretur non potest hoc dicere se frustra balneasse. Nam eclissatio solis non fuit nata prouenire ex tali balneatione. vnde & dicitur ibidem qd si dicat sese frustra balneatum derisionem dicit, & ideo qd aliqd sit ociosum duo requiruntur. s. priuatio consecutionis finis & non cuiuscunq; finis, sed finis debiti. **P** Tertium quod requiritur ad hoc qd aliquid sit ociosum ē qd priuatio finis debiti non sit respectu alicuius nature particularis sed oportet qd sit respectu nature vniuersalis totius speciei. vnde licet homo natus sit habere quinque digitos. si tamen ille homo habeat sex digitos non propter hoc dicitur ociosum in natura. sed si tota species humana deficeret a quinque digitis tūc diceretur esse species humana siue natura octosa. **P** Tunc ad propositum scientia est finis hominis quā ex puris naturalibus acquirere potest homo. & ideo licet prius visum est omnino naturaliter desiderat scientiam. non enim desideratur naturaliter nisi finis debitus. et ideo cum homo naturaliter desiderat scientiam tanquam suum debitum finem si impossibile esset hominem cognoscere veritatem, tunc nullus homo cognosceret veritatem. & tunc cum vnū quodque dicitur ociosum esse, quod non sequitur finem debitum. sed priuatur suo fine debito & hoc in tota natura illius speciei sequitur si impossibile esset cognoscere veritatem aliquam desiderium naturale esset ociosum. & ideo bene arguit commentator sicut visum est. tamen possumus dare aliam rationem que videtur bona & est talis. possibile enim dicitur aliquid ex hoc qd habet potentiam passiuam ad hoc qd fiat aliquid sicut lignum dicitur esse impotentia ad lectulum quia habet potentiam passiuam ad recipiendam formam lectuli, ergo multo magis dicitur aliquid esse possibile & participare rationem possibilitatis quod non tantum habet potentiam passiuam, sed etiam potentiam actiuam ad hoc quod fiat, sicut si lignum haberet in se potentia factiuam lectuli magis diceretur esse impotentia ad formam lectuli quā si tantum haberet potentiam passiuam. et ideo cum in anima nostra non tantum sit potentia passiuam sed etiam actiuam sicut dicit philosophus in. 3. de anima. in anima est intellectus possibilis cuius est omnia fieri et intellectus agēs cuius est omnia facere. ergo si anima non tantum habet potentiam passiuam ad sci-

2. huius. t. 6. 7.

3. Ratio.

Vk que. si.

4. Ratio

Ad prim.

Ad. 2.

Argu. 1o

Argu. 2o T. 6. 5.

T. 6. 1.

Argu. 3o

E In. 2. huius co. 1.

Ociosum habet. 3. conditiones. 2. phi. t. 6. 3.

F T. 6. 74.

G

Quid dicitur pole.

H

T. 6. 19.

A tiam, sed etiam actiuam vt intellectum agentem apparet quod magis dicitur anima esse in potentia ad scientiam, ergo scientia non est non possibilis.

Ad prim. **A**d rationes respondendum est. Ad primam dico quod ratio in tribus deficit. deficit in hoc. scilicet quoniam dato, quod non possemus cognoscere substantiam adhuc, non sequitur quin possemus cognoscere aliquam veritatem. Nam bene possemus cognoscere accidentia dato. scilicet quod non cognosceremus substantiam. bene enim verum est quod si non possemus cognoscere substantiam aliquo modo nec complete nec incomplete non possemus cognoscere accidentia sed in cognoscendo accidentia aliquo modo cognoscimus ipsam substantiam in vniuersali quia non potest intelligere accns ipse intellectus nisi intelligat substantiam. **C** Deficit etiam ratio in alio. scilicet in hoc quod dicit quod per nullum sensum possumus cognoscere substantiam rei. istud. n. est falsum. sensus enim communis vel cogitativa potest substantiam rei cognoscere. vnde indiuidua ipsorum predicamentorum dupliciter possunt considerari aut in se & absolute & ipsa indiuidua sic considerata comprehendere per se non potest alius sensus nec communis. nec cogitativa nisi iuuat ipso intellectu.

B Sed si consideremus ipsa indiuidua non in se sed secundu quod sunt principia aliquarum actionum tunc sensus etiam brutorum possunt hmoi indiuidua cognoscere sicut ouis cognoscit agnum sub ista intentione qua est filius eius & lupum cognoscit in quantum inimicabilem. & ideo sensus qui iuuatur per intellectum siue sit sensus communis siue cogitativa potest hec indiuidua per se comprehendere patet quod substantia bene cognoscit per sensum. deficit etiam ratio in hoc quod dicit quod substantie separate non possunt intelligi quia non habent phantasmata. dico quod hoc non valet quia ad hoc ut aliquid dicatur non posse intelligi non sufficit quod non habeat phantasmata. Sed adhuc oportet quod non habeat aliquid proportionale alicui habenti phantasmata siue phantasma per quod possit intelligi sic substantie separate dicuntur non posse intelligi quia non habent phantasmata, & etiam quia non habent aliquid proportionale eis per quod possint intelligi. Iste enim substantie materiales, que habent phantasmata non habent proportionem cum substantiis separatis. & ideo per phantasma substantiarum materialium non possunt substantie separate intelligi. Vnde si aliquid non habeat phantasma non potes arguere. ergo non potest intelligere illud intellectus, quia etiam dato quod non habeat phantasma si tamen habet aliquid proportionale ei quod habet phantasma bene poterit per ipsum intelligi sicut patet de actu intelligendi. Nam & licet actus intelligendi non habeat phantasma quia tamen obiectum ipsius intellectus quod habet phantasma proportionale est ei propter hoc intellectus per obiectum eius potest intelligere actum intelligendi licet phantasma non habeat. & ideo si concederetur quod substantie materiales non haberet phantasmata, quia tamen proprietates & accidentia ipsarum substantiarum materialium habent phantasmata proportionata sunt ipsi substantiis materialibus & propter hoc substantie materiales poterunt intelligi per ipsa accidentia, & per ipsas proprietates. nam non tantum excellunt substantie materiales suas proprietates & accidentia sua quam excellunt substantie separate substantias materiales. & ideo patet quomodo peccat ratio tribus modis. **Ad aliud dicendum** quod si nos proderemus a priori verum est quod non possemus cognoscere posteriora cum priora sint nobis immanifesta, sed quia nos incipimus a posteriori & posteriora bene cognoscimus saltem incomplete absque hoc quod cognosca-

mus manifestissima in natura propter hoc &c. Vnde si cognoscendo posteriora non possemus aliquo modo cognoscere priora nullo modo possemus cognoscere posteriora. **Ad aliud cum arguitur** sensibilia sunt transmutabilia. dico quod istorum sensibilibum non est scientia secundum quod particularia sunt. nec secundum quod sunt in continuo motu. sed ipsorum vniuersalium est scientia, &c.

Forсан autem & difficultate duobus modis existente non in rebus sed in nobis est eius causa &c. Tex. I.

Questio. VIII.

Q VERITVR Vtrum difficultas in cognitione veritatis sit ex parte nostra vel ex parte rerum. & videtur quod non sit ex parte nostra, sed ex parte rerum, quoniam si ex parte nostra esset difficultas tunc illa que magis essent separata a materia esset magis cognoscibilia. sed hoc est falsum, quoniam deus maxime separatus est & tamen in nullo potest intelligi quoniam deus est infinitus. infinitum autem est quod per se est ignotum sicut dicitur. 1. philosophorum. ergo &c. **Ad idem arguitur** sic. illud quod inest alicui per se inest ei vniuersaliter, & ideo cum materia de se sit impeditiua cognitionis sicut dicit commentator. 2. huius apparet quod res materiales non erunt faciles ad cognoscendum & sic cum res materiales habeant in se principium impeditiuum cognitionis videtur quod res materiales quantum de se est erunt difficiles & sic difficultas sumitur ex parte rerum, & non ex parte nostra tantum. **C** Preterea si difficultas sumitur ex parte nostra tunc transmutabilia essent nobis magis nota & hoc est falsum, quia mathematicalia sunt nobis magis nota quam naturalia, cum sint abstracta a motu & a materia. ergo &c.

In oppositum est philosophus qui dicit quod difficultas non est in rebus sed in nobis. vnde sic se habet intellectus noster ad ea que sunt manifestissima in natura. sicut oculus noctue ad lucem solis ergo &c.

Ad istam questionem est intelligendum quod obmittendum est illud quod est per accidens & accipiendum est illud quod est per se. Nunc autem ita est quod si nos videbimus quomodo sumitur facilitas & difficultas ex parte rerum & ex parte intellectus satis patebit utrum difficultas sumatur ex parte nostra. difficultas enim sumitur ex parte materie que est in rebus quoniam materia est impeditiua cognitionis. et quia materia est impeditiua cognitionis preparate in rebus habentibus materia in difficultas sumitur ex parte materialitatis. Ex alio etiam sumitur difficultas, ex hoc scilicet quod res ipse habentes materiam non intelliguntur sicut sunt. res enim materiales sunt intelligibiles in potentia non in actu sed sunt intelligibiles in actu per actionem intellectus agentis. vnde non intelliguntur res materiales secundum esse actuale quod habent, sed sunt intelligibiles in actu per actionem intellectus agentis. vnde dicit commentator in. 2. huius quod quedam sunt forme que sunt intelligibiles in actu, sicut forme separate & non sunt intelligibiles in actu per actiones intellectus agentis patet ergo quod difficultas sumitur ex parte rerum tum ex ratione materialitatis tum ex hoc quod non intelliguntur sicut sunt, & quod ex parte materie patet quod sumitur difficultas in quantum materia est illud, per quod res potest esse & non esse, et ideo per materiam res minus sunt & per consequens res per materiam minus vere sunt. & si

Intelligi non potest non habere phantasma, nec proportionale habent.

E
Ad. 2.
Argu.
F
T. c. 35.
Argu. 2.
Ex commento. 1.
quia materia facit difficultatem in intelligendo.
Argum. 2.
2. huius. 6.
c. 1.
G
Difficultas cognoscendi ex materia 2.
Difficultas ex potentialitate.
Comen. 2.
H
Absoluta difficultas est ex parte rerum.

A & si minus vere sunt per materiam sunt minus cognoscibiles, ergo &c. ¶ Nunc videndum est quomodo se habeat intellectus noster. Intellectus enim noster, & est intellectus & est noster. Vnde intellectus inquam intellectus habet proportionem cum substantiis separatis, quia immaterialis est, sicut ipse substantie separate. Intellectus autem in quantum noster proportionem habet cum substantiis materialibus, quia intellectus noster vnde noster dependet ex fantasia que est virtus materialis & dependet etiam ex phantasmate. Vnde dicit philosophus 1.3. de anima, quod simul oportet phantasmata speculari, & sic patet quomodo intellectus habet proportionem cum substantiis separatis, & cum substantiis materialibus. Nunc autem ita est, quod si nos volumus arguere magnitudinem operis & difficultatem non debemus arguere difficultatem operis ex magnitudine operis sed ex proportionem virtutis ad opus, quoniam bene posset esse virtus ita fortis quod non esset tale opus difficile & tamen illud opus esset valde magnum. Similiter licet opus esset valde paruum posset esse virtus ita parua quod illud opus esset difficile valde & ideo debemus arguere difficultatem rei summi ex proportionem virtutis ad opus & non ex magnitudine operis, & ideo cum intellectus noster magis proportionetur rebus materialibus quam immaterialibus, magis cognoscet intellectus noster & facilius res materiales quam immateriales, et sic res materiales sunt minus cognoscibiles quam res immateriales, sequitur quod intellectus noster magis cognoscet minus intelligibilia, quam magis intelligibilia, et ideo patet quod difficultas non est in rebus sicut bene dicit philosophus sed in nobis, quoniam si difficultas sumatur ex parte rerum, tunc magis intelligibilia essent nobis facilius cognitionis, quam alia minus intelligibilia, & hoc non est verum, sicut dictum est.

T.c. 90. 39.

Difficultas cognoscendi in nobis est.

Ad prim. In finitum quoddam notissimum

Ad 2.

Phantasma est notissimum. Ad 2.

B Ad rationes. ad primam dicendum est, cum enim dicitur infinitum est ignotum, verum est infinitum secundum magnitudinem, sed illud quod est infinitum secundum virtutem & potentiam tale infinitum non est ignotum secundum se immo manifestum. ¶ Ad aliud cum dicitur, si difficultas sumeretur ex parte nostra sequeretur quod transmutabilia essent nobis magis manifesta siue nota, dico quod verum est, si transmutata essent per se causa quare aliquid sit nobis magis notum, nunc autem non est ita, immo transmutatio ipsa est causa per accidens quare sit nobis aliquid notum, sed habere phantasma est causa per se, quare aliquid sit nobis notum, ergo &c. ¶ Ad aliud cum dicitur materia est impeditiva cognitionis, sine dubio non debemus intelligere quod materia quelibet sit causa impeditiva cognitionis immo est aliqua materia, que est principium cognitionis sicut apparet nam in definitione rei habentis materiam ponitur ipsa materia cum tamen ipsa definitio rei habentis materiam detur, ut causa cognitionis, sed pro tanto dicitur materia impeditiva cognitionis quia res habentes materiam sunt de se minus intelligibiles ratione materie &c.

Sicut enim notior acui oculi ad lucem dicitur ei se habent, sic & anime nostre intellectus ad ea que sunt omnium nature manifestissima. **Tex. I.**

Questio. IX.

C Vm visum sit de veritate nunc videndum est de alio quod dicit philosophus in litera quod

ita se habet intellectus anime nostre ad deum, & ad substantias separatas sicut se habet oculus noctue ad lucem solis, & ideo queritur hoc vtrum intellectus humanus coniunctus corpori possit deum & substantias separatas intelligere, & fuerunt diversi modi dicendi, de hoc enim fuit vnus modus dicendi Alex. & sequentium eum. Alius autem fuit Alpharabij, & alius comenta, propter hoc querendum est primo de modo per quem vnusquisque istorum deuenit in dissolutionem huius questionis, & primo querendum est de modo Alexandri, dicit enim Alexander quod intellectus noster est generalis & corruptibilis et quod est virtus materialis & tamen potest intelligere substantias separatas, nec est mirabile, sicut dicit Alexander quod sit materialis, & quod possit intelligere substantias separatas, quoniam forme elementorum sunt materiales & tamen ex complexione elementorum mirabiles forme possunt resultare & educi. Similiter non est inconueniens quod ex complexione elementorum resultet talis forma sicut intellectus qui possit substantias separatas intelligere, & quia Alex. vidit quod non poterat bene sustinere positionem suam propter hoc aduenit alium modum quem posuit in tractatu suo, de intellectu quem ipse fecit & est sua positio talis, scilicet quod intellectus nec est virtus nec est corpus sed est preparatio quedam in homine que inest homini ex necessitate, & tunc dicit Alex. quod illa preparatio nascitur imperfecta & perficitur magis et magis corroboratur intantum etiam perficitur illa preparatio quod potest intelligere substantias separatas, & ponit exemplum Alexandri in tractatu suo. Sicut homo nascitur habens imperfectam potentiam gradiendi tamen illa potentia magis & magis perficitur in homine & tantum perficitur illa potentia gradiendi in homine quod homo potest perfecte gradi. Sic dicebat dictus Alex. de intellectu.

E t ideo querendum est de intellectu, scilicet dato, quod intellectus esset materialis vtrum possit substantias separatas intelligere, & videtur quod sic, quoniam dicit philosophus in 2. de anima, quod sensus est susceptiuus specierum sine materia. si ergo sensus qui est potentia materialis potest apprehendere speciem in materialem, tunc videtur quod dato quod intellectus esset materialis adhuc bene posset intelligere substantias immateriales. ¶ Preterea magis videtur materiale pati ab immateriali quam materiale agere in materiale, vnde maius est agere materiale in immateriale quam materiale pati ab immateriali, cum ergo materiale possit agere in immateriale, ut probabo videtur quod materiale poterit pati ab immateriali. ¶ Probatio quod materiale possit agere in immateriale, nam phantasma est materiale & tamen agit in intellectu qui est immaterialis, secundum naturalem positionem, igitur ut videtur magis poterit materiale pati ab immateriali, ergo cum intelligere sit quoddam pati videtur quod intellectus possit pati a substantiis separatis, & sic per consequens poterit eas intelligere. ¶ Preterea mathematica abstrahit a materia sensibili, non a materia intelligibili & tamen imaginatio potest mathematica comprehendere, cum ergo sicut videtur dicere commentator in omnibus alijs a prio sit aliquid loco materie & hoc dicitur in lib. de causis, quod omnes substantie iste separate a primo habent suum eliachi, ergo videtur quod dato quod intellectus sit materialis videtur quod possit substantias separatas intelligere. ¶ Sed verum est quod Alex. posuit, quod intellectus materialis possit substantias separatas intelligere tam contra hoc arguit commentator duabus rationibus, & si declaremus eas satis erit. ¶ Prima ratio Auert. est quod fundamentum omnium sapientum est quod intelligibile in actu et

E Opinio magnorum.

Positio Alexandri.

F

videtur quod...

videtur quod...

videtur quod...

Quod est...

G T.c. 127. Argu. 1.

Argu. 2.

Argu. 3.

Propositione. 9. **H**

Auert. contra Alex.

intellectus in actu sint idem siue vnum. Si ergo intellectus materialis intelligit substantias separatas sicut tu pōis tunc substantie separate essent vnum cum intellectu & essent eodem ei, & tunc sequeretur qd materiale esset in materiale, & cum materiale sit corruptibile et in materiale sit incorruptibile sequeretur qd corruptibile fieret incorruptibile. & hoc est falsum. ergo &c. nec potes dicere qd commentator dicit qd intellectus materialis intelligat substantias separatas sine inuouatione virtutis quoniam aut fiet inuouatio in recipiēte aut in recepto aut in vtroque, aut in neutro illorum fiet inuouatio. Si tu dicas qd in neutro illorū fiat inuouatio nec in recipiente nec in recepto tūc nō plus intelliget intellectus nūc quam prius nec potest fieri inuouatio in recepto sicut in substantia separata quoniam substantia separata intransmutabilis est & non potest in ea fieri inuouatio nec potest fieri inuouatio in vtroque quoniam iā fieret inuouatio in substantia separata, & ideo oportet qd in intellectu fiat inuouatio. non potest autem fieri in ipso intellectu alia inuouatio quam qd intellectus materialis fiat in materialis & corporale fiat incorporale. non enī ista inuouatio est aliquid aliud. nisi quia de nouo virtus materialis sit vnum actu cum substantia intellectu li. ¶ Sed in ratione commentatoris est vnum dubiū. s. quod intelligibile in actu & intellectus in actu sunt vnum. quoniam si vna substantia separata intelligit aliam substantiam separatam non oportet quod una sit alia & propter hoc videtur esse dubium de verbo commen. & sine dubio cum dicitur quod intelligibile in actu et intellectus sunt vnum intelligit ita quod ipse intellectus & intelligibile in actu sint vni sicut materia & forma & hoc sufficiat ad intētionē Auerois. ¶ Et ad hoc declarandum accipiendū est dictum commentatoris. dicit enim commentator quod quando aliqua duo sunt in aliquo. 3. illud quod est formalius est forma alterius sicut si lux & color sunt in diafano sicut in. 3. cum lux sit formalior quam color tūc lux erit qua si forma coloris nunc autem ita est quod si intellectus intelligeret substantias separatas, tunc intellectus esset in anima & in ipsa substantia separata, & ideo cum ipsa substantia separata sit formalior quam ipse intellectus, ipsa substantia separata esset idem quod forma ipsius intellectus. tunc ex ipso intellectu & ex ipsa substantia separata fieret vnum sicut ex materia & forma et cum forma debeat habere pportionem materie oporteret quod si intellectus materialis intelligeret substantias separatas quod fieret in materiale, & tunc materiale fieret in materiale & corruptibile fieret incorruptibile, & ideo optima est ratio commenta. Sed non valet illud quod si intellectus intelligeret substantias separatas quod substantia separata esset in ipso intellectu sine dubio si intellectus intelligit substantiam separatam intelligit eā, per speciem suam vel similitū. & ipsa species esset in ipso intellectu et sequeretur idem quod prius, et quia Alexan. vt commentator narrat uacillauit in positione sua & dixit quod intellectus qui intelligit in nobis substantias separatas non est intellectus in materialis quia talis intellectus corrūpitur per corruptionem anime. sed talis est intellectus abstractus quem philosophus vocat adeptū & propter hoc arguit commentator. s. quod si intelligit per istum intellectum adeptum intellectum agentem vel etiam alium intellectum abstractum, tunc erit dubium de continuatione istius intellectus nobiscum, quam continuationem assignare non poterit, & ideo non posuit in nobis nisi virtutem materiale.

est susceptiuus speciei &c. Dico quod non dicitur sensus esse susceptiuus speciei sine materia, quia non recipiat materiā. immo species ipsas recipit sensus in organo & cum conditionibus materialibus. Et pro tanto dicitur sensus esse susceptiuus speciei sine materia, quia non recipit speciem sub illo esse quod habet in materia extra. Et tunc ad rationem secundam est dicendum quod in tribus deficit. deficit enim illa ratio primo in hoc quod dicit materiale agere in imateriali sicut phantasma agere in ipso intellectu in virtute propria, sed in virtute intellectus agentis. & ideo intellectus agēs dicitur magis agere quam ipm phantasma. ¶ Deficit etiam ista ratio in alio quod dicit quod intelligere est pati tm sine dubio licet intelligere sit passio quedam tamen admiscetur ei iste actus qui est tu dicare qui reducitur ad actum. ¶ Deficit etiam ratio in eo quod dicit quod intelligere est passio materialis. Intelligere enim non est passio materialis & si sit passio nō est passio materialis sed inmaterialis, si virtus inmaterialis pateret a materiali talis passio materialis non esset quia quod recipitur in aliquo recipitur per modum rei recipientis. cum igitur intelligatur non sit passio materialis etiam si pateretur in materiale a materiali talis passio non esset intelligere. ¶ Ad aliud quando dicitur quod mathematica non abstrahit a materia intelligibili melius esset quod diceretur quod mathematica non abstrahit a materia imaginabili mathema. et si abstrahat a materia quali. s. a calido & frigido non tamen abstrahit a continuo nec a quanto. & ideo cum continuum sit imaginabile & ipsum quantum & non abstrahit a materia imaginabili quia non abstrahit a quanto & continuo que sunt imaginabilia propter hoc melius esset dicere quod mathema. abstrahunt a materia quali siue sensibili & non abstrahunt a materia imaginabili, et ideo est substantie separate cum non habeant materiam imaginabilem non oportet quod intellectus dato quod esset materialis quod posset substantias separatas intelligere licet virtus materialis que ē imaginatio mathematica possit apprehendere propter rationem que dicta est. Nam sicut sensus apprehendit materialia sic imaginatio apprehendit mathematica. quare cum visum sit quod si intellectus non esset generalis & materialis sicut posuit Alex. qd non possit substantias separatas intelligere. Nunc querendum est de alia via.

Questio. X.

QUERITUR Ergo dato quod intellectus esset preparatio quedā sicut ipse Alex. posuit. Vtrum per talem preparationem possemus intelligere substantias separatas. et videtur quod sic, quoniam videmus quod aliqua virtus corporalis sicut virtus patris que est in semine potest disponere ipsum mestrū, et dispositio materie siue virtus semis, videtur sufficere ad hoc vt ipsum mestrū sit dispositum ad hoc ut ipsum recipiat ab extrinseco animā intellectiuam que excellere videtur totam naturam materie corporalis. Si igitur virtus corporalis. potest esse disposita ad receptionem forme excedentis naturam materie sicut ipsius anime intellectiue videt quod dato quod intellectus esset preparatio materialis quod per talem preparationem possumus intelligere substantias separatas. ¶ Preterea hoc idem videtur sic. infimorum. suprema attingunt infima supremorum, sed inter omnes virtutes materiales imaginatio est superior. ergo attingit infimam intelligentiam, ergo videtur quod dato quod intellectus esset quedam preparatio materialis sicut posuit Alexan. quod per

E

Ad, 2.

F

Ad, 3.

Mathematicus non abstrahit a quanto.

G

Argu. 1.

H

Argu. 2.

A

inip O cogom aut

oblio

B

Dubium contra A. uerro.

Respsio.

Auer. contra Alex. 2. de aia ex commen. 67.

C

Optima via sua.

D

Ad prim. Et tunc ad rationes respondendum est cum dicitur sensus

A q̄ per ip̄m possemus intelligere substantias separatas. Ad oppositum arguitur illa preparatio est quedam priuatio. nam illud dicitur esse preparatum ad aliquid q̄d non habet illud aptum natum tamen est habere. ergo cum per priuationem non possemus attingere substantias separatas videtur q̄ per illam preparationem nō possemus substantias separatas intelligere.

Pō Alex. Ad istam questionem est intelligendum. q̄ sicut visum fuit prius Alex. credidit q̄ cū homo sit generalis q̄ in homine non esset aliqua virtus immaterialis & propter hoc posuit Alex. sicut visum est prius q̄ intellectus esset virtus materialis & generabilis, & dicebat q̄ intellectus in natiuitate hominis erat imperfectus, & perficiebatur secundum q̄ magis & magis perficiebatur homo. et ponebat exemplum de uirtute gres sua in homine, & quia Alex. vidit q̄ non poterat bene sustinere positionem istam propter hoc dixit q̄ intellectus erat preparatio quedam in nobis, & dicebat q̄ ista preparatio imperfecta est, & perficiebatur secundum quod abstrahit res ipsas & secundum quod magis & magis abstrahit. secundū hoc perficitur magis illa preparatio, & tunc dicebat Alex. quando illa preparatio totū abstraxerit tunc potest intelligere substantias separatas. ¶ Contra istum modum ponēdi arguit commentator. d. q̄ dato quod intellectus esset preparatio & dato quod illa preparatio esset perfecta in hoc quod totum abstraxit non tamē sequitur q̄ intelligat tunc substantias separatas. quia licet res ipsas intelligeret quando illa preparatio totum abstraxit non sequitur tamen quod res immateriales intelligeret. sed res materiales que sunt sibi proportionales. Sicut non sequitur si homo habens virtutem gresiuam perfectam quod possit gradi sicut auis, sed modo gradienti sibi competenti, sic non sequitur dicit commenta. q̄ si illa preparatio totum abstraxit & possit intelligere res materiales. ergo immateriales potest intelligere, sed bene sequitur quod possit intelligere res sibi proportionales sicut materiales. ¶ Possumus tamen si volumus adducere nouam rationem ad ostendendum q̄d si intellectus esset preparatio quod non possemus per ipsum substantias separatas intelligere quia cum illa preparatio sit priuatio quedam si per istā preparationem intelligemus substantias separatas oporteret q̄d illa preparatio vniuerū virtuti materiali aut uirtuti immateriali. sed neutroistorum modorum est possibile. nōn. n. possumus per istam preparationem intelligere substantias separatas secundum q̄ vnitur virtuti materiali. cuius probatio est qm̄ virtus materialis tria habet, habet. n. q̄ cognoscat per receptionem habet etiā quod cognoscat vt hic, & nūc. Tertio quod nulla uirtus materialis est supra se conuersiua. nunc autem ita est quod uirtus materialis non potest cognoscere substantias separatas secundum quod cognoscit per receptionem, qm̄ si cognosceret substantias separatas ipsa uirtus materialis hoc esset per receptionem specierum substantiarum separatarum, sed sic nō, quia quequid recipitur in aliquo recipitur in eo per modum rei recipientis & non per modum rei recepte. Ille spēs substantiarum separatarum si reciperentur in uirtute materiali & essent & haberent esse materialiter sed per tales species materiales nō pōt uirtus materialis cognoscere substantias separatas et immateriales. ¶ Ipsa etiā uirtus materialis in quantum cognoscit hic & nunc non pōt cognoscere substantias separatas cum substantie separate non sic se habeant uirtus uero materialis sic cognoscit & non potest aliter cognoscere. patet ergo quod uirtus materialis non pōt cognoscere substantias separatas. ¶ Quod ēt uirtus materialis nō possit cognoscere substantias separatas, hoc apparet qm̄ tūc

B Auer. contra Alex. 3. de anima. c. 5. ad q̄d dicitur q̄ intellectus est virtus materialis & generabilis, & dicebat q̄ intellectus in natiuitate hominis erat imperfectus, & perficiebatur secundum q̄ magis & magis perficiebatur homo. et ponebat exemplum de uirtute gres sua in homine, & quia Alex. vidit q̄ non poterat bene sustinere positionem istam propter hoc dixit q̄ intellectus erat preparatio quedam in nobis, & dicebat q̄ ista preparatio imperfecta est, & perficiebatur secundum quod abstrahit res ipsas & secundum quod magis & magis abstrahit. secundū hoc perficitur magis illa preparatio, & tunc dicebat Alex. quando illa preparatio totū abstraxerit tunc potest intelligere substantias separatas. ¶ Contra istum modum ponēdi arguit commentator. d. q̄ dato quod intellectus esset preparatio & dato quod illa preparatio esset perfecta in hoc quod totum abstraxit non tamē sequitur q̄ intelligat tunc substantias separatas. quia licet res ipsas intelligeret quando illa preparatio totum abstraxit non sequitur tamen quod res immateriales intelligeret. sed res materiales que sunt sibi proportionales. Sicut non sequitur si homo habens virtutem gresiuam perfectam quod possit gradi sicut auis, sed modo gradienti sibi competenti, sic non sequitur dicit commenta. q̄ si illa preparatio totum abstraxit & possit intelligere res materiales. ergo immateriales potest intelligere, sed bene sequitur quod possit intelligere res sibi proportionales sicut materiales. ¶ Possumus tamen si volumus adducere nouam rationem ad ostendendum q̄d si intellectus esset preparatio quod non possemus per ipsum substantias separatas intelligere quia cum illa preparatio sit priuatio quedam si per istā preparationem intelligemus substantias separatas oporteret q̄d illa preparatio vniuerū virtuti materiali aut uirtuti immateriali. sed neutroistorum modorum est possibile. nōn. n. possumus per istam preparationem intelligere substantias separatas secundum q̄ vnitur virtuti materiali. cuius probatio est qm̄ virtus materialis tria habet, habet. n. q̄ cognoscat per receptionem habet etiā quod cognoscat vt hic, & nūc. Tertio quod nulla uirtus materialis est supra se conuersiua. nunc autem ita est quod uirtus materialis non potest cognoscere substantias separatas secundum quod cognoscit per receptionem, qm̄ si cognosceret substantias separatas ipsa uirtus materialis hoc esset per receptionem specierum substantiarum separatarum, sed sic nō, quia quequid recipitur in aliquo recipitur in eo per modum rei recipientis & non per modum rei recepte. Ille spēs substantiarum separatarum si reciperentur in uirtute materiali & essent & haberent esse materialiter sed per tales species materiales nō pōt uirtus materialis cognoscere substantias separatas et immateriales. ¶ Ipsa etiā uirtus materialis in quantum cognoscit hic & nunc non pōt cognoscere substantias separatas cum substantie separate non sic se habeant uirtus uero materialis sic cognoscit & non potest aliter cognoscere. patet ergo quod uirtus materialis non pōt cognoscere substantias separatas. ¶ Quod ēt uirtus materialis nō possit cognoscere substantias separatas, hoc apparet qm̄ tūc

C Materialis uirtus tria habet, habet. n. q̄ cognoscat per receptionem habet etiā quod cognoscat vt hic, & nūc. Tertio quod nulla uirtus materialis est supra se conuersiua. nunc autem ita est quod uirtus materialis non potest cognoscere substantias separatas secundum quod cognoscit per receptionem, qm̄ si cognosceret substantias separatas ipsa uirtus materialis hoc esset per receptionem specierum substantiarum separatarum, sed sic nō, quia quequid recipitur in aliquo recipitur in eo per modum rei recipientis & non per modum rei recepte. Ille spēs substantiarum separatarum si reciperentur in uirtute materiali & essent & haberent esse materialiter sed per tales species materiales nō pōt uirtus materialis cognoscere substantias separatas et immateriales. ¶ Ipsa etiā uirtus materialis in quantum cognoscit hic & nunc non pōt cognoscere substantias separatas cum substantie separate non sic se habeant uirtus uero materialis sic cognoscit & non potest aliter cognoscere. patet ergo quod uirtus materialis non pōt cognoscere substantias separatas. ¶ Quod ēt uirtus materialis nō possit cognoscere substantias separatas, hoc apparet qm̄ tūc

D Ad istā q̄nē est intelligendū q̄ Emp. accipiebat tres ppōnes et ex istis tribus ppōnibus cōcludebat tres cōclus. et ex illis tribus cōclus. cōcludebat intentū suū accipiebat. n. Emp. vnā ppōnē que talis est. f. q̄ oē factū hēt quidditatē intellectus huius ppōnis est, qm̄ oēs res materiales hnt quidditatē. Nā factū appellat Emp. rē materialē. res. n. mālis pppter suā cōpōnē nō ē sua quidditas sed hns quidditatē, et pppter hoc dicit Emp. q̄ oē factū hēt quidditatē. ¶ Secūda ppō quā accipiebat ē ista q̄ intellect. speculatiuus hēt quidditatē, et intellectus huius ppōnis ē. f. q̄ ea que intellectu speculatiuo intelli-

ipsa esset supra se cōuersiua. q̄d est contra philosophū, qui dicit quod nulla uirtus materialis supra se conuer sua est, quod autem hoc sequeretur uiderur. Nam si uirtus materialis cognosceret substantias separatas oporteret quod esset aliqua vnio illius uirtutis materialis ad ipsas substantias separatas hec autem vnio tripliciter pōt intelligi. Vno mō pōt intelligi vnio, quod sit per species impressas, alio modo quod sit per spēs abstractas. & tertio mō per unionē substantie. primus modus improbat per ea que dicta sunt. Nā ut habitū est ille spēs materialiter recipere & ideo non duce rent in cognitionē substantie immaterialis. secūds modus est impossibilis quia ab abstracto non fit abstractio. tertius modus uidet superficie tenus probabilitatem continere quod sumeretur per suā substantiā, illa substantia separata illi uirtuti materiali non est cōtra, & tunc si illa uirtus materialis cā cognosceret esset supra se conuersiua. tñ secundū istū modū dicendū ī substantia uirtutis materialis esset substantia intelligibilis & hoc est quod proponebatur declarandum.

Ad rōnes dicendum est. ad primā de anima intellectua dico quod nō est simile quod inducebat pro simili. nō n. est contra rationem rei materialis quod perficiatur per substantiā separata quō ad esse ita quod in essendo terminetur inclinatio rei materialis ad substantiā spiritualement sed est cōtra rōnem rei materialis quod in cognoscendo terminetur inclinatio eius ad substantiā spiritualement. & rō est quia substantia spiritualis in essendo habet esse distinctū ab alijs, & ita magis limitatur, sed in cognoscendo habet esse quodammodo indistinctū quia ex hoc quod cognoscit alia assimilatur alijs. & ideo secundum istā uiam in cognoscendo immaterialia uidet esse minus limitata quam quantum ad esse. & ideo cum res corporales maxime habeant esse limitatum est contra rōnem eius. s. rei corporalis. & per consequens cuiuslibet uirtutis organice quod alicui uniat quō ad cognitionē spiritualement, vt cognoscat ea non est tamen cōtra rationem eius vt vnatur quō ad esse spiritualement vt fiat vnum. s. vnū secundum substantiā. ex re spūali & corporali. ¶ Ad secūdu dicendū q̄d illud cōtrāgere nō est secundum cognitionē, sed est scdm̄ maiore approximationē in ordine vniuersi, & ita erat ibi fallacia equiuocationis &c. ¶ Questio. XI.

VERITVR. Vtrū pō Emp. hēt ueritatē, posuit. n. Emp. q̄ intellectus n̄ p̄ intellectū istarū quidditatū pōt intelligere substantias separatas. et uidet q̄d sic, qm̄ magis cōuenit substantia corporalis, cū substantia separata q̄ accūs cū substantia sed per ipsum accūs possumus intelligere & cognoscere substantiā & quod quid est sicut dicit philosophus in lib. 2. de aīa quod accūta magna parte conferit ad cognoscendū q̄d quid est. ergo vt uidet magis possumus cognoscere & intelligere substantias separatas per ipsas substantias materiales cū magis cōueniāt inter se q̄ accūs cū substantia. ¶ Preterea celū se hēt ut mā motor at vt forma. sed celū cognoscimus ī uirtutib. materialib. et mā nō cognoscit nisi per analogiā ad formā ergo, &c.

In oopo. est philosophus et Auer. 3. de anima. c. 5. &c. 36. Ad istā q̄nē est intelligendū q̄ Emp. accipiebat tres ppōnes et ex istis tribus ppōnibus cōcludebat tres cōclus. et ex illis tribus cōclus. cōcludebat intentū suū accipiebat. n. Emp. vnā ppōnē que talis est. f. q̄ oē factū hēt quidditatē intellectus huius ppōnis est, qm̄ oēs res materiales hnt quidditatē. Nā factū appellat Emp. rē materialē. res. n. mālis pppter suā cōpōnē nō ē sua quidditas sed hns quidditatē, et pppter hoc dicit Emp. q̄ oē factū hēt quidditatē. ¶ Secūda ppō quā accipiebat ē ista q̄ intellect. speculatiuus hēt quidditatē, et intellectus huius ppōnis ē. f. q̄ ea que intellectu speculatiuo intelli-

H

A 3 prim. F

Ad 2.

G Argum. 1.

T. c. 11.

Argum. 2.

Pō Emp.

H

D

A guntur habent quidditatem. ¶ Tertia propositio quã accipiebat est ista. scilicet quod intellectus potest ab omni habente quidditatem abstrahere quidditatem, vt si homo diffiniatur per animal. & animal sit habens quidditatem adhuc potest intellectus abstrahere quidditatem animalis, & semper quouisque deueniat ad quidditatem nõ habentem quidditatem. ¶ Et his tribus arguebat sic. aut intellectus deueniet ad quidditatem nõ habentem quidditatem aut non abstrahit ab omni habente quidditatem ipsam quidditatem, q̄ est contra suppositionem. scilicet q̄ ab omni habente quidditatem intellectus potest abstrahere quidditatem. aut erit procedere in infinitum. In infinitum autem procedere non est possibile, cum enim intellectus natus sit abstrahere quidditatem ab omni quidditate si esset procedere in infinitum nunquam terminaretur appetitus naturalis nec est dicere q̄ resolutio intellectus stet ad nihil, vel ad aliquid quod non sit quidditas nec habeat quidditatem. & sic concludebat intentum suum, dicebat. n. q̄ intellectus intelligendo deueniret ad aliquam quidditatem non habentem quidditatem, & tunc cũ quidditas substantie separate non sit habens quidditatem, tunc intellectus noster poterit intelligere substantias separate. ¶ Contra istud arguit commẽta. q̄ Emp. aut intelligebat per hoc quod dicitur intellectus intelligere quidditatem non habentem quidditatem q̄ possit per hoc intelligere quidditatem substantie separate non habentem quidditatem, & tunc sine dubio dicit commentator quod si quidditas non habens quidditatem diceretur vnioce de hac quidditate non habente quidditatem & de quidditate substantie separate non habente quidditatem, & tunc dicit commentator qd bene procederet ratio Emp. sed quia nõ est ita iõ & c. ¶ Si autem intelligat Empe. quod sicut intellectus noster natus est intelligere quidditatem, non habentem quidditatem, quod ita natus esset intelligere quidditatem substantie separate non habentem quidditatem, dicit commenta. q̄ si ita intelligeret tunc non posset redere eam quare quandoq̄ intelligeret, et q̄nque non.

B tunc ad rationem dicendum est, quod talis modus arguendi non valet. quando enim dicitur hoc magis conuenit cum reali quam intentionale cũ reali, quod propter hoc intelligatur quodcunque reale p̄ quodlibet reale sicut homo per lapidem nisi illud reale natum sit intelligi per illud reale, & similiter est ex parte ista directe. ¶ Ad secundũ dicitur quod licet motor celi se habeat vt forma respũ celi non tamen est vt forma informans. ideo non sequitur quod per celũ possit intelligi substantia separata quidditatiue.

Questio. XII.

Q UERITVR Adhuc de positione Alpharabij. posuit enim Alpharabius qd intellectus noster per hoc quod seipsum intelligit potens est intelligere substantias separate, & uidetur quod sic. tu enim non potes dicere quod intellectus noster non possit intelligere substantias separate intelligendo seipsum nisi quia differt in specie a substantijs separatis, sed propter hoc non potes sic dicere, quia si sic diceres tũc cũ vna substantia separata differat in specie ab alia sequitur quod vna substantia separata non possit alia substantiam separatam intelligere. ergo per hoc quod intellectus noster differat in specie a substantijs separatis non potes dicere quod intelligendo seipsum non possit ipsas substantias separate intelligere. nec potes hoc dicere propter hoc quod differat in genere ab illis quoniam omnes substantie intellectuales sunt eiusdem generis. ergo vt uidetur intellectus noster intelligendo se

ipsum poterit substantias separate intelligere. ¶ Preterea tu non dicis quod intellectus noster non possit intelligere substantias separate nisi quia phantasmata non habent sic intellectus noster phantasmata non habet & nõ potest seipsum intelligere. ergo uidetur q̄ intelligendo seipsum possit dictas substantias intelligere. ¶ Ad oppositũ arguit sic. Actus nõ cognoscitur p̄ potentiam sed econtrario. unde materia cognoscitur p̄ analogiam ad formã, forma autem non cognoscitur p̄ materiam, cum ergo intellectus noster i genere intellectuũ sit quasi materia substantie separate quasi forme, videtur qd intellectus noster intelligendo seipsum nõ possit intelligere substantias separate, sed potius econuerso. scilicet intelligendo eas possit intelligere seipsum.

A d istam qõnem est intelligendum quod Alpharabius posuit quod intelligendo seipsum intellectus noster poterit substantias separate intelligere & hoc posuit sic. distinguit. n. sex modis intellectum. Vno. n. mō intellectus accipitur pro quadã discretione siue prudentia sicut dicimus qd iste hō est intelligēs qñ est discretus et prudens. Alio modo accipitur intellectus pro quadam probabilitate sicut qñ dicimus qd hoc accipit intellectus & hoc refutat intellectus quia est p̄babile uel in probabile, & sic istis duob. modis accipit intellectus vulgariter. reliquis quatuor modis accipitur intellectus a philosopho sicut accipitur in lib. posteriorũ. alio mō i lib. moral. alio mō in metha. alio mō i lib. de aĩa. A philosopho. n. accipit in lib. poster. pro habitu principiorũ per quẽ intellectus r̄cludit ea q̄ sequuntur principia rei intelligibilis, & de tali intellectu qui est habitus principiorũ speculatiuorũ loquitur philosophus in lib. poster. ¶ Alio mō accipitur intellectus in moralib. & intellectus acceptus in moralib. vt ipse Alpharab. dicit nihil aliud est q̄ habitus principiorũ moralium. vñ sicut oportet habere habitũ principiorũ speculatiuorũ ad hoc vt speculetur ea que sunt prima principia speculatiua, sic oportet habere habitũ agibilem ad hoc ut bene agat.

¶ Alio mō accipitur in metha. & dicitur substantia separate. ¶ Alio mō accipitur intellectus a philosopho in lib. de anima & intellectus acceptus in lib. de aĩa accipitur quatuor modis, vno mō dicitur intellectus in potentia siue possibilis. alio mō intellectus in actu, alio mō intellectus agens, alio mō intellectus adeptus. Intellectus. n. possibilis siue in potentia est ille per quem aĩa hmōi sp̄s intelligibiles recipit, unde dicit philosophus quod intellectus possibilis est cuius est omnia fieri & iste species existẽtes in ipso intellectu informant ipsum intellectum propter hoc sortitur nomen intellectus & dicitur illa species intellectus in actu. cuius r̄ õẽ, qm̄ ipsa species cõparatur ad intellectũ sicut forma, et quia forma et actus idẽ propter hoc dicitur illa species intellectus in actu. ¶ Intellectus autem agens dicitur ille in intellectu qui abstrahit quidditates a rebus & se habet ad phantasmata sicut lux ad colores. ¶ Quarto modo accipitur intellectus pro intellectu adepto. materia. n. non potest esse adepta; quoniam quãdo accipit aliquã formam statim spoliatur aliqua forma, quoniam due forme substantiales non possunt simul esse in eadem materia, et ideo materia nõ potest esse adepta, intellectus tamen bene fit adeptus, quoniam cum intellectus accipit aliquã speciem non propter hoc oportet spoliari alia specie, licet primo recipiat vnam deinde aliam & postea aliam. & sic qñ intellectus omnes species & similitudines omnium rerum accepit, tunc dicitur intellectus noster adeptus vnde eodẽ mō quo comparantur corpora celestia ad istas res materiales, illo mō comparant substantie separate ad intellectum nostrũ, corpora celestia non p̄nt recipere vltiorem formam, sic est de substantijs separatis, qm̄ substantie separate nõ recipiunt

B Argu. 2.

Põ Alpha rabij. Intellect. 6. modis sumitur.

F

1. post. t. c. 46.

6. ethi. ca. 14.

G In. 12. me tha. t. c. 54.

In. 3. de aĩa. t. c. 11

In. 3. de aĩa. t. c. 10

In. 3. de aĩa. t. c. 11
In. 3. de aĩa. t. c. 39.

H

Auer. contra Emp.

Ad prim.

Ad. 2.

Argu. 1.

D

A piunt aliquam similitudinem quam non habeant im-
mo substantie separate habent in se omnes species si-
ue similitudines omnium rerum cognoscibilem ab ip-
sis. vnde dicitur in lib. de causis, qd intelligentia est ple-
na formis, & sic intellectus substantiarum separata-
rum & est adeptus & habet in se omnes species, siue
similitudines omnium rerum. Intellectus autem nos-
ter non habet in se species omnium rerum, sed eas ac-
quirit vnde intellectus noster primo recipit vnam &
postea aliam, nec propter hoc spoliatur illa specie et sic
quousque receperit species omnium rerum, & tunc di-
citur intellectus noster esse adeptus quando plenus est
formis sicut intellectus substantiarum separatarum, et
tunc noster intellectus quando est sic adeptus intelligē-
do seipsum potest intelligere substantias separatas, &
ratio est quia tunc illis assimilatur cum sit plenus illis
& in intelligendo se plenum & adeptum potest intelli-
gere substantias separatas & hec fuit opinio Alpha-
rabij. s. quod intellectus intelligendo seipsum potest in-
telligere substantias separatas. **C** Sed quis iste subtili-
ter processerit tamen iste modus non est possibilis &
possemus per hoc istum modum improbare. s. qd intelle-
ctus nūquam deueniet ad hoc qd fiat adeptus. Sed da-
to quod intellectus posset fieri adeptus adhuc non po-
terimus substantias separatas intelligere. cuius decla-
ratio est, quoniam sic arguebat commentator contra
Emp. quoniam dato quod intellectus noster intelligen-
ret quidditatem non habentem quidditatem. quia ta-
men quidditas non habens quidditatem dicitur non
vniuoce de quidditate non habente quidditatem. pu-
ta de quidditate non habente quidditatem substantia-
rum materialium & substantiarum separatarum pro-
pter hoc non sequitur quod si intellectus noster intelli-
git quidditatem non habentem quidditatem substan-
tiarum materialium, qd propter hoc intelligat quiddi-
tatem non habentem quidditatem substantie immate-
rialis. Similiter licet intellectus noster posset fieri ade-
ptus & plenus formis quia tamen ista plenitudo nos-
tri intellectus deficientis est a plenitudine intellectus sub-
stantiarum separatarum propter hoc non oportet qd
dato quod intellectus posset fieri adeptus sicut intelle-
ctus substantiarum separatarum quod intelligendo se-
ipsum possit intelligere substantias separatas, vnde ar-
gueret bene si illa plenitudo non haberet difformitatem
ad plenitudinem substantiarum separatarum & illa dif-
formitas in tribus attenditur quoniam plenitudo in sub-
stantijs separatis innata est naturaliter, plenitudo autē
in nostro intellectu est acquisita difformitas est etiam
in hoc quoniam ille species que sunt in substantijs sepa-
ratis sunt alterius rationis a speciebus que sunt in intel-
lectu nostro. 3. etiam difformitas est quantum ad actum
debemus enim imaginari substantias separatas intelli-
gere sicut oculus directe fertur in colorem, sed intelle-
ctus noster non directe fertur in quidditatem sed depē-
det ex virtutibus materialibus, propter hoc &c. et sic
pater quod etiam si intellectus noster posset fieri ade-
ptus & plenus formis non tamen sequeretur quod in-
telligendo seipsum substantias separatas possit intelli-
gere sicut declaratum est.

Proposi-
dione. 11.

Extra Al-
pharab.

B

Non hñs
quidditatē
equiuoce
dicitur.

C

Species se-
paratarum
substantia-
rum et no-
stri intelle-
ctus in tri-
bus diffe-
runt.

Ad prim.

D

Ad 2.

Ad rationem cum dicitur &c. possum respondere quod
intellectus noster non intelligit se vniuniformiter cū sub-
stantijs separatis, immo intellectus noster directe non
intelligit seipsum. substantie autem separate directe se
intelligunt. vñ intellectus noster prio intelligit quiddita-
tem rei & postea itelligit se intelligere & in hoc qd in-
telligit se itelligere itelligit seipm sic nō est de illis &c.
Ad secundum dicitur quod licet intellectus noster nō ha-
beat phātasma proprium intelligit seipsum per phātas-
mata materialium entium quibus primo illa intelligit

& postea intelligit se intelligere.

Questio. XIII.

Q VERITVR De positione Themistij. Po-
suit enim Themistius qd si intellectus noster in-
telligit res materiales qd dignius est ipsum in-
telligere res immateriales, & ideo queritur vtrum ha-
beat veritatē. s. qd dignius sit ipsum intellectum intelli-
gere res immateriales quā si intelligat res materiales.
& videtur qd sic, qm intellectus noster assimilatur sub-
stantijs separatis, magis quā rebus materialibus, ergo
si res immateriales intelligat dignius erit quā si res ma-
teriales intelligat. Preterea intellectus noster est vir-
tus supra se conuersiua, sed virtus supra se conuersiua
quanto aliquid est vnitum ei tanto magis illud intelli-
git. cum ergo substantia separata cognoscit ab intelle-
ctu est vnum cū ipso. cū ergo sint substantie separate
digniores rebus materialibus videtur qd dignius sit ip-
sum intelligere substantias separatas quā alias mate-
riales sicut intelligendo noster intellectus p̄dictas sub-
stantias vnit ip̄sis. **C** Ad oppositū arguit sic. dicit. n. phi-
losophus in 2. huius qd sicut se hēt oculus noctue ad lu-
cē solis, sic se hēt intellectus noster ad ea que sunt ma-
nifestissima in natura vtpote ad deū et ad substantias
separatas, sed non valet oculus noctue p̄t cognoscere
priuationē luminis solis, ergo p̄t cognoscere lumē so-
lis, sic nō sequit intellectus noster p̄t cognoscere sub-
stantias material. ergo p̄t cognoscere substantias imāles.
A d istā qōnē intelligendum est qd Them. posuit qd si in-
tellectus noster intelligeret res materiales qd dignius
esset vt res immateriales intelligeret. Sine dubio sicut
dicit commēta. si intellectus noster esset penitus inma-
terialis, ita qd nullo modo immateriales nec dependeret
ex virtute materiali bene argueret The. s. qd si intelle-
ctus noster intelligat res materiales quod dignius eēt
vt ipse intelligeret res immateriales, sed quia noster in-
tellectus nō est penitus immaterialis, sed est aliquo mo-
do materialis, quia dependet ex virtutibus materialibus
sicut ex fantasia et ex alijs virtutibus propter hoc
nō valet qd si intelligat res materiales quod sit dignius
intelligere res immateriales, & sicut non valet si ocu-
lus noster potest videre & cognoscere colorē, ergo di-
gnius est vt lumen solis videat cum lumē solis sit ma-
gis visibile de se. Sic nō valet si intellectus noster p̄t
cognoscere res materiales qd dignius sit ipsum intelli-
gere res immateriales quia intellectus noster est quedā
virtus materialis.

Et tunc ad rationem cum dicitur intellectus noster assi-
milatur substantijs separatis, dico quod verum est qd
intellectus vt intellectus, sed intellectus vt noster non
assimilatur substantijs separatis, sed potius substantijs
materialibus in quantum intelligit semper cum phan-
tasmate. Ad aliud patet solutio, supponebat enim fal-
sum quod si intelligeremus substantias separatas quod
ipse substantie essent in intellectu nostro per suam sub-
stantiam, sed si veritatem habet, habet veritatem de
solo primo intellectu. s. diuino.

Questio. XIII.

Q VERITVR Vtrum positio Auerro. ha-
beat veritatem, sed vt possumus arguere ad po-
sitionem eius est intelligendum quod Auerro.
posuit quod intellectus noster poterat intelligere sub-
stantias separatas, per hoc quod vniebatur intelle-
ctui agenti. Ideo queritur vtrum ex tali vnione ad in-
tellectum agentem intellectus noster possit intelli-
gere substantias separatas, & videtur quod sic, dicit enim
philosophus in 3. de anima quod intellectus possibilis
est cuius est oīa fieri, intellectus agens cuius est oīa fa-
cere. cū ergo sic se hēt intellectus noster possibilis ad

D ij

A intellectum agentē sicut materia prima ad motorē pri-
mū et sicut materia priā nō dicereē recipē oēs formas
nisi haberet in se omnes formas que sunt in. 1. motore,
sic intellectus noster possibilis nō diceretur omnia re-
cipere nisi omnes substantias intelligeret. Vnde si defi-
ceret ab aliquibus formis non diceretur omnia fieri. er-
go cum dicatur omnia fieri intellectus possibilis vide-
tur quod per hoc quod vnitur intellectui agenti, cuius
est omnia facere, q̄ noster in tellectus possit substā-
tias separatas intelligere sicut posuit commentator. ¶ Pre-
terea tu non dicis qđ intellectus noster non possit sub-
stantias separatas intelligere nisi quia non vnitur per-
fecte lumini, sed intellectus noster possibilis per hoc q̄
vnitur perfecte intellectui agenti vnitur perfecte lumi-
ni, ergo uidetur quod intellectus noster per vnionem,
quam habet ad intellectum agentē possit substantias
separatas intelligere. ¶ Preterea dicit Arist. in. 3. de aīa,
q̄ intellectus noster possibilis aliquādo est in actu, ali-
quando non. intellectus autē agens semper est in actu,
cum ergo substantie separate semper sint in actu sicut
intellectus agens videtur q̄ per vnionē ad ipsum no-
ster intellectus possit substantias separatas intelligere,
quia ipse intellectus agens maxime videtur assimila-
ri substantijs separatis. ¶ Ad oppositum arguitur sic
intellectus noster possibilis non vnitur intellectui agē-
ti nisi per cognitionem rerum materialium, ergo per
talem vnionem non poterit intellectus noster intelli-
gere substantias separatas.

Argu. 2.

Argu. 3.
T. c. 20.

B

P5 Auer.

Intellect. 6.
modis ca-
piuntur.

T. c. 20.

T. c. 18.

T. c. 20.

C

D

Intelle-
ctus ade-
ptus quis
sit.
T. c. 18.

A distam questionem est intelligendum, q̄ Auer. posuit
q̄ noster intellectus per hoc q̄ vniebatur intellectui a-
genti poterat intelligere substantias separatas. & vt
melius videamus intentionem Auer. est sciendum qđ
ipse distinguebat. 6. modos de intellectu, dicebat enim
quod quiddam est intellectus qui dicitur passiuus, qui
dam est intellectus qui dicitur materialis siue possibi-
lis. 3. modo dicitur intellectus in actu. 4. modo dicitur
intellectus speculatiuus. & alio modo intellectus ade-
ptus. & alio modo intellectus agens. dicitur enim intel-
lectus passiuus ipsa imaginatio. vnde dicitur in. 3. de
anima quod intellectus passiuus est corpus. & com-
mentator dicit q̄ philosophus intelligit de imaginatio-
ne que dicitur intellectus passiuus. ¶ Intellectus autē
possibilis dicitur ille intellectus qui omnes formas reci-
pit vniuersaliter. ¶ Intellectus vero in actu dicitur illa
species que est apud intellectum. Nam illa species in-
telligibilis existens apud intellectum non secundum se
quod habet extra est intelligibilis in actu. sed secun-
dum esse quod habet apud intellectū, & quia illa spe-
cies intelligibilis est in actu. propter hoc dicitur illa spe-
cies intellectus. Illa etiam species intelligibilis existens
apud intellectum informat ipsum intellectum & pro-
pter hoc dicitur illa species intellectus in actu, tū quia
est illa species intelligibilis in actu, tum quia informat
ipsum intellectum. Intellectus autem speculatiuus dicitur
ille qui est compositus ex intellectu materiali et in-
tellectu in actu, sed diuersitas est de intellectu adepto,
inter Alpharabium & ipsum commenta. qm̄ sicut vi-
sum fuit Alpharabius posuit intellectum esse adeptum
quando recipit omnes species & omnes similitudines
omnium rerum. Sed commenta. alia via posuit intel-
lectum esse adeptum. & ideo vt nos videamus qualiter
ipsi ponunt intellectum esse adeptum. Intelligendum ē
quod intellectus agens se habet sicut lumen. vnde &
in. 3. de anima dicit philosophus intellectum agentē esse
se lumen quoddam. intellectus vero possibilis est sicut
diaphanum. species autem intelligibilis, siue intellectus
in actu se habet sicut color vel species coloris, vnde si
cut aer siue diaphanum non recipit species coloris nisi il-
luminetur a lumine. Nam lumen est actus illuminan-

tis secundum quod illuminans sic & intellectus possi-
bilis nō recipit speciem intelligibilem nisi illuminetur
lumine intellectus agētis. vnde sicut recipit diaphanum
simul speciem coloris & lumen & quanto magis spe-
ciem coloris recipit tanto magis lumen participat &
magis illuminatur sicut videtur, intellectus simul reci-
pit speciem intelligibilem & lumen intellectus agen-
tis & quanto magis recipit intellectus possibilis spe-
cies intelligibiles tanto magis lumen intellectus agen-
tis participat. vnde sicut Alpharabius ponebat intel-
lectum fieri adeptum ex plenitudine formarum omnium
sic posuit commentator intellectum fieri adeptum, ex
hoc, quod totum lumen intellectus agentis recipit
in recipiendo omnes formas, & similitudines om-
nium rerum, & sic posuit Auer. intellectum fieri ade-
ptum. ¶ Intellectus autem agēs dicitur ille intellectus
qui facit intellectum possibilem esse in actu omnia ad
que est in potentia. vnde sicut ars dicitur esse id quod
potest facere lignum esse in actu sub omnibus illis for-
mis ad quas erat in potentia. sic intellectus agens est
ille qui facit intellectum possibilem esse in actu omnia
illa ad que erat in potentia, unde dicitur in. 3. de anima
quod intellectus agens est cuius est omnia facere. ¶ Et
debemus intelligere quod ordo ē in ipsis intellectibus
quoniam intellectus passiuus dicitur materialior om-
nibus alijs intellectibus & postea intellectus possibilis
& postea intellectus speculatiuus & postea intellectus
in actu, & postea intellectus adeptus, & postea intel-
lectus agens qui est formalior omnibus alijs. ¶ Declara-
tio huius est. Intellectus enim passiuus dicitur omni-
bus alijs materialior quoniam intellectus passiuus ad
literam dicitur materialis quia habet organum corpo-
rale & est in parte corporis determinata, vt est deter-
minata ipsa imaginatio licet forte vt confusa non ha-
beret determinatam partem et talis intellectus dicitur
imaginatio. ¶ Intellectus autem possibilis dicitur ma-
terialis post ipsum non quia intellectus possibilis dica-
tur organum corporale habere, sed dicitur materialis
methapho. qm̄ talis intellectus materialis recipit om-
nes formas abstractas sicut materia recipit omnes for-
mas particulares. & quia recipere reducit ad naturā
materie propter hoc intellectus possibilis cuius est om-
nia fieri siue recipere dicitur materialis. ¶ Intellectus au-
tem speculatiuus post istos dicitur materialis magis
quam intellectus in actu & minus quā intellectus pos-
sibilis. cuius ratio est quoniam intellectus speculatiuus
est compositus ex intellectu in actu et intellectu possi-
bili et quia compositum est minus materiale, quam
sua pars materialis quia habet in se compositum suā
formam, & in intellectu speculatiuo intellectus possi-
bilis est sicut materia. ideo intellectus speculatiuus est
minus materialis, quam intellectus possibilis, est etiā
magis materialis, quam intellectus in actu, quoniam
intellectus in actu est sicut forma in intellectu specula-
tiuo, & quia compositum est magis materiale, quam
sua pars formalis. ideo intellectus speculatiuus est ma-
gis materialis quam intellectus in actu.
¶ Post istum materialis est magis intellectus in actu,
quam intellectus adeptus, quoniam intellectus in a-
ctu est ipsa species intelligibilis. Intellectus adeptus,
qui totum lumen intellectus agentis recipit. cum er-
go lumen sit formalis ipsa specie intelligibili, que di-
citur intellectus in actu apparet quod intellectus in a-
ctu est magis materialis quā intellectus adeptus. post
istum autem intellectus adeptus minus materialis,
quam aliquis alius intellectus, quod autem intellectus
adeptus sit minus materialis, quam intellectus in actu
hoc patuit & etiam apparet ex hoc. dicit enim com-
menta. qđ quando aliqua duo sunt in aliquo toto illud
quod

E

Alphara.

Auer.

F

T. c. 18.

Ordo in-
tellectuug

Materia-
lis intellectus
multiplex

Possibilis
materialis
est.

G

Speculati-
uus mate-
rialis est.

Composi-
tum mi-
nus mate-
riale quā
ps mate-
rialis.

H

Intellect.
ī actu ma-
terialis ē.
2. de aīa.
ex co. 67.
et. 3. de ani-
ma. 35.

A q̄ est formalis est forma alterius, sicut si color et lux sunt in diafano cum lumen sit formalis colore sequitur q̄ lumen sit forma coloris. Nunc autem ita est q̄ intellectus agens est sicut lumen intellectus in actu siue species intelligibilis est sicut color & ista duo continent in se intellectus adeptus. lumen intellectus agentis & intellectum in actu. & ideo cum illa species intelligibilis siue intellectus in actu sit sicut materia respectu luminis intellectus agentis. quoniam lumen in intellectu agentis est formalis quā intellectus in actu, et propter hoc cum intellectus adeptus contineat in se intellectum in actu & lumen intellectus agentis apparet quod intellectus adeptus est minus materialis quā intellectus in actu, hoc apparet ex alio quoniam omne completius formalis est & quod est formalis est minus materiale, q̄ autem intellectus adeptus sit cōpletus, hoc apparet quoniam intellectus adeptus est qui totum lumen intellectus agentis recipit in recipiēdo formas rerum omnium. Intellectus autem in actu dicit vna spēs intelligibilis in actu. vnde si intellectus non habeat omnes species & similitudines omnium rerum non propter hoc sequitur q̄ non sit intellectus in actu, immo pōt esse intellectus in actu si sit vna spēs intelligibilis in actu. Intellectus vero adeptus non pōt esse nisi totū lumen intellectus agentis recipit, & ideo cōpletior ē quā intellectus in actu, & ideo formalior ē.

B Intellectus in actu sit unica specie in actu existente.

C Et sic patet q̄ intellectus adeptus est minus materialis quā intellectus in actu. tū quia cōpletius, tū quia continet in se lumē intellectus agentis q̄ est formalis ipso intellectu in actu. Intellectus autē agens inter oēs istos intellectus est formalior & minus materialis quā intellectus agens est semper in actu sicut substantie separate. Nunc autē ita est q̄ si nos volumus intelligere substantias separatas debemus intelligere formas quasdam per se existentes iō hic intellectus pōt melius intelligere quā aliquis alius. vnde inter oīa entia substantie separate sunt magis formales. Et tunc dicebat commentator q̄ quā intellectus noster adeptus est totū lumen intellectus agentis tunc vnitus est intellectui agentis, & tunc pōt substantias separatas intelligere. Quis istorū melius dixerit. an Alfarabius an cōmenta. Sine dubio nullus istorū bene dixit. tū positio Auer. probabilior est quā positio alicuius alterius. cuius iō est. quā Alfarabius. posuit q̄ intellectus noster poterat intelligere substantias separatas per receptionē omnium specierum, quia tunc fiebat adeptus. Auer. autem posuit, q̄ intellectus noster per hoc q̄ uniebatur intellectui agentis poterat substantias separatas intelligere, & quāto magis aliquis ponit nostrum intellectum intelligere substantias separatas per vnionem ad magis formale tanto magis subtilius ponit & pbabilius, & quia Auer. posuit nostrum intellectum intelligere substantias separatas per vnionem ad magis formale, quoniam p vnionem ad intellectum agentem qui est formalior sic sunt substantie separate propter hoc posuit melius & probabilius quā aliquis alius. & dicebat Auer. q̄ si intellectus noster per hoc q̄ recipit totum lumen in intellectu agentis potest intelligere substantias separatas hoc non est in prima sui creatione sed post diurnitatem temporis quā in prima sui creatione parum habet de lumine intellectus agentis.

Auer. minus male sentit quā Alfarabius.

R6 Auer. ro. 1. T. c. 1.

Noctua cur nō pōt solem videre.

nō intellectui licet in prima sui creatione nō possit intelligere substantias separatas quia non habet satis de lumine sed parum, postquam autem lumē acquisiuit potest substantias separatas intelligere sicut est de oculo noctue ad lucem solis qui si tamen haberet de lumine posset lumen solis videre. ergo & c. ¶ Alia ratio quā potuit habere commentator est illa quam faciebat Alfarabius in suo tractatu dicebat enim Alfarabius, quod causa quare non videmus lumē est quia sumus in tenebris. vnde quādiu sumus in tenebris non possumus videre lumen. sed si nos volumus videre lumen oportet quod nos eamus ad lumen. Nunc autem dicebat ille quādiu noster intellectus intelligit res corporales tādū intellectus noster ē positus in tenebris. postquam autem intelligit res corporales est in lumine & cum intellectus noster sit in lumine postquam recepit species omnium rerum tunc poterit intellectus noster lumen substantiarum separatarum intelligere. ¶ Alia ratio est quoniam intellectus agens est semper in actu sicut dicitur in. 3. de anima sicut sunt substantie separate, ergo videtur quod per vnionem intellectus possibilis ad intellectum agentem intellectus noster possibilis substantias separatas intelligere possit cum sint semper in actu sicut intellectus agens.

B

Ratio. 2.

P6 Alfarabii.

T. c. 20.

Cōtra Auer. & Alfarabius. Ad prim. Auer.

Intellectus agens est ut candela.

Substantia separata, ut sol.

G Ad. 2. Auer.

Ad. 3. Auer.

H Actualitas substantiarum separatarum equiuoca ad actualitatem intellectus agentis. Ad prim.

Sed iste rationes non valent ideo est intelligendum, q̄ quando aliqua duo luminaria improporcionata sunt adinuicem nunquam possunt tantum multiplicari q̄ possint proportionari adinuicem sicut quantumcunque accēderēt in ista camera magna luminaria siue mille siue duo millia, nunquam proportionari possent lumini diei quin aliquis homo videret aliquid de die q̄ non posset videre per lumen illorum cerorum, quia lumen solis est alterius rationis a lumine cādele siue aliquid alterius luminaris, & ideo cum lumē intellectus agentis prout recipitur in intellectu possibili, quia recipitur solum per receptionem specierum materialium sic improporcionale lumen substantiarum separatarum est alterius rationis a lumine intellectus agentis nunquam proportionari intellectui substantie separate poterit. & ideo per hoc quod intellectus noster adeptus ē totum lumen intellectus agentis, cum lumen intellectus agentis non sit proportionale intellectui substantiarum separatarum non poterit noster intellectus intelligere substantias separatas, sed res materiales tantum. & sic patet solutio ad illam rationem. ¶ Ad aliam cum dicitur non possumus videre lumē quādiu sumus in tenebris sine dubio verum est, tamen ille esset benefatius qui vellet videre lumen solis per hoc quod iret ad lumen cādele, quia lumen cādele non proportio natur lumini solis, sed si aliquis vellet videre lumen solis oporteret q̄ ipse iret in lumine solis. sic est directum in proposito cum lumen intellectus agentis sit improporcionale lumen intellectus substantie separate, saltim secundum modum quo ipsum lumen intellectus agentis communicatur intellectui possibili. Si ergo nos volumus videre vel percipere lumen substantie separate non debemus ire in lumine intellectus agentis cum sit ei improporcionale sed debemus ire in lumine substantiarum separatarum, sic etiam ire debemus in lumine solis si lumen solis volumus videre & non in lumine cādele. ¶ Ad aliud cum dicitur intellectus agens semper est in actu. dicendum est quod actualitas intellectus agentis non est vniformis cum actualitate substantiarum separatarum, & ideo quia non est eiusdem rationis hic, & ibi, propter hoc per talem vnionem, ad intellectum agentem intellectus noster non poterit intelligere substantias separatas.

Ad rationes in oppositum respondendum est, cum dicitur intellectus possibilis est cuius est oīa fieri et oīa recipere

D iij

A
Intellectus possibilis quod est omnia fieri.

dico quod verum est intelligendo sic. cuius est omnia recipere. scilicet que sunt intelligibilia in actu per actionem intellectus agentis, et quia substantie separate non sunt intelligibiles in actu per intellectum agentem, sed sunt de se intelligibiles in actu. Sed tantum res materiales que sunt intelligibiles in potentia fiunt intelligibiles in actu per actionem intellectus agentis, & omnia talia recipit intellectus possibilis, & omnia talia facit intellectus agens. ¶ Ad aliud cum dicitur intellectus non potest non dicitur non posse intelligere substantias separatas nisi quia privatur lumine, ego dico quod verum est sed non quocumque lumine, sed lumine substantie separate & non lumine intellectus agentis, & per lumen intellectus agentis non possumus acquirere lumen substantie separate cum non sit ei proportionale sicut dictum est. ¶ Ad tertium substantia separata aliter est in actu quam intellectus agens.

Ad 2.

Ad 3.

Questio. XV.

B
Argu. 1.
T. c. 22.

QUERITUR Vtrum homo in hac vita possit substantias separatas intelligere, & videtur quod sic. dicit enim philosophus. 9. metha. quod intellectus noster non se habet sicut cecitas ad intelligendum substantias separatas, & tamen litera commentatoris habet quod se habet sicut cecitas & hoc est verum in suo initio. & alia litera que habet quod non se habet sicut cecitas, est vera cum intellectus est in sua roboratione. Si ergo intellectus noster non se habet sicut cecitas ad intelligendum substantias separatas videtur quod eas possit intelligere in vita presenti. ¶ Preterea ex admirari ceperunt homines philosophari, sicut dicit in 1. meth. c. 2. sed admiratio non convenit nisi ex ignorantia cause, unde visio effectu statim appetimus scire causam quoniam unusquisque naturaliter appetit fugere ignorantiam sed ignorantia fugitur per cognitionem cause, ergo unusquisque naturaliter inclinatur ad cognitionem cause. cum ergo substantie separate que sunt cause istarum rerum materialium & intellectus cognoscat istas res materiales videtur quod naturaliter appetat cognitionem substantiarum separatarum. si ergo appetitus naturalis non potest esse frustra & inconueniens est dicere naturale desiderium esse vanum inconueniens est dicere quod intellectus in hac vita non possit substantias separatas intelligere. ¶ Preterea eas in metha. docet philosophus, ergo &c. ¶ Ad oppositum arguitur sic, quicquid intellectus noster intelligit, intelligit cum phantasmate. unde dicitur in 3. de anima quod simul intelligendo oportet, & phantasmata speculari. si ergo substantie separate non habent phantasmata, videtur quod intellectus noster non possit in hac vita eas intelligere.

Argu. 2.

C
Argu. 3.
In 1. 2. a. 1.
29. ad finem.
T. c. 30.
39.

Ad istam questionem aliqui dicunt quod quicquid intellectus noster cognoscit phantasmate aliquo cognoscit, et etiam distinguunt de lumine solis dicit enim quod lumen solis potest tripliciter considerari, vno modo potest considerari in propria sphaera siue in proprio fonte; alio modo potest considerari secundum quod est in aere sereno & claro. & tertio modo potest considerari secundum quod est in aere obscuro sicut in diluculo, tunc dicunt ipsi quod lumen diuinum potest tripliciter considerari. vno modo secundum quod est in proprio fonte, sicut in ipso deo. alio modo secundum quod refulget in substantiis separatis. & tertio modo secundum quod refulget in substantiis materialibus. & tunc dicunt quod lumen diuinum in proprio fonte assimilatur lumini solis in propria sphaera. 2. modo prout est in substantiis separatis assimilatur lumini solis in aere claro & 3. modo prout est in substantiis materialibus assimilatur lumini solis in diluculo, & sic dicunt quod habemus triplex lumen diuinum, lumen diuinum per essentiam, lumen diuinum,

Alber. 2.
meth. c. 2.

Lumen Solis triplici.

D
Lumen diuinum triplici.

per participationem, & lumen diuinum, per obscuritatem. tunc dicunt ipsi quod intellectus intelligendo res materiales lumen diuinum intelligit per obscuritatem, secundum quod refulget in substantiis materialibus, sed postquam intelligit res materiales esse et est in suo esse completo, & tunc potest intelligere lumen diuinum secundum quod refulget in substantiis separatis. ¶ Sed ego credo quod intellectus humanus in hac vita non potest intelligere substantias separatas vel quidditates substantiarum immaterialium quoniam quedam sunt res que habent phantasmata, et tales res proprie intelligit uel cognoscit intellectus sicut sunt res materiales. Sunt autem alie res que non habent phantasmata propria, cognoscuntur tamen per alias res habentes phantasmata. & tunc distinguo. si ille res habentes phantasmata propria sunt proportionales rebus illis que per ipsa cognoscuntur, tunc de illis rebus per huiusmodi res habentes phantasmata possumus cognoscere quid est sicut patet de actu intelligendi, actus enim intelligendi non habet phantasmata, intellectus enim ipse non habet phantasmata, sed quia obiectum ipsius intellectus habens phantasmata proportionale est actui intelligendi per hoc obiectum possumus intelligere de actu intelligendi quid est, & quia actus intelligendi proportionale est ipsi intellectui per hoc per ipsum actum intelligendi possumus cognoscere quid est ipse intellectus, quaquam nec actus intelligendi nec ipse intellectus habeant phantasmata. Si autem res ille que non habent phantasmata cognoscuntur cum non sint proportionales rebus habentibus phantasmata, tunc per homines res habentes phantasmata cognoscere non possumus de illis rebus quid sunt, sed tamen quia sunt, & quid non sunt.

Et tunc ad rationes dicendum cum dicit quod intellectus noster non se habet sicut cecitas. dico quod verum est in intelligendo de ipsis quia sint. ¶ Ad aliud cum dicitur si non possemus in vita ista cognoscere substantias separatas nostrum desiderium naturale erit frustra et dico quod cognoscere causam sub ratione cause & secundum quod causa est non est cognoscere substantiam cause. unde dicit philosophus in 2. physicorum quod que non amplius mota mouent non sunt amplius per se considerationis cum philosophus consideret de primo motore & de motoribus sed non consideret de primo motore secundum substantiam suam sed considerat de ipso secundum quod est mouens & efficiens motum, id est cognoscere causam secundum quod causa non est cognoscere substantiam cause. & ideo cum desiderium naturale non inest nobis, quod in vita ista cognoscamus substantias separatas, secundum quod sunt, sed secundum quod cause sunt, & hoc possumus cognoscere in hac vita. scilicet substantias separatas secundum quod cause sunt. & propter hoc non oportet desiderium naturale frustrari. si non possumus substantias separatas cognoscere secundum id quod sunt. ¶ Ad aliud cum dicitur si impossibile esset cognoscere substantias separatas, tunc metha. doceret aliquid quod impossibile esset adiscere uel intelligere. dico quod methaphisici non docet de substantiis separatis, nisi illud quod possumus scire de eis. non enim docet de eis, quid sunt sed docet de dis quia sunt, & multa alia que possumus scire de eis, & sic illa scientia non est inutilis, &c.

E

Non hinc phantasma duplex est.

F

Ad prim.

Ad 2.

G

T. c. 72.

Substantias separatas cognoscimus ut sunt cause.

Ad 3. Methaph. docet substantias doctrina quia non quid.

H

Argum. 10.

Questio. XVI.

QUERITUR Vtrum sit aliqua veritas simplex, cum hoc videatur supponere philosophus & videtur, quod non sit vna veritas simplex, quoniam quando aliquid inuenitur in pluribus generibus, tunc possibile est esse plura talia simpliciter sicut apparet de ca. cum inueniatur in pluribus generibus carutu

A rum, & ideo possunt esse possibiles cause simpliciter sicut vnum efficiens simpliciter & vnus finis simpliciter & vna forma simpliciter & vna causa materialis simpliciter, cum ergo verum, & ens conuertantur & ens inueniatur in pluribus generibus, patet qd verum simpliciter poterit esse multiplex.

Argu. 2.

C Ad idem arguitur sic, verum simpliciter est illud quod nihil est verius, cum ergo sicut dicit Boetius nihil sit verius quā id in quo idē predicatur de seipso & multa sunt talia apparet qd non tantum est vnum verum simpliciter, & iste due rationes concludunt qd non sit vnum verum simpliciter sed plura. **C** Preterea arguitur sic qd non sit verum simpliciter, verum & falsum sunt in anima bonum & malum sunt in rebus ergo licet bonitas & malitia sint in rebus, verum tamen nō erit in rebus sed in anima ergo si verum est in anima & ea que sunt in anima sunt entia secundum quid videtur qd non sit dare verum simpliciter.

Argu. 3.

C Ad oppositum videtur esse philosophus dicit enim ipse qd primum verum verissimum est causa omnium verorum sicut primū calidū est causa omnū calidorū.

Ad istam questionem est intelligendum qd ipsa videtur duo querere, primum enim quod videtur querere est vtrum aliquid sit simpliciter verum secundum dato qd sit aliquid verum simpliciter vtrum illud verū sit simpliciter vnum. **P** Et ego dico quod vtrumque habet veritatem, & quod est aliquid verum simpliciter, & quod illud verum simpliciter est vnum primū. n. patet sic scilicet qd sit aliquid verū simpliciter, dicit. n. philosophus in. 4. huius qd in quibus est maius & minus ibi est aliquid simpliciter, sicut si est aliquid bonum minus & aliquid bonum maius: tunc oportet quod sit aliquid bonum simpliciter ergo cum sit aliquid verum minus & aliquid verum maius sicut ipse philosophus dicit, qd non omnia vera sunt vera secundum eundem gradum veritatis ergo de necessitate erit ponere aliquid verum simpliciter. **P** Preterea hoc possumus declarare alia via, quia si sit aliquid verum quero de illo vero: vtrum sit creatum an non, si non sit creatum ita qd ad sui esse aliquid non requiritur tunc habetur propositū quia verum non creatum est verum simpliciter. Si tu dicas qd illud verum est creatum tunc aut erit procedere in infinitū, aut erit status aut erit procedere secundum circulum, ita qd si a. sit verū & creatum a. b. & b. sit creatum ab. a. duo istorum modorum sunt impossibiles, & ideo oportet ponere tertium scilicet qd sit status in aliquo vero non creato. In infinitum vero non est procedere, quia processus in infinitum negandus est, secundū quod demonstrat philosophus. Non etiam procedere secundum circulum, quoniam si ita dicatur vel procedatur scilicet quod. a. esset verum creatum. a. b. & b. esset verū creatum ab. a. nihil aliud esset dicere quā quod. a. esset verum creatum ab. a. & talis processus non est possibilis & ideo patet, quod necessariū est ponere aliquid verū simpliciter. **C** Sed de alio est ne illud verum simpliciter tantū vnum, dico quod sic & ratio huius est, dicit enim procul. quod omnis multitudo fundatur vel radicatur supra aliquam vnitatem, & ideo si essent multe veritates simpliciter aut ille veritates conuenirent, in vna specie aut in vno genere: aut in vno analogo cum omnis multitudo secundum Proculum fundetur super aliquam vnitatem, sunt verba eius quod omnis multitudo participat aequaliter vno. Si essent ille multe veritates conuenientes in vna specie essent materiales, & tamen nullum materiale est vnum simpliciter, sicut nullum ens materiale est ens simpliciter, probat qd si conuenirent in vna specie essent materiales, diuisio enim alicuius speciei in multa numero est diuisio p

In hoc. 2.

66. co. 4.

B

Verū sim

p̄r datur

T. co. 14.

28.

Ratio. 1.

Ratio. 2.

Verū sim

p̄r datur

Ratio. 1.

Propositiōe prim.

D

Nullum materiale

est simpli-

citer vnum.

materiam ergo &c. **C** Ille etiam veritates si essent non possent conuenire in aliquo uno genere, quoniam illa que sunt in aliquo genere se habent ad illud genus per additionem, & ideo si veritates multe conueniret in aliquo vno genere, tunc se habent per additionē ad illud genus, sed illa que se habent per additionē composita sunt, & ideo ille multe veritates simpliciter essent compositae, sed nullum verum simpliciter est compositum, & ideo non possunt esse multe veritates simpliciter conuenientes in vno genere, **P** Preterea ille multe veritates simpliciter si essent non possent conuenire in aliquo vno analogo, nam ratio analogi inuenitur in omnibus illis que sub illo analogo continentur, & hoc non vniformiter sed sicut in vno per naturam alterius, & ideo si ille veritates conuenirent in aliquo analogo non essent veritates vniformiter, & tunc nō essent veritates simpliciter patet ergo quod est ponere aliquid verum simpliciter, & quod illud verū simpliciter est vnum, & est intelligendum quod non intelligo de quacunque veritate nec intelligo de veritate que consistit in adaequatione rei ad subiectum, sed de veritate que est entitas siue quidditas rei.

Ad rationes cum dicitur quando aliquid inuenitur in pluribus generibus bene possunt esse plura talia simpliciter siue duo verū est qd quando aliquid inuenitur in pluribus generibus bene possunt inueniri plura talia prima in genere, sed plura talia prima simpliciter non ideo &c.

C Ad aliud cum dicitur nihil est verius quam quando idem predicatur de seipso, arguitur de veritate que consistit in adaequatione predicati ad subiectum, & de tali veritate non loquimur.

C Ad aliud cum dicitur verum est in anima, verum est loquendo de veritate que consistit in adaequatione predicati ad subiectum &c.

Questio. XVII.

Q UERITVR Vtrum ab vna veritate omnia vera possint dici vera, & videtur quod sic: quoniam quando aliquid est tale per aliquid extrinsecum multa possunt esse talia per aliquid vnum, sicut patet de tempore omnium temporalium quod est idem tempus sicut dicitur. 4. philicorum, quia omnia temporalia sunt in tempore per aliquid extrinsecum, sicut per celum vel inquantū reducuntur in motum celi. Si ergo omnia dicuntur esse vera per aliquid vnum tale extrinsecum, videtur quod ab vno vero omnia possint dici vera. **P** Ad oppositum arguitur sic vnus rei vnica est veritas sed multe sunt res, ergo multe sunt veritates es, ergo &c.

Ad istam questionem est intelligendum quod sicut res se habet ad esse sic se habet ad veritatem, vnde dicit cōmentator in. 2. huius quod omnes forme que actualiter sunt in primo motore sunt in potentia in prima materia, vnde res ipse tripliciter comparari possunt, possunt enim comparari ad suum genus. 2. possunt comparari res ad intellectum humanum, & 3. possunt comparari ad intellectum diuinum, res enim comparate ad intellectum diuinum adaequantur ei inquantū vna queque res est aliquid vestigium bonitatis diuine, vnde res ipse comparantur ad intellectum diuinū sicut mensuratum ad suam mensuram, res etiam comparatur ad intellectum nostrum sicut mensura ad suū mensuratum, vnde intellectus noster mensuratur ab ipsis rebus, & ideo scientia nostra causatur ab ipsis & scientia ipsarū rerum causatur a scientia dei, & ideo differt scientia nostra a scientia dei, vnde res ipse adaequantur nostro intellectui & noster intellectus adaequatur eis sicut mensuratum adaequatur sue mensure, res enim adaequantur suis principijs. **C** Tunc vterius cum ve-

E

Ratio. 2.

Que sunt in genere addunt ipsi generi.

Nullum vnum simpliciter est compositum

Analogū est in vno per naturam alterius.

Ad prima, **F**

Ad secun-

Ad terti,

T. c. 104.

G Com. 18.

Res ad tria comparantur.

H Res mensure sunt nostre scie

ritas sicut dictum est consistat in adequatione quadā, tunc ex adequatione rei ad sua principia causatur vna veritas & ex adequatione rei ad nostrum intellectum causatur alia veritas: & cū res adequantur intellectu diuino ex tali adequatione causatur alia veritas uel. 3. veritas, tunc dico quod si tu queris: vtrum omnia vera possint dici vera vna veritate, dico quod si tu loqueris de veritate que causatur ex adequatione rerū ad intellectum diuinum: dico quod sic. Si autem loqueris de veritate que consistit in adequatione rerum ad nostrum intellectum, tunc illa duplex est. Nam quedam est veritas ipsius intellectus incomplexa, sicut ipsa species intelligibilis & cum diuersarum rerum diuerse sint, & plures species intelligibiles ab vna veritate tali, non possunt omnes res dici vere. Si autem loqueris de veritate que consistit in adequatione rerum ad sua principia adhuc non potest esse vnica talis veritas cū sint diuerse res & diuerse adequationes non possunt esse nisi plures veritates tales que consistunt in hōi adequatione rei ad sua principia, & sic patet quomodo ab vna veritate dicuntur omnia vera & quō non.

Ad rationem respondendum est, cum dicitur quando aliquid est tale per aliquod extrinsecum, tunc multa possunt esse talia per aliquod vnum tale: dico quod verū est si loquimur de veritate effectiue que consistit in adequatione rerum ad intellectum diuinum &c.

Mediorum enim que est aliquid ultimum, et primum: necesse est quod primum est causam ipsorum esse que sunt post se &c.

Tex. V.

Questio. XVIII.

QVERITVR Vtrum sit status in causis efficientibus, & videtur quod non, quoniam hic homo est causa efficiens istius generationis, & istum hominem precessit alius homo, & istum alius homo & sic in infinitum. ¶ Preterea hoc idem arguitur sic, reuolutionem istam precessit alia reuolutio, & sic in infinitum quoniam reuolutiones infinite precesserunt: cum ergo istam reuolutionem precedit alia reuolutio, & sic in infinitum, & tamen ista reuolutio est causa efficiens aliarum, quia alia nūquam sequeretur nisi ista finiretur, videtur ergo quod in causis efficientibus sit procedere in infinitum.

Ad oppositum est philosophus in litera, probat enim quod sit status in causis.

Ad istam questionem respondent aliqui & dicunt sic quod cause possunt dupliciter considerari, vel secundū quod sunt simul, vel nō simul tūc dnt quod in cāis simul existentibus & in actu non est procedere in infinitum sed in causis simul non existentibus non est inconueniēs procedere in infinitum & tunc dicunt ipsi quando arguitur istum hominem precessit alius homo & sic in infinitum, dicunt ipsi quod tunc arguitur de causis que non sunt simul. Nam ipse reuolutiones non sunt simul sed vna post aliam. ¶ Sed istud non est ad intentionē philosophi quando dicit philosophus quod nec in causis secundum rectitudinem, nec in causis secundum speciem est procedere in infinitum, commentator exponit illud dicens quod philosophus per hoc quod ponit quod in causis non est procedere in infinitum secundum rectitudinem intelligit de causis que sunt simul, & per hoc quod dicit quod in causis secundum specie

non est procedere in infinitum, ipse intelligit de causis que simul non sunt, & ideo secundum commentatorē intentio Aristo. est quod nec in causis simul existentibus nec in causis simul non existentibus est procedere in infinitum, & ideo aliter est dicendum secundum commentatorem, commentator enim dicit quod in causis simul existentibus siue sint cause per se siue per accidens non est procedere in infinitum. In causis autem per accidens que simul non sunt possibile est procedere in infinitum, siue ire in infinitum. Sed in causis per se siue simul sint, siue nō sint simul nō ē possibile ire in infinitum, & sic soluit istam questionem commentator possumus tamen declarare positionem & solutionem commentī, qua declarata statim apparebit solutio questionis, primum enim scilicet quod in causis simul existentibus siue per se siue per accidens non est procedere in infinitum apparet sic: quoniam actualitas est contraria rationi infiniti, & repugnat rationi in finiti sicut loquimur hic de infinito, vnde infinitum sicut hic loquimur de ipso non habet rationem actualitatis, sed habet rationem potentialitatis, quoniam infinitum sicut hic accipitur est illud cuius quantitate accepta semper est aliquid accipere extra siue cuius quantitate accipientibus semper restat aliquid accipiendū in potentia & sic ratio infiniti consistit in quadam potentialitate, vtrum autem sit aliquid aliud infinitum ut infinitum vigore vel virtute illud patebit in. 12. sed rationi infiniti sicut hic loquimur de infinito conuenit ratio potentialitatis & repugnat ratio actualitatis, & ideo cum infinito repugnet actualitas qui dicit quod sunt infinite cause in actu siue per se siue per accidens infinitas causas dicit non esse infinitas. Si ergo inconueniens est dicere quod nō sit status in causis simul existentibus siue per se siue per accidens. ¶ Secundum est declarandum scilicet quod in causis per accidēs simul non existentibus possibile est procedere in infinitum, & circa istud duo sunt declaranda scilicet quid est causa per accidens secundum quid est causa per se. Causa per accidens vno modo potest accipi in comparatione ad agens, & alio modo in comparatione ad effectū. In comparatione ad agens accipitur causa per accidēs & hoc sic, duplex est natura scilicet particularis, & vniuersalis, & differunt iste due nature, quoniam natura particularis habet intentionem particularem & limitatam sicut patet de virtute que est in femine, virtus enim existens in femine hominis que est, natura particularis non intendit nisi habere hominem determinatum, & non intendit omnia illa que possunt procedere ex isto homine particulari, sed omnia ista que possunt procedere ex ista sunt per accidens respectu illius virtutis in formatiue quoniam sunt preter intentionem eius, & secundum hoc potest dici quod femina est preter intentionem eius nature particularis, & non preter intentionem nature vniuersalis, quoniam natura particularis intendit hoc particulare, & intendit nobilius quod possit, & quia masculus est nobilior particulare quam femina, propter hoc natura particularis semper intendit hominem masculum, & non feminam, & ideo si fetus ille sit femina hoc est preter intentionem nature particularis, sed non est preter intentionem nature vniuersalis quoniam, natura vniuersalis non habet intentionem limitatam, vnde non tantum intendit hoc, sed etiam intendit conseruationem speciei, et quia tam in femina quam in masculo conseruari habet natura humana, propter hoc si fetus ille sit femina non est preter intentionem nature vniuersalis, sed est preter intentionem nature particularis, vnde sicut dictum est natura particularis non intendit nisi

Veritas quadruplex sicut quadruplex adequatio

1. rei ad intellectum diuinum,

2. rei ad intellectum simplicem

3. rei ad intellectum compositum,

4. rei ad sua principia.

Ad rationem.

Argu. 1.

Argu. 2.

Alber. & sectato.

Com. 5. D

B

Primum ostenditur

Infini. i. rō potentialitas est.

2. ostenditur.

cā per accidens respectu agentis.

G

Femina est preter intentionem nature particularis.

H

natura particularis intendit quod melius est.

A nisi hoc, & ideo non intendit ea que possunt procedere ex illo particulari quod intendit, sed omnia que procedunt ex ipso per accidens sunt et preter intentionem eius, vnde licet ego non sim per accidens respectu virtutis informatiue existentis in semine ex quo sum generatus, quia illa virtus me intendebat tantum, tamē ego & mille alij si procederēt ex me sumus per accidens respectu virtutis informatiue existentis in semine ex quo generatus est pater meus, quia non intendebat nisi patrem meum, ideo in talibus causis per accidens possibile est ire in infinitum. vnde bene possunt, esse virtutes informatiue infinite hominum, sed cum natura vniuersalis non intendat tantum hoc, sed intendat omnia illa que procedere possunt ex ipsa, vnde non tantum intendebat natura vniuersalis patrem meum sed me & omnes illos qui ex patre meo. pcedere possunt, & ideo non potes arguere qd sint infiniti celi siue infinite intelligentie, licet possint esse infinite cause per accidens sicut infinite virtutes informatiue particulariū hominum. **C** Per accidens etiam potest accipi ex parte effectus, quoniam quando aliquis effectus prouenit ex aliquibus causis, puta ex .s. causis, & ponatur ita qd illi effectui non inest maior virtus si causaretur ex 10. causis quam si causaretur ex .s. tunc posset arguere qd ille alie .s. sunt per accidens respectu illius effectus, sed si maior virtus uel minor inesset, illi effectui ex hoc qd procederet ex illis causis vel non procederet, tūc posset arguere qd ille cause essent per se, sicut si maior virtus inesset mihi in hoc, qd plures homines prece dunt me quā si vnus, tūc possem arguere qd ille vnus qui me precessit non tantum est causa per se sed illi plu res etiam qui me precesserunt, & ideo cum maior vir tus vel minor nō inest mihi ex hoc qd plures homines me precesserunt quā qd vnus possum arguere qd si pa trem meum precesserunt plures homines qd illi sunt cā per accidens cum ex eis non inest mihi maior virtus vel minor, & sic patet que sunt cause per accidens & qd in causis per accidens non existentibus simul possi bile est procedere in infinitum. **C** Causa autem qua re in causis per accidens est possibile procedere in infi nitum est quia potest assignari sufficiens causa huius effectus absque eo qd ponatur in talibus causa prima, cum precedentia hanc causam nihil per se faciant ad hunc effectum, & quia non negatur processus in infi nitū in his que simul nō sunt nisi in illis in quibus oportet dare primum, & quia in talibus non oportet dare primum, ideo non est inconueniens talia ire in infinitū. **C** Declarandum est tertium scilicet qd in causis per se non existentibus simul non est procedere in infinitum causa enim per se est illa causa que requiritur ad esse effectus, vnde si non sit causa prima nō potest esse alia causa sicut dicitur in 2. huius, & ideo si non sit causa prima, nullus erit effectus, quoniam nulla erit causa. Si ergo inconueniens est dicere qd non sit aliquis effe ctus inconueniens est dicere qd non sit prima causa, et cum in causis infinitis per se siue sint simul, siue non sint simul, non possit dari prima causa quia in infini to non est primum, apparet quod inconueniens est di cere quod in causis per se siue sint simul siue non sint simul, sit procedere in infinitū, sic si infinite gutte aque essent causa per se cauationis lapidis & non essent si mul, immo vna post aliam & alia post aliā cum nun quā esset dare primam guttam aque nunquā esset ca uatio lapidis cum non possit esse effectus sine prima causa per se, & ideo patet qd nec in causis simul exi stentibus siue sint cause per se siue per accidens nō est procedere in infinitum. In causis vero per accidens nō simul existentibus bene possibile est ire in infinitum, sed in causis per se siue sint simul siue nō: non est pos

sibile ire in infinitum, & declaratum est quid sit cau sa per accidens & per se, & quomodo accipiatur cau sa per accidens, tum ex parte agentis, tum ex parte ef fectus, & quare non est possibile ire in infinitum, & quare sic.

Ad primam rationem cum arguitur hunc hominem pre cessit alius homo, & alium alius & sic in infinitum dico qd arguitur in causis per accidens, & in talibus possibile est ire in infinitum.

C Ad aliud cum dicitur siue arguit hanc reuolutionem precessit alia reuolutio &c. dico quod ista reuolutio nō est causa per se istius reuolutiōis, vnde accidit huic reuolutioni quod plures reuolutiōes eā precesserūt &c.

At uero neq; in deorsum possibile ē in infi nitum ire ipso sursum habente principium ut ex igne aquam ex aqua terram et ita semper aliud genus fieri. Tex. VII.

Questio. XIX.

Q VERITVR Vtrum sit status in causis materiali bus, & videtur quod non, quando enim in aliquo genere cause non est accipere primam causam in tali genere procedere in infinitum est possibile, & nō est ibi status, sed in causis materialibus non est accipere primam causam materialem, ergo &c. probatio as sumpt. In corporibus celestibus inuenitur materia si cut dicit commentator hoc est equiuoce. Si ergo mate ria in his in quibus equiuoce inuenitur, videtur quod non sit dare primam materiam, quoniam si esset dare primam materiam in celo & in istis inferioribus non diceretur equiuoce, sed diceretur tantū per cōparatio nem ad illud materiale primum, ergo &c. **C** Preterea cōmētator in primo phisicorum, materia est mediū inter ens & nihil, sed inter ens, & nihil est infinitum spatium siue infinita distantia, ergo videtur quod sem per sit accipere aliquid inter ens & nihil, si inter ens et nihil sit infinita distantia, ergo videtur quod in causis materialibus sit procedere in infinitum cum nō sit de uenire ad primam materiam, sicut probatur. **C** Pre terea cōmētator in secundo huius dicit, quod est vnū ens per se ens, & per se verum & omnia sunt entia & vera per esse & veritatem eius omnia ergo sunt cau sata, a primo ergo materia facta est & causata, si er go materia facta est, & omne quod sit, sit ex materia quoniam ex nihilo nihil fit, tunc quero de illa alia ma teria, & sic in infinitum, videtur ergo quod in causis materialibus sit procedere in infinitum.

C Ad oppositum est philosophus & arguitur sic, ex ali quo aliquid fieri pōt esse dupliciter, aut sicut ex impfe cto sit pfectū aut sicut ex corrupto sit generatū sed neu tro istorum modorum est possibile ire in infinitū, quoniam quādo ex aliquo fit aliquid, sicut ex imperfecto fit perfectum, vt ex puro fit vir, tunc enim stāt extre ma, sed stantibus extremis non est possibile materia esse infinita, nunc autem quando ex puero, fit vir extre ma stāt, & sunt infinita & ideo in tali modo factio nis non est possibile ire in infinitum, similiter etiā alio modo factio nis non est possibile ire in infinitum quan do reflectuntur extrema ut aer ex aqua & aqua ex ae re quoniam extrema stant & sunt finita, quoniā ma teria est illud in quod omnia corrumpūtur, & ex quo omnia generantur, et ideo cum extrema sint finita nō est possibile in isto modo factio nis ire in infinitum, si sic ergo est status in causis materialibus, **Ad istam** questionem dico quod est status in causis ma terialibus sicut dicit philosophus, et ad videndum ve

Per acci dens ex p te effectus.

Infinitus processus vbi negatur.

Causa per se que sit. T. com. 6.

D Causa per accidens non simul existentes possunt eē infinite.

B Ad primam

Ad secunda

Argum. 1o

F

De substā tia orb. cap. 1.

Argu. 2o com. 7o.

com. 4. Argum. 3o

G

In hoc. 2o te. com. 7o.

H

Tria hic declarāda

A
2. metha.
1.7. prima.
post. 35.

Primo de
clarandis.

T.co. 48.

1000. 1A

T.com. 6.

Prus pro
pinquius
extremo

Posterius
distantius
ab illo.

Secundū
d eclaran-
dum.

Materia
primam
necessario
dari extri-
bus.

Ratio. 1.

C

D

T.co. 24.

1. 1000. 11
7. 1000. 11

Ratio. 2.

D

T.co. 18.

1000. 11
1000. 11

ritatem huius questionis tria sunt declaranda, primū est illud quod accipit philosophus in 2. huius, & in 1. posteriorum scilicet qd si extrema sunt finita, necesse est media esse finita. ¶ Secundum est declarandū qd necesse est ponere materiam primam. ¶ Et tertium quod est declarandum est qd illam materiam primam necesse est ponere esse vnam. ¶ Declaratio primi scilicet quod si extrema sunt finita, necesse est media esse finita, quoniam sicut dicit philosophus. 3. phisicorum, omne terminatum finitum est & omne illud quod habet extrema finita terminatum est, & per consequens finitum cum omne terminatum sit finitum: vnde contra rationem infiniti est habere terminos & limites: & ideo cum extrema sint finita necesse est media esse finita, cum enim ponitur aliquid habere extrema finita ponitur ipsum habere terminos & limites, hoc etiā patet ex alio, dicit philosophus in secundo huius quod infinita omnia currunt eodem modo, & omnia sunt finitilia, vnde in infinito non est prius nec posterius, & hoc apparet sic, quoniam prius & posterius non inveniuntur in aliquo nisi per comparationē ad extrema, vnde prius dicitur in aliquo illud quod est propinquius extremo, & posterius illud quod est longius ab extremo, & ideo prius & posterius repugnant infinito, sed qui ponit aliquid habere extrema finita ponit in eo prius & posterius, & ideo ponit illud esse finitum, & sic patet qd stantibus extremis finitis alicuius necesse est media illius esse finita, tū quia repugnat infinito habere terminos & limites, tū quia repugnat infinito habere prius & posterius. ¶ Secundum quod est declarandum est quod necesse est ponere primam materiam, & hoc possumus cognoscere ex tribus. primum est qd sicut in causis efficientibus est, sic est in causis materia libus, vnde sicut est in causis efficientibus quod cause efficientes non agunt nisi virtute prime cause efficientis scilicet inquam intuntur ei. vnde nulla causa efficiens. 2. est causa sufficiens alicuius effectus, sed oportet ponere primam causam efficientem, unde dicit philosophus quid est causa totius trinitatis, non scilicet vltimum est, & illud quod est finale nullius est sed nec medium est quia vnus ergo. a. dicit ipse est causa totius. Vnde ex quolibet effectu potes arguere competenter esse primam causam, similiter est in causis materialibus quod secunde cause materiales nō sunt principia transmutationum in rebus materialibus & transmutabilibus nisi in quantum vniuntur vel inniuntur prime materie, vnde dicit philosophus in primo de generatione quod est vnum primum subiectū quod est yle, & quicquid est subiectū transmutationis est subiectum per naturam illius primi subiecti, vnde nulla materia secunda est sufficiens principii transmutationis siue alicuius effectus, sed sicut oportet ponere primam causam efficientem in cuius virtute omnes cause secunde agunt & efficiunt, sic oportet ponere de necessitate primam materiam, in cuius virtute omnes cause materiales secunde sunt substantia transmutationum, unde ex quolibet transmutatione naturali quecū que sit illa, potest argui esse primam causam vel materiam sicut primum efficiens ex quolibet effectu, & ideo patet quod necesse est de venire ad materiam primam & ipsam ponere. ¶ Hoc etiā patet ex alio quoniam inest pura potentialitas, vnde in rebus transmutabilibus inuenitur maior, & minor potentialitas. Nā elementa sunt magis in potentia quam composita. Nunc autem ita est, quod dicit philosophus in 4. huius, in quibus est magis & minus in illis est aliquid tale simpliciter, sicut cum sit magis & minus bonum necesse est ponere bonum simpliciter. Si ergo in rebus transmutabilibus inuenitur maior & minor potētia-

litas, tunc necesse est ponere puram potentialitatem & hec est prima materia. ¶ Hoc etiā patet ex alio, quoniam multiplicatio eorum que sunt secundum essentiam est secundum ordinem ad primum principium. Nam illud ens quod est propinquius primo principio est magis ens quam quod est remotum, & ideo cum intelligētie sint propinquiores primo principio quam corpora celestia ipse sunt magis entes quam corpora celestia, & similiter corpora celestia magis sunt entia quam ista inferiora cum sint propinquiora primo principio quam illa inferiora propter quod philosophus in 2. de generatione dicit hec inferiora longe distare a primo principio, & ideo accidit corruptio & generatio. Si ergo est dare aliquid quod maxime accedit ad primum principium, & est propinquissimum ei patet quod est dare aliquid quod maxime est remotum a primo principio, & hoc est materia prima que est pura potentialitas, vnde inter omnia que sunt quecūq; sint illa prima materia magis accedit ad nihil, vnde si nos volumus intelligere primam materiam quam melius possumus debemus intelligere aliquid mediū inter ens & nihil quod se habet ad omnes formas materiales, sicut lignum se habet indifferēter ad omnes formas artificiales & nullam istarum habet actū, vnde que est habitudo primi ad omnia entia eadem est comparatio suo modo materie prime ad omnes formas, vnde materia prima est pura potentialitas nihil habens actualitatis, primum principium est actus purus nihil habens potentialitatis, vnde dicit philosophus in 9. huius, quod accidit omnia participare malo preter vnū. vnde inter omnia entia quecūque sint illa maxime distantia sunt primum principium & prima materia, nam distant sicut pura potentia & purus actus, & sic patet quod necesse est ponere primam materiam. ¶ Tertium quod est declarandum est scilicet quod illa prima materia est vna, & hoc declarat commentator dicit enim ipse quod in pura potentialitate non est gradus, omnis enim distinctio est per actum aliquem. Si ergo illa potentialitas non esset vna sed plures, tunc quero aut ille due potentialitates sunt equaliter potentialitates aut vna est magis vel maior potentialitas et alia minor & magis accedens ad actum, si tu dicas qd sunt equaliter potentialitates et equaliter accedentes ad nihil, tunc non sunt nisi vna potentialitas. Si tu dicas quod vna illarum est minor et alia maior potentialitas, tunc illa que est minor potentialitas habet aliquid actualitatis et non est pura potentialitas, et sic non est materia prima, sed alia que est pura potentialitas, et sic patet quod illa pura potentialitas que dicitur materia prima est vna et non plures.

Ad rationes respondendum est ad primam cum dicitur in illo genere cause non est status in quo non est ponere aliquid primum verū est, dicit quod in genere cause materialis non est primum principium, quoniam in corporibus celestibus inuenitur materia et in istis inferioribus. Sine dubio si nos uellemus ponere positionē cōmentatoris ista ratio non obuiaret nobis, posuit. n. commentator quod in corporibus celestibus non inuenitur materia proprie. Sed si tu vis dicit commentator illud appellare materiam hoc improprie est, sed posuit quod corpus celeste erat sicut materia ipsius intelligentie mouentis ipsum, et ipsa intelligentia erat sicut forma, et sic non obuiaret nobis rō quia quando dicitur, si sit status in causis materialibus oportet inuenire primam materiam, verum est in omnibus habentibus eam vniformiter. ¶ Credo, tamen quod in corporibus celestibus inuenitur materia proprie, vnde possumus accipere materiam dupliciter, vno modo possumus accipere materiam omnino separatam et per indifferentiā:

B
Ratio.

T.co. 56.

R

T.co. 19.

3. declarandum.

Ex nono metha. co. 2. & ex. 7 com. 49.

G

Ad prim.

equiuocantur.

De substantia orb. 3.

H

Materia dupliciter

A differentia, & si sic accipiatur materia, credo quod ea dem est materia in corporibus celestibus & in istis inferioribus, unde si esset possibile quod corpus celeste separaretur a materia: ita q̄ forma corporis celestis separaretur a materia sua & forma corporis inferioris separaretur a sua materia, credo quod si esset possibile istud remaneret eadē hic & ibi. Alio modo possumus accipere materiam secundum quod est substantia dimensionis, nam dimensiones referuntur ad formam, materiam enim in corporibus celestibus habet aliam proportionem ad formam & in corporibus inferioribus. Nam per formam corporis celestis totaliter terminatur appetitus materie, in istis autem inferioribus nō totaliter terminatur appetitus materie, & quia tota ratio equiuocationis sumitur ex forma, & aliā & aliā proportionē habet materia ad formam hic & ibi, propter hoc dicit materia equiuoce hic & ibi, & sic patet solutio ad primam rationem, ad secundam cum dicitur. Inter ens & nihil est magna distantia siue infinita. Verum est pro tanto, quia nihil ad ens non est proportio sicut nihil ad materiam & uacui ad plenum sicut dicitur in. 4. phisicorum non est proportio, sed propter hoc non sequitur, q̄ sit impossibile deuenire ad primam materiam abstrahendo per intellectum vnam formam & postea aliam quousque fiat deuentus vsque ad primam materiam sicut si ego habeam. 4. denarios & tu non habeas aliquem inter te & me non est proportio, quoniam inter habentem denarios & non habentem nulla est proportio. Sequitur ne propter hoc q̄ nō possint auferri a me illi. 4. denarij, & q̄ non possim deuenire ad hoc q̄ non habeam aliquem denarium certe non: immo possunt a me auferri quot habeo & ero similis tibi, & non habebō aliquem denarium sicut et tu, similiter ex alia parte.

C Ad aliud cum dicitur materia facta est. Aristo. in primo celi & mundi distinguit tres modos ingeniti, dicit enim q̄ aliquid est ingenitum quod habet esse post non esse, sed non per generationem, & hoc modo dicitur motus & actus esse ingenitus. 2. modo dicitur aliquid esse ingenitum quod est de difficili genitum, & 3. modo dicitur aliquid esse ingenitum q̄ cū fuerit impossibile est generari et eē cū virtute p̄ quā possit generari vt quāque sit quādoque non sit, & tunc dico q̄ materia vno modo facta est alio modo non est facta, materia enim non dicitur esse facta q̄ fiat per motum et transmutationem, & ideo materia dicitur sic esse ingenita q̄ habet esse post non esse & non per motum & transmutationē sicut motus dicitur esse ingenitus. Sed alio modo dicitur materia esse facta secundum opinionem philosophi non per motum aliquem qui in tempore incipit esse, quia motus talis habet esse post non esse in duratione & etiam materia post dici habere esse post non esse, sed habere esse pōt nō esse potest esse dupliciter aut secundum ordinem nature aut secundum ordinem durationis, tunc secundum philosophum dico q̄ materia est sic facta q̄ habet esse post non esse, non quia habeat esse post non esse ordine durationis, quia tunc non esset eterna ipsa materia, sed dicitur habere esse post non esse ordine nature. vnde licet philosophus poneret materiam esse eternam & mundum esse eternum, tamen bene consentiebat in hoc q̄ materia prima & mundus totus licet essent eterna erant facta a primo principio, vnde dicit comm. in secundo huius quod est vnum ens & vnum verum & omnia sunt entia & vera per esse & per veritatem eius.

Amplius autem & quod est cuius causa finis est. Tale uero quod non est aliud

causa: sed et alia illius &c. Te. VIII.

Questio. XX.

Q VERITVR Vtrum sit status in causis finalibus, & videtur quod non, quoniam fines in agilibus sunt sicut principia in speculabilibus ut dicitur in secundo phisicorum sed in principijs speculabilibus est ire in infinitum, quoniam ex principijs speculabilibus semper possunt abstrahi alie, & alie conclusiones sicut patet in geometria ergo videtur q̄ in principijs agilibus sit similiter procedere in infinitum, sed fines sunt principia agibilium, ergo videtur quod in finibus sit ire in infinitum. ¶ Preterea quanto aliquid immediatius est ipsi fini tanto magis educuntur alia per ipsum in suum finem, verbi gratia vt si potio sit propinquior sanitati quam colligere herbas, tunc possumus dicere quod herbe colliguntur propter potionem, cum ergo primum principium finis sit omnium & sit virtutis infinite, videtur quod reducendo alia in ipsum per aliquid quod magis appropinquat ad ipsum sit procedere in infinitum cum ipsum sit virtutis infinite ita quod reducendo hoc in ipsum per hoc & hoc immediatius adherens ei erit procedere in infinitum, cum ipsum sit infinitum & semper possit facere alteriorem effectum semper altiore in infinitum, ergo vt videtur non est status in causis finalibus. ¶ Preterea dicit philosophus in. 3. huius quod si principiorum erunt principia tunc principia irent in infinitum, ergo si finium erunt fines tunc fines ibunt in infinitum sed finium sunt fines, vt videtur velle primo ethicorum, ergo fines ibunt in infinitum. Ad oppositum est philosophus, dicit enim ipse quod in causis finalibus non est ire in infinitum.

Ad istam questionem possumus dicere quod dupliciter possumus accipere fines, puta fines in artificialibus et fines in naturalibus rebus, tunc dico quod in finibus rerum naturalium est status, & in finibus etiam rerum artificialium est status. ¶ Quod autem in finibus rerum naturalium sit status hoc sic primo patet, dicit. n. philosophus primo moralium, quod est duplex actio, scilicet partis et actio totius, actio partis ordinatur ad actionem totius sicut pars ordinatur ad totum, et sicut duplex est actio corporis. scilicet actio partis & actio totius, similiter duplex est finis, quia finis partis & finis totius & finis partis ordinatur ad finem totius, Nunc autem ita est quod totum vniuersum est sicut quoddam corpus & habet suas partes sicut corpus humanum habet suas partes integrantes ipsum, et ideo sicut totum corpus habet aliquem finem vel aliquod bonum ad quod ordinatur, sic totum vniuersum habet aliquod bonum vel aliquem ad finem ad quem ordinatur, et ille finis totius vniuersi est primum principium, et in illud bonum quod est deus gloriosus totum vniuersum ordinatur immediate et ad ipsum et immediate reducitur. ¶ Item probatur sic, quando aliquid bonum per aliquid aliud ut si. b. ordinatur ad. a. per. c. tunc oportet quod illud per quod ordinatur sit melius illo quod ordinatur, ut si. b. ordinatur ad. c. tunc illud per quod ordinatur in suum finem et in suum bonum est maius bonum quam illud sicut. c. est maius bonum quā sit b. cum per. c. ordinatur. b. ad. a. Nunc autem ita est q̄ circa primum principium non inuenitur maius bonum quam totum vniuersum, et ideo totum vniuersum immediate reducitur et ordinatur in suum bonum et suum finem quod deus est gloriosus et non per aliquid aliud et ita in tali processu non solum non est processus in infinitum: immo statim occurrit finis ultimus siue intermedius, partes autem totius vniuersi sunt sicut species et habent suum finem: ita quod vnaqueque spe-

Materia equiuoce.

Ad secundum.

B

T. co. 67.

Ad tertium.

T. co. 111.

In genitum tripliciter.

C

Materia producta ab eterno.

D

B

Argum. 1.

T. co. 39.

Argu. 2.

F

Argum. 3.

T. co. 11.

Cap. 1.

Finis in naturalibus habere statum.

Cap. 9.

Ratio. 13.

G

Ratio. 2.

H

A cies entis siue totius vniuersi habet aliquod bonum & aliquem finem, ita quod minus bonum non est nata habere illa species in vniuerso. Nam nisi hoc contingeret sequeretur quod aliquid esse vitiosum in natura, & ideo nisi species entis ordinaretur in suum finem & in suum bonum & esset status in talibus finibus: iam species vniuersi que sunt partes eius essent ociose, & ideo in finibus rerum naturalium est status. **C** Hoc etiam apparet ex alio, quoniam simile est de toto & parte, & ideo si totum vniuersum habet finem & bonum determinatum in quod ordinatur, tunc vnaque que species entis que est pars vniuersi habebit suum finem determinatum, & sic patet quod in finibus rerum naturalium est status & non est procedendum in infinitum.

C Quod autem in finibus agibilibus non sit procedere in infinitum hoc patet sic, quoniam artificialia sunt ab intellectu. Intellectus autem non agit aliquid nisi prius moueatur a fine si sit intellectus rectus, & tunc intellectus postquam motus est a fine: tunc profectur ad inquirendum ea per que habetur finis, & ideo in finibus rerum agibilium non est ire in infinitum, ita quod hoc fieret per illud & illud propter illud, & sic in infinitum, & tunc nihil ageret intellectus, quoniam enim ageret aliquid intellectus non futurus ad terminum, cum intellectus omnis recte agens agat illud quod agit propter aliquem finem sicut dicitur in 2. huius & 3. de anima, & sic patet quod nec in finibus rerum naturalium nec in finibus rerum agibilium est procedere in infinitum.

B Et tunc ad rationem primam dico quod non est simile per omnem modum de principijs speculabilibus & de principijs agibilibus, quoniam in speculabilibus non est accipere primum & vltimum, immo si accipiat primum principium, non debet accipi vltimum quod sequitur ex illo principio, sed accepto principio potest homo tantum speculari & extrahere de principio & semper conclusiones quantum vult, sed in agibilibus non est ita, ideo oportet habere principium medium & vltimum primum in intentione quod est vltimum in prosecutione, & oportet habere similitur primum in operatione, & ideo non valet nec est simile.

C Ad aliud cum dicitur minus bonum reducitur in maius bonum, per maius bonum dico quod hoc non est per quodcumque maius bonum, vnde si vermis sit minus bonum quam leo: non oportet quod reducat in ipsum principium per ipsum leonem, ita quod leo per illud et illud per aliud & sic in infinitum.

C Ad aliud cum dicitur si principiorum essent principia irent in infinitum, verum est si principiorum in quantum principia essent principia quod tunc principia irent in infinitum, & ideo si finitum in quantum fines essent fines tunc fines irent in infinitum si non sed est &c.

Sed nec quod quid erat esse conuenit reduci ad aliam diffinitionem multiplicantem rationem. **Tex. X.**

Questio. XXI.

Q VERITUR Virum sit status in causis formalibus, & videtur quod non, dicit enim philosophus in 8. huius quod forme substantiales sunt sicut numeri, sed numeri vadunt in infinitum, ergo videtur quod in formis substantialibus sit procedere in infinitum. **P** Preterea forme accidentales sunt infinite & tamen procedunt ex formis substantialibus, ergo videtur quod in causis formalibus non sit status.

D In oppositum est philosophus in litera, Ad istam questionem est intelligendum quod finitum & infinitum quantitati competit & secundum quod

aliquid magis accedit ad rationem quam tatis tanto magis accedit ad rationem, ad rationem infiniti, & finiti. Nunc autem ita est quod forma potest tripliciter comparari, potest enim comparari ad ipsum analogum siue commune & potest comparari ad nostrum intellectum, & tertio modo potest comparari ipsa forma secundum quod accipitur in se. Nunc ita est quod ipsi forme secundum quod comparatur ad ipsum commune competit quantitas, quoniam sub aliquo communi possunt contineri plures forme, & quia plurificatio reducitur ad naturam quantitatis aliquo modo, propter hoc ipsi forme secundum quod comparatur ad aliquod commune competit quantitas aliquo modo. Ipsi autem forme secundum quod comparatur ad nostrum intellectum competit quantitas aliquo modo, quoniam vnam formam potest intellectus pluribus rationibus cognoscere, potest enim intellectus cognoscere formam tuam in quantum dat tibi esse et tunc dicitur entitas potest etiam intellectus illam eadem formam cognoscere in quantum dat tibi viuere, & tunc dicitur anima, & sic patet quod forme secundum quod comparatur ad nostrum intellectum aliquo modo competit quantitas. Similiter quantitas competit ipsi forme alio modo secundum quod accipitur forma in se, tunc dico quod nec in formis secundum quod comparatur ad aliquod analogum siue commune, nec secundum quod comparatur ad nostrum intellectum nec etiam secundum quod accipiuntur in se in infinitis, quod autem non sit procedere in infinitum secundum quod comparatur ad ipsum commune, hoc patet quoniam sub aliquo communi continentur plures forme, & quia species finite sunt que continentur sub aliquo communi propter hoc in formis sic comparatur non est ire in infinitum et non loquor de communi quod est species, quoniam diuisio siue multiplicatio speciei non est nisi per materiam & non per formam, & ideo talis multiplicatio est preter intentionem, sed loquor de communi quod est genus. Nam multiplicatio generis est per formam & ideo cum species sint forme ut dicit commentator in 3. huius possumus dicere quod in formis secundum quod comparatur ad ipsum commune quod est genus non est procedere in infinitum, possumus tamen melius dicere quod in formis non est procedere in infinitum comparando vna formam ad aliam non ad quamcunque sed ad formam quam presuppono sicut comparando formam hominis ad formam corporis celestis, et formam corporis celestis ad intelligentiam et intelligentiam ad motorem primum, et si nos compareremus formas ad ipsum analogum analogia tali scilicet quod vna forma habeat esse per aliam, tunc patet quod in formis non est procedere in infinitum, quia oportet deuenire ad primam formam exemplarem omnium sicut ad primum efficientem. **P** Patet etiam quod in formis secundum quod comparatur ad nostrum intellectum non est procedere in infinitum, quoniam cognitio completa facit speciem specialissimam et cognitio incompleta facit genus, et quanto illa cognitio est incompleta tanto magis illud genus est communius, cum ergo in communibus non sit procedere in infinitum eundo semper ad magis commune, sed est deuenire ad maximum commune quod est ens apparet quod in forma secundum quod comparatur ad nostrum intellectum non est ire in infinitum secundum quod intellectus incipit a maxime communi quod est ens, et istum modum tangit philosophus non primum. **P** Quod autem informis secundum quod accipiuntur in se non sit procedere in infinitum, hoc sic apparet, duplex enim est forma scilicet materialis et immaterialis. Vnde forma materialis in se accepta est finita, forma in mate-

E Forma vna potest intelligi sub rationibus diuersis.

F Forme primo modo non sunt infinite.

G Multiplicatio speciei secundum materiam. Multiplicatio generis per formam. Com. 22.

H Nec 2. modo.

I Cognitio completa facit speciem, cognitio incompleta facit genus.

J T. co. 10. 3. modo.

Ratio. 3.

Finis in artificialibus habet statum.

2. metha. tex. 3. 3. de anima tex. 50. Ad prim.

In speculabilibus accipere primum non vltimum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Argum. 1.

T. co. 10.

forma tripliciter comparatur.

A lis in se est infinita, vnde si esset color separatus ille color esset infinitus, & haberet in se omnem rationē coloris, sed que est causa quare iste color materialis non est habens omnem rationē coloris. ratio est quia recipitur in materia, & quicquid recipitur in aliquo secundum modum rei recipientis recipitur, & ideo color materialis receptus in materia non habet omnē rationē coloris sed si esset color separatus ille esset infinitus, materialis autē forma in se accepta est finita & non infinita, quia forma materialis non habet omne illud quod est de ratione eius, sed forma separata et immaterialis in se accepta est infinita, nō quia habeat in se omnē rōnem entitatis & perfectionis, quia illud tantū cōpetit prime forme que est deus, sed dicitur intelligentia infinita, quia intelligentia habet in se quicquid est de ratione eius. Vnde dicitur in libro de causis, q̄ intelligentia est cōposita ex infinito & finito. Nā esse eius q̄ est finitū recipitur in subiecto intelligentiē q̄ est infinita sicut dictum est. quia habet illud quod est de ratione eius & sic patet quō in formis est procedere in infinitum & quō non.

B **C** Et si nos uellemus adaptare ea que dicta sunt rōnibus philosophi pateret q̄ tres rōnes alias facit phūs q̄ concludunt q̄ non sit ire in infinitum in causis formalius illis tribus modis qui dicti sunt. Nā prima ratio concludit q̄ non sit procedere in infinitū in causis formalius secundū q̄ cōparantur ad ipsū cōe. **C** Secūda ratio quā facit philosophus est. s. q̄ tunc non contineret scire si non esset status que cōcludit q̄ in formis secundū q̄ cōparantur ad nostrū intellectū non sit procedere in infinitum, quia tunc non contingeret scire, quia non esset deuenire ad formam specificam incipiēdo a communi, qui modus cōpetit intellectui nostro, cui sunt nota cōfusa magis. **C** Tertia rō quā facit phūs s. q̄ materia finitur a forma est. s. cōcludere q̄ in formis materialibus i se acceptis. s. in sui natura nō sit pcedere in infinitū, quia finite sunt & hoc patet cōsideranti.

C Ad rationes ad primā cum dicitur forme substantiales se habent sicut numeri, verum est quod in aliquo forme substantiales assimilantur numeris & in aliquo nō, unde similitudo nō currit p oēm modū, sunt autē substantiales forē in hoc sicut numeri, qm̄ sicut q̄libet vnitas addita numero facit nouā spēm & ita &c. sicut patebit. **C** Ad aliud cum dicitur quod forme accidentales sunt infinite, & tamen procedunt ex formis substantiālibus, dico quod non ualer. qm̄ qualitates prime sunt finite, & sunt tantum quatuor, licet quatuor secunde fortassis sint infinite, similiter est ex ista parte, vel potest aliter dici quod forme accidentales non sunt infinite, licet sint multo plures quam substantiales vel si sint infinite sunt infinite quo ad nos &c.

Quapropter semper existentium principia esse uerissima necesse est, &c. T. IIII.

Questio. XXII.

Q VERITVR Vtrū sit eadem dispositio rei in sua veritate & in sua entitate. Videtur quod nō nam entia mathematicalia uere de se inuicē pdicat uere diffiniunt et uere demōstrat sine entibus naturalibus nā abstrahunt ab eis sine mendacio et tñ licet separētur quantū ad ueritatem non tñ quo ad esse ergo non est eadē dispō eorum in veritate & entitate. In oppositum est philosophus in litera &c.

D Dico ad hoc qd̄ sicut prius dictū est veritas cōsistit in quadā adequatione. Nūc autē ita est qd̄ triplex est adequatio. Est. n. qdā adequatio rei ad sua principia, & quedam adequatio rei ad nostrum intellectum quem mensurat: & quedam adequatio rei ad intellectū diuinum qui res mensurat. Nunc dico quod loquendo de

veritate que consistit in adequatione rei ad sua principia similis est dispositio rei in sua veritate & in sua entitate. Nam quanto aliquid adequatur suis principijs tanto magis est illud sicut quāto magis ignis adequatur principijs ignis tanto magis ignis est, & magis ignis. **C** Loquendo etiam de veritate que consistit in adequatione rei ad nostrum intellectum quem mensurat adhuc habet veritatem scilicet quod similis est dispositio rei in sua veritate & in sua entitate, quoniam illa eadem principia que sunt principia essendi illa eadem sunt principia cognoscendi rem ab intellectu sed differunt secundū rationē, quoniam principia considerata particulariter sunt principia essendi rem, principia autē eadem considerata vniuersaliter sunt principia cognoscendi ipsam ab intellectu nostro. **C** Similiter si loquamur de veritate que consistit in adequatione rei ad intellectum diuinum a quo mensuratur, adhuc dico qd̄ similis est dispositio rei in sua veritate & in sua entitate, quoniam res secundum hoc quod adequantur intellectui diuino secundum hoc sunt uestigium artis diuine, & secundum quod magis adequantur intellectui diuino secundū hoc sunt magis uestigium artis diuine et maiore entitate hnt, & sic patet quō ē similis dispositio rei in sua veritate & in sua entitate.

Ad rōnē dicitur qd̄ licet entia mathe. nō possunt cū sine naturalibus entibus quo ad esse actuale tamen eē sint priora eis quo ad naturam nā quantitas pcedit qualitatem ideo nō repugnat eis quin possint diffiniri, & intelligi uere sine illis qualis est ergo dispō in veritate talis est in entitate nō existētie sed essentie vel nature.

C Explicit liber secundus metha.

Est autē scia quedā q̄ speculatur ens inq̄tū ens: & quæ huic insunt secundū se. T. I.

C Liber Quartus methaphisice.

Questio prima.

Q UERITVR Vtrū aliqua scientia possit cōsiderare ens in quantū ens, & videtur quod nō, dicit. n. phūs in libro posteriorum, quod scientia est vnus generis subiecti ptes et passionēs subiecti cōsiderās: sed ens nō hēt aliquas passiōes, ut pbabo. ergo &c. pbatio assūpte, passio nō ē ipsum subiectū, vnde risibilitas nō ē hō, et iō si ens haberet aliquas passiōes ille passiōes nō eēt ens, et tūc eēt nihil, ergo &c. p. p. scia ē hītus acq̄situs. ergo scia nō ē de his q̄ sunt i nobis vel q̄ si innata, sed ens primo iprimē in aia et in passiōē tris nulla pcedit ip̄sio alicuius sicut dicit Auic. in primo sue meth. ergo si ens primo iprimē i aia et i ip̄sio entis ē q̄ si innata nobis et scia ē hītus acq̄situs vī q̄ de ente nō possit eē scia. **C** Ad oppo. ē phūs et arguit rōne scia p̄cularis cōsiderat ea q̄ insunt huic entī secūdū q̄ est ens, sed scia q̄ cōsiderat ea que insunt enti secundum q̄ ens oportet considerare ens secundū q̄ ens, ergo de ente secundum quod ens erit scientia.

Ad istā qōnē intelligēdū q̄ scia fortitur sibi quatuor ex subiecto, fortitur. n. sibi scientia spēm & formā ex subiecto. Nā subiectū scie ē obiectū scie sicut actus virtutis fortit spēm ex obiecto sic scia fortit ex subiecto q̄ ē obiectū eius. Secūdū qd̄ accipit scia ex subiecto ē ordo. Nā scia accipit a subiecto ordinē, et gradū abstractionis quē tenet subiectū tenet illa scia, sicut patet de meth. math. phi. **C** Tertū qd̄ accipit scia a subiecto est qd̄ q̄cqd̄ cōsiderat cōsiderat sub rōne subiecti sicut virtus siue potētia quicquid cognoscit: cognoscit sub rōne obiecti proprii, sicut scientia quicquid considerat: considerat sub ratione subiecti quod est obiectum eius

Forma in materialis infinita.

Materia. lis forma quelibet finita quare

Propositiōe, 10.

T. 60, 10.

Ad prim.

T. 60, 4.

2. phi. tex. com. 18.

Adequatio triplex

principia essendi & cognoscendi quō eadem sūt

Argu. 6. T. c. 43. G

Argu. 2.

Cap.

Scientia quatuor fortitur ex subiecto.

H

A
Quartum

proprium. **C** Quartum autem quod accipit scientia a subiecto est scilicet virtus & potestas. Nam scientia accipit a subiecto virtutem & potestatem, ita quod scientia particularis considerat subiectum particulare limitatum & habet virtutem limitatam & particulatam. Scientia autem que considerat subiectum vniuersale habet virtutem & potentiam vniuersalem. Ex istis quatuor possumus comprehendere quod ens secundum quod ens est subiectum istius scientie, primo patet quod ens est subiectum istius scientie ex hoc quod scientia que considerat aliquod ens particulare: ut ens mobile ad ubi dicitur scientia particularis. vnde ex hoc dicitur scientia particularis: quia considerat aliquam partem entis, et scientia dicitur vniuersalis & communis, quia considerat ens commune, cum ergo ista scientia que dicitur methaphis. sit maxime cōis inter omnes scientias, & scientia sortitur sibi speciem & nomen ex subiecto, patet quod ista scientia considerabit id quod inter omnia entia est maxime commune cum maxime vniuersale sit ens, oportet dicere quod ens secundum quod ens sit subiectum istius scientie, ex quo possumus pendere quod ens sit subiectum istius scientie, quoniam scientia sicut dictum est sortitur ordinem ex subiecto, cum ergo ista scientia inter omnes scientias sit maxime abstracta & maxime communis, patet quod debet habere pro subiecto illud quod est maxime abstractum & maxime commune, ens autem secundum quod ens est huius, ergo &c.

Ex prim.

B

C Quod autem ista scientia sit maxime abstracta patet, quoniam naturalis philosophus non abstrahit a materia sensibili simpliciter, sed ab hac & ab illa. Mathe. autem abstrahit a materia sensibili penitus non autem a materia intelligibili. & ideo mathe. non abstrahit penitus ab omni materia, sed metha. abstrahit ab omni materia ideo &c.

Ex secū.

Ex terci.

C
Ex quar.

C Patet et ex. 3. quod ista scientia considerat ens secundum quod ens. Nam dictum est quod scientia quicquid considerat: considerat sub ratione subiecti, & ideo cum ista scientia quicquid considerat: considerat sub ratione entis, patet quod ista scientia habebit pro subiecto ipsum ens. **C** Patet et hoc ex quarto scilicet quod ista scientia considerat ens secundum quod ens. Nam sicut dictum est scientia accipit virtutem, & potestatem a subiecto, & ideo cum ista scientia habeat virtutem et potestatem maxime vniuersalem et communem, maxime possumus comprehendere quod ista scientia habeat pro subiecto ipsum ens, & hec est declaratio philosophi in principio huius. 4.

Ad prim.

Passiones entis secundum quod ens dicuntur quia non determinati entis.

Ad rationes ad primam dicendum, cum dicitur passiones entis non sunt ens. dico quod non vniuersaliter sumuntur passiones subiectorum particularium, & subiecti vniuersalis. vnde non dicuntur passiones entis secundum quod ens, quia insunt omni enti sicut non dicimus quod ista scientia considerat causas entis secundum quod ens intelligendo sic quod cause ille sunt causa omnium entium, quia idem esset causa sui ipsius sed dicimus quod considerat causas entis secundum quod ens quia considerat causas omnium entium habentium causas, sic dico quod passiones entis non dicuntur esse passiones entis secundum quod ens quod passiones insunt omni enti, sed quia non determinatur ad aliquod genus entis quod est subiectum alicuius scientiarum particularium.

Ad secun.

C Ad aliud dicendum quod licet ens primo imprimatur in anima, tamen ea que insunt enti secundum quod ens non imprimuntur primo in anima, nec cognitione eorum est nobis innata &c.

D

Omnis autem generis unius sensus est unus atque scientia: ut grammatica una ens om

nes speculatur uoces. **Tex. I I.**

Questio. I I.

Q VERITUR vtrum ista scientia sit vna, et videtur quod non, quoniam sicut dicit philosophus vnitatis scientie assimilatur vnitati sensus, sed sensus dicitur esse vnus qui est vnus contrarietatis, & propter hoc dicitur in secundo de anima cap. de tactu, quod tactus non est vnus sensus, quia non est vnus contrarietatis ergo scientia vna ut videtur debet esse talis subiecti quod sit vnus contrarietatis, sed ens est non est vnus contrarietatis sed plurius, ergo &c. **C** Ad oppositum est philosophus in litera qui dicit quod sicut omnium sanorum est vnus sensus siue vna scientia, sic omnium entium est vna scientia.

Ad istam questionem est intelligendum quod vnitatis scientie assimilatur vnitati sensus. Nunc autem ita est quod potentia non dicitur vna ex his que materialiter recipit, vnde & licet album & nigrum in se accepta differant formaliter & in specie, tamen visus non cognoscit album secundum quod album nec nigrum secundum quod nigrum, sed cognoscit album, & nigrum secundum quod conueniunt in quadam ratione communi, ut in ratione coloris, & ex vnitatis illius rationis formalis sub qua ratione visus eo cognoscit ea potentia visiva dicitur vna. vnde visus cognoscit album & nigrum sub quadam ratione vniuersali, nam quia in ista ratione communi visus percipit album, & nigrum, ideo album dicitur esse idem nigro, dicitur illa ratio communis, & etiam dicitur communis, quia non alio sensu percipit album & alio nigrum, sed eodem sensu cognoscit album & nigrum, vnde & licet visus cognoscit album & nigrum sub ratione coloris, ratio tamen cognoscit album per se differre a nigro & secundum quod virtus altior est secundum hoc sub ratione magis communi cognoscit ea que cognoscit virtus inferior, sicut patet de sensu communi. quoniam quod sit virtus superior quam sensus particularis illud quod cognoscit sensus communis cognoscit sub vniuersaliori & magis communi ratione quam alij sensus particulares. Similiter est de vnitatis scientie, nam dicitur esse vna ex vnitatis rationis formalis sub qua ratione formalis considerat ea que considerat ipsa scia, & ideo cum scia metha. consideret ea que considerat sub ratione cōi, ut sub ratione entis scia metha. dicitur esse vna: vnde quanto scientia altior est, tanto magis considerat sub ratione magis vniuersali & ea que considerat scia inferior sub ratione particulari considerat scia superior sub ratione vniuersali, et ad huc plus sicut est de virtutibus altioribus, vnde intelligendum est quod diuersitas que sufficit ad causandum diuersitatem in virtutibus inferioribus non sufficit causare diuersitatem in virtutibus superioribus, sicut patet de sensibilibus particularibus & cōibus similiter in opposito est, nam vnitatis que sufficit ad causandum vnitatem virtutis ois non sufficit ad vnitatem virtutis inferioris sicut patet, aliqua. n. vnitatis sufficit ad vnitatem sensus cōis que non sufficit ad vnitatem sensus particularis. Sic de vnitatis scientie nam vnitatis aliqua sufficit ad vnitatem scie cōis que tamen non sufficit ad vnitatem scie particularis, vnde intelligendum est sicut dicit philosophus. 3. metha. quod vniuersalis multis modis dicitur vniuersalis numero, vniuersalis specie, vniuersalis genere, vniuersalis proportione & vniuersalis analogia, tunc dico quod vnitatis secundum numerum non sufficit ad vnitatem scientie, quoniam vniuersalis secundum numerum est particulare & signatum & de tali non est scia, et ideo vnitatis secundum numerum non sufficit ad vnitatem scientie vniuersalis autem secundum speciem non sufficit ad vnitatem scientie ratione, quoniam eadem est scia contrariorum contraria autem differunt specie et tam vnitatis secundum speciem non sufficit ad vnitatem scientie specialis, sed non potest esse quod aliqua scia vna specialis considerat dicitur

E
Hic t.c. 2.
T.c. 107.
F
Sensus cognoscit sua obiecta sub ratione communi.
G
H
T.co. 7.
Nulla scientia specialis considerat uera analogum aliquid.

A ste analogum aliquod, vnde licet medicina considerat de omnibus generibus, hoc non est directe nec per se. **C**redo tamen qd medicina non consideret primo, & per se nisi corpus humanum secundum qd sanum, & egrum quoniam medicina sani & egrum est scia. Et ideo vnitas que est secundum analogiam non sufficit ad unitatem scientie specialis, & ideo dicit commentator in primo huius, qd quia quantitas non vnioce de quantitate continua & discreta ideo non est vna scientia doctrinalis que consideraret de eis, sed plures nec vnitas secundum genus sed vnitas que est secundum analogum bene sufficit ad unitatem scientie communis, & ideo omnium entium bene potest esse vna scientia communis, secundum qd conueniunt in ente quemadmodum omnium sanorum est vna scientia, vnde dicit philosophus qd non solum omnium eorum que dicuntur secundum vnā naturam est vnus scientie speculati, sed vnus scientie est speculati omnium eorum que dicuntur ad vnā naturam.

Com. 46.

Ad rationem cum dicitur qd vnus sensus est vnus contrarietatis quod habet veritatem de sensu particulari & non de sensu communi similiter dicendum est de scientia.

Quare quoniam vnū multipliciter dicitur et hec multipliciter quidem dicitur. te. iiii.

Questio. III.

QVERITVR Vtrum ens sit equiuocum an analogum, & videtur qd ens sit equiuocum ad ea de quibus dicitur ens, nam dicit philosophus in lib. phisic. qd latent equiuocationes in generibus & eorum, sed sicut dicit in 3. huius inter omnia vnum & ens sunt maxime eorum, ergo videtur quod in ente sit maxime equiuocatio.

Argu. 1.

In. 7.

T. co. 31.

T. co. 10.

Argu. 2.

Com. 46.

Argu. 3.

T. c. 2. & 4.

C

2. phil. te. 28.

T. co. 28.

T. com. 9.

Equiuocatio a forma est.

D

Forma non saluatur equaliter in pluribus simpliciter

Ad idem arguitur sic. Magis conueniunt ea que sunt in genere quantitatis in quantitate quam ea que sub ente in ente, sed quantitas non dicitur vnioce sed equiuoce de quantitate continua & discreta, vt commentator dicit in primo huius ergo ens non dicitur vnioce sed equiuoce de eis que continentur sub ente. **C** Preterea canis dicitur equiuoce de latrabilis fidere celesti & pisce marino, cum tamen conueniant in substantia, si ergo substantia magis conuenit cum substantia quam accidens cum substantia, & in ista dicimus equiuoce que continentur sub cane magis, ur videtur dicentur equiuoce que continentur sub ente. **C** Ad oppositum est philosophus, qui dicit quod ens non dicitur equiuoce ad aliquam vnā naturam communem, sicut sanum non dicitur equiuoce de omnibus sanis, sed analogice sic, ens non dicitur equiuoce sed dicitur de omnibus entibus per attributionem ad naturam substantie, sicut dicit philosophus.

Ad istam questionem est intelligendum, quod tota ratio equiuocationis sumitur ex forma, vnde & philosophus vocat formam quod quid est, & in 2. phisic. dicit quod forma est ratio essendi, ideo diffinitio datur per formam, vnde si in diffinitione ponatur materia, hoc non est nisi in quantum materia participat naturam forme, & in quantum est sub forma, & propter hoc dicitur in 2. phisic. qd omnes partes posite in diffinitione sunt forme, tota ratio equiuocationis sumitur ex forma, vnde dicitur in 2. de anima & in multis alijs locis quod recedente anima a corpore, corpus non remanet nisi equiuoce, vnde de caro mortua non est caro nisi equiuoce, patet igitur quod tota ratio equiuocationis sumitur a forma. vnde si aliquod nomen imponatur pluribus per comparationem ad diuersas formas, tunc cum tota ratio equiuocationis sumitur ex forma, illud non dicitur de eis nisi equiuoce. Si autem imponatur aliquod nomen aliquibus pluribus per comparationem ad aliquam formam vnā, tunc aut illa forma equaliter saluatur in illis pluribus aut non equaliter, si primo modo tunc illud nomen dicitur de eis vnioce penitus sicut homo penitus dicitur vnioce de illis que continentur sub ipso penitus vnioce. Si autem illa forma non equa-

liter saluatur in pluribus hoc tripliciter potest esse, aut quia illa forma saluatur in illis pluribus simpliciter, sed in vno nobiliori modo quam in alio sicut nomen animalis, ita ponitur per comparationem ad formam que simpliciter saluatur in suis speciebus, sed nobiliori modo saluatur in homine quam in asino. 2. modo aliqua forma non saluatur in pluribus equaliter, quia illa forma in vno inuenitur simpliciter & in alio secundum quid sicut patet de ente, entitas enim in substantia est simpliciter in accidentibus secundum quid. 3. modo dicitur forma non saluari equaliter in pluribus, quia in vno illorum inuenitur simpliciter, & in alio secundum similitudinem, sicut patet de animalis picto & tunc dico quod analogia illa que est quando aliqua forma simpliciter saluatur in pluribus, ita quod in vno illorum nobiliori modo quam in alio, talis analogia multum propinqua est vnioctioni, & ideo animalis dicitur vnioce ad suas species, & quia forma animalis licet saluetur simpliciter in suis speciebus, quia tamen nobiliori modo saluatur in vno quam in alio sicut est de forma cuiuslibet generis, propter hoc dicitur in 7. phisic. quod latent equiuocationes in generibus. Analogia autem que est quando aliqua forma simpliciter saluatur in vno & in alio secundum similitudinem talis analogia multum accedit ad equiuocationem, propter hoc dicitur quod equiuoce de animalis picto, & de animalis picto. Sed analogia que est quando aliqua forma saluatur in vno simpliciter & in alio secundum quid talis analogia non accedit penitus ad equiuocationem, nec pure ad vnioctionem, sed tener medium inter equiuocationem & vnioctionem et propter hoc ens non dicitur pure equiuoce nec vnioce, sed dicitur analogice, & hoc est medium inter vnioctionem & equiuocationem. Sed si nos uellemus dare aliam distinctionem possemus sic dicere & melius credo ad intentionem philosophi. Nam sicut dicitur tota ratio equiuocationis sumitur ex forma, & idem si sit diuersitas in forma erit equiuocatio sicut dicitur est. Si autem vnitas in forma, aut est vnitas forme per predicationem, aut est vnitas forme per attributionem. Et est intelligendum quod quando est vnitas forme per predicationem, tunc est vnioctio, & si dicitur quoniam scitur quoniam vnitas per attributionem, & quando erit vnitas per predicationem, dico quod hoc est satis facile. Nam quando aliqua plura sunt talia per aliquid quod est in eis, tunc est vnitas per predicationem, & est vnioctio, sicut cum omnia animalia dicuntur animalia per id quod est in eis, tunc sunt omnia animalia vnioce. Sed quando aliqua plura sunt talia non per aliquid quod est in eis, sed per aliquid quod est in alio, tunc non dicuntur talia vnioce sed analogice, sicut omnia entia dicuntur esse entia non per aliquid quod est in eis, sed per aliquid quod est in alio, sicut in substantia, vnde & si accidentia dicantur esse entia, hoc non est per entitatem que est in eis sed per entitatem que est in substantia, sicut patet in 7. huius, & ideo ens analogice dicitur et non equiuoce, & hec videtur esse intentio philosophi si aliquid bene consideret.

E

1. modo.

2. modo.

3. modo.

Analogum propinquum vnioce.

T. co. 31.

F Analogum magis ad equiuocum.

Analogum medium.

G

Analogice dicitur.

Ad primam.

ad secundam.

ad tertiam.

H

Questio. IIII.

Q VERITVR Vtrum omnia que dicuntur analoga dicuntur analogia per analogiam ad vnu numero, & videtur quod non, quoniam omnia sana dicuntur sana per analogiam ad sanitatem que est in animali, que quidem non est vna numero, ergo &c. Preterea vniuoca magis sunt vnum quam analogia, sed vniuoca non dicuntur talia per aliquod vnu numero, ergo nec analogia dicuntur esse analogia per aliquod vnum numero.

C Ad oppositum arguitur sic, sicut omnia vera dicuntur esse vera per aliquam vnam veritatem in numero, ut per veritatem primam, sic omnia entia dicuntur esse entia per vnam aliquam entitatem, vnde dicit comentator qd est vnum ens per se ens & per se verum & omnia dicuntur entia & vera per entitatem & veritatem eius Si ergo omnia entia dicuntur esse entia per aliquam entitatem vnam que est vna numero, patet quod omnia analogia dicuntur analogia per attributionem ad vnum numero.

B Ad istam questionem est intelligendum qd comentator dicit in isto. 4. qd aliqua tripliciter dicuntur analogia ad aliquid vnum, aut scilicet per attributionem ad vnum efficiens, aut per attributionem ad vnum finem, aut per attributionem ad vnam materiam. Verbi gratia, de primo aliqua dicuntur analogice per attributionem ad ali quod vnum efficiens, sicut medicare dicitur de eo qui habet artem medicinalem, sicut de medico, & de eo quod est natum suscipere opera medicine, vt de instrumento medicinali, & de eo quod est faciens opera medicine, sicut vetula facit opera medicine sine arte sicut ponit comentator exempli, & medicinale dicitur de omnibus istis per attributionem ad vnu efficiens quod est medicus. Similiter dicuntur esse aliqua analogia per attributionem ad vnum finem, sic alia dicuntur esse sana per attributionem ad vnum finem: vt pote per attributionem ad sanitatem, que est finis omnium istorum sicut cibi diete & vrine. Similiter dicuntur aliqua esse analogia per attributionem ad vnam materiam, sicut omnia dicuntur esse entia per attributionem ad substantiam que est subiectum, & materia omnium accidentium, & omnes istos modos analogie tangit philosophus in litera. Sed sciendum est quod tertius modus analogie, sicut quod aliqua dicuntur per attributionem ad vnam materiam, diuiditur in. 4. modos, sicut dicitur in hoc. 4. aliqua dicuntur entia per attributionem ad substantiam, quia sunt priuationes substantie & inter omnia entia priuationes sunt minus entia. Aliqua autem dicuntur entia: quia sunt relationes ipsius substantie, & talia inter omnia entia exceptis priuationibus sunt minus entia. sicut comentator dicit in 12. huius in illo cap. vbi Aristo. mouet questionem siue istam dubitationem. vtrum. s. sint eadem principia relationis & substantie, & dicit comentator ibi, qd relatio inter omnia entia habet debilius esse, & ideo signanter inquit philosophus. vtrum sint eade principia relationis & substantie aut que sint dicit comentator, qd si philosophus quesuisset vtrum sint eadem principia substantie, & quantitatis iam visus esset philosophus innuere, qd quantitas esset minus ens quam alia entia, & ideo signanter quesuuit philosophus vtrum eadem sint principia relationis & substantie. 3. modo dicuntur aliqua esse entia sicut motus dicuntur esse entia, quia sunt via in substantia. 4. modo dicuntur esse aliqua entia, quia sunt dispositiones substantie, sicut qualitates & quantitates dicuntur esse entia & alia: quia sunt dispositiones substantie Alia autem dicuntur esse entia sicut substantie que habent entitatem per se, sed non per se & per omnem modum, vnde sicut dicimus accidentia

esse entia non per se, sed per attributionem quam habent ad substantiam. sic sunt quedam substantie materiales, et quedam imateriales materiales non dicuntur esse entia, nisi per attributionem ad substantias imateriales, & substantie imateriales alie a primo principio non dicuntur esse entia, quia habeant entitatem per se et per omnem modum, sed si dicuntur esse entia hoc est per attributionem ad substantiam primam que est ipse deus gloriosus. ita quod talia substantie materiales. s. et imateriales alie a primo principio quam accidentia dicuntur esse entia per attributionem ad vnum ens per se ens & per se verum: per cuius esse & veritatem omnia dicuntur vera & entia, sicut comentator dicit in. 2. huius, & ex hoc patet quod analogia non possunt dici analogia nisi per attributionem ad aliquid vnum numero, non. n. possunt dici aliqua analogia per attributionem ad aliquam formam que sit in eis. Nam vnitas in forma tollit analogiam & equiuocationem, & ponit vniuocationem, vnde quecumque conueniunt in numero secundum formam illa sunt vnum per predicationem, vnde vnitas in forma ponit vnitatem in predicatione, vnde prius dictum fuit quod quanto aliqua plura sunt talia per aliquam formam que est in eis tanto magis dicuntur esse talia, & contineri sub ipso vniuoco. Et si tu dicas nonne omnia sana dicuntur esse sana per attributionem ad sanitatem que est in animalibus et ista sanitas non est vna in numero, sed est vna in specie dico, quod licet sanitas que est in animali sit vna secundum speciem & multiplicetur secundum numerum non est hmoi, nisi per accidens secundum quod omnia ista sana dicuntur esse talia per sanitatem que est in animali. Nam si illa sanitas que est in animali multiplicatur secundum numerum hoc non est in eis que dicuntur ad ipsam sanitatem analogice, sed multiplicatur sanitas secundum numerum in his ad que se habet animal vniuoco. & sic possemus dicere in substantia, unde licet omnia sana dicuntur esse sana per attributionem ad sanitatem que multiplicatur secundum numerum, hoc tamen est per accidens. s. qd multiplicetur secundum numerum in quantum. n. ista dicuntur esse sana per attributionem ad sanitatem que est in animali, non multiplicabitur in eis quod dicitur analogice, & sic patet quod omnia analogia dicuntur esse analogia per attributionem ad vnum numerum, & si sint multa in numero hoc est per accidens respectu analogie, quia non reperitur in sanis analogia prout sanitas multiplicatur secundum numerum, sed reperitur ibi vniuocatio, vnde sanum de omnibus animalibus sanis dicitur vniuoco.

Ad rationes ad quartam primam iam patet solutio per iam dicta. C Ad secundam cum dicitur vniuoca sunt magis vnum quam analogia & tamen non sunt talia per aliquid quod vnum in numero, dico quod vniuocorum est vnitas, licet sit in specie vna & non vna numero in specie tamen maior est vnitas vniuocorum quam vnitas analogorum in numero, per quam vnitatem in numero omnia dicuntur esse talia sicut patet consideranti & ideo non ualet.

Et philosophia est de omnibus posse speculari. Nam si non philosophi quis erit qui inuestigabit: si idem Socrates & socrates sedens: aut si unum uni contrarium: aut quotiens dicitur &c. Tex. V.

Questio. V.

Q VERITVR vtrum vnum est principium numeri conuertatur cum ente, & vtrum sic, quoniam vtrum scribitur in libro de vnitate & vno. oem quod est ideo est, quia vnum numero est, sed vnum numero est principium numeri, ergo etc. Preterea omne quod est: est hoc aliquid sed quod est hoc aliquid est vnum numero, ergo &c.

In apposi.

Argu. 1.

Argu. 2.

2. huius: com. 4.

Com. 2.

Analogia tripliciter.

1. modo.

Com. 2.

2. modo.

3. modo.

Te. co. 2.

Analogia ad unum quatuor modis. 1. modo.

2. modo.

12. huius sc. co. 19.

3. modo.

4. modo.

D

E

Oia dicuntur analogia ad primum tam accidentia quam substantie.

com. 4.

Vnum in forma est unum in predicatione.

F

G Sanus vniuocum est ad animal ad primum.

Ad secundum.

Argu. 1. H Boc. ca. 1.

A In oppositum arguitur quia vnum quod est principium numeri attinet ad genus quantitatis non autem vnū quod cum ente conuertitur ergo.

ab alijs
Auc. 4.
metha. sup
ficientia,

Ad istam questionem dicunt aliqui quod vnū quod est principium numeri conuertitur cum ente, & ad hoc ostendendum procedunt sic. dicunt enim qd omne qd est in ente est in aliquo genere entis, sed cū nihil sit in genere quin sit in aliqua eius specie, & nihil sit in specie quin sit in aliquo eius indiuiduo illius speciei: & omne indiuiduum sit vnum numero, & vnum numero, est principium numeri, & ex hoc concludunt ipsi, quod vnum quod est principium numeri conuertitur cum ente. ¶ Isti non bene dicunt, quoniam non omne quod est in ente est in aliquo genere entis: qm̄ primum principium inuenitur in ente, non tamē est in genere, & etiam dicit cōmentator qd intelligentie sunt forme carentes genere ideo, &c. deficiunt etiā isti in alio quoniā non valet si hoc est hoc aliquid ergo est vnum numero, quia per aliud est hoc aliquid: & per aliud est vnum numero, qm̄ vnum quod est per suā entitatē & substantiā est hoc aliquid, & est vnum numero p̄ aliquid additum esse eius. & ideo aliter est dicendū, sicut mihi videtur quod vnū qd ē principium numeri nō conuertitur cum ente. Et ad hoc videndum est intelligendū quod nos possumus vnū quod est principium numeri cōparare ad suū genus, & ad numerū & ad arithmeticiū et ex istis tribus possumus cōcludere qd vnū quod est principium numeri non conuertitur cū ente. Si. n. nos cōparemus vnū quod est principium numeri ad suum genus, tunc patet quod vnum quod est principium numeri est de genere quantitatis & est quantitas discreta, ergo cū vnū quod est principium numeri non transcendat suū genus scilicet quantitātē & natura siue ens transcendit quantitātē, apparet & ita est quod tale vnum cum ente nō conuertitur. ¶ Istud et patet, si cōparemus vnū quod est principium numeri ad numerū, dicit enim philosophus in. 10. metha. quod numerus est quedam multitudo, & non omnis multitudo est numerus. Si ergo non omnis multitudo est numerus & cuiuslibet multitudinis principium est aliqua vnitas: tunc erit aliqua vnitas que non erit principium numeri, qm̄ si omnis vnitas esset principium numeri cum cuiuslibet multitudinis sit aliqua vnitas. iam omnis multitudo esset numerus quod est falsum, & ideo cum sit aliqua vnitas que non est principium numeri & omnis vnitas est ens, vel aliqua entitas iam erit aliqua entitas que non erit vnitas que est principium numeri, & sic apparet quod cum ens sit in plus quā vnum quod est principium numeri, quod vnū quod est principium numeri cū ente non conuertitur. ¶ Hoc idem patet, si nos comparemus vnum quod est principium numeri ad arithmeticiū. Si enim vnum quod est principium numeri conuertitur cum ente, tunc arithmeticius determinaret de omni ente, cū ergo nos videamus arithmeticiū considerare de vno quod est principium numeri, & de omnibus entibus que cadunt sub numero, & tamen non considerat de omni ente vniuersaliter apparet quod vnum quod est principium numeri non conuertitur cum ente. ¶ Et norandum quod prime due ratiōes probant quod vnum quod est principium numeri non conuertitur cum ente vera quantum ad significatum, tertia vero probat quod non conuertitur cum ente quantum ad suppositum.

tenet cum
S. tho. hic
tex. 3.

22. meth.
ex. cō. 4. 4

B
Ratiō pro
pria.

rō prima.
q̄ vnum
addit enti

rō 2. 4. c.
20. 21.

Ratiō. 3.

cipium numeri non oē hoc aliquid est vnum numero.
**Quoniam ergo unius in quantum est unum
& entis in quantum est ens eedem secundum se passiones sunt &c. Tex. V.**

Questio. VI.

QUERITUR Vnum possit esse aliquid vnū quod conuertatur cum ente, & videtur quod non, quia si aliquid vnum conuerteretur cū ente aut hoc est vnum quod est principium numeri, aut hoc est vnum quod est vnum per essentiam, sed neutrum istorum modorū potest esse, ergo &c. secundum assumptis. vnū. n. quod est principium numeri non potest conuerteri cū ente. qm̄ vnum quod est principium numeri non transcendit genus quantitatis, ens autē transcendit genus quantitatis, ergo vnum quod est principium numeri non conuertitur cū ente, vnū et quod est vnū per essentiam non potest conuerteri cū ente. bonū. n. secundum opinionē platonicoꝝ, & dī de eo quod est in actu, & de eo quod est bonū in potentia. Nā ille qui est sanus in actu non tm̄ dicitur esse bonus, immo ille et qui est sanus in potentia. Nā si aliquis sit sanabilis, hoc est alius bonitatis. Sed ens secundum quod ens dicitur tantum de eo quod in actu. Nunc autem ita est quod ipsi dicebant, quod vnum conuertitur cum bono, ita quod omne bonum est vnum, sed bonum est in plus quam ens, ergo & vnū est in plus quam ens, si ergo est in plus quam ens cū eo non conuertitur, igitur nec vnū per essentia nec vnū quod est principium numeri conuertitur cū ente. ¶ Preterea qm̄ aliquid diuisibile diuiditur in aliqua plura nullū diuisus est euacuās totū diuisum nec aliquid diuisiū potest conuerteri cū diuiso, sicut patet de animali respectu rationalis, et irrationalis, sed ens diuiditur in vnum & multa, ergo vnum conuertitur non poterit cum ente. ¶ Preterea arguitur sic sicut arguebat Parmenides. quicquid est preter ens est non ens vel nihil, ergo si vnum & ens conuertuntur quicquid est preter vnum est nihil. Si igitur vnum conuertitur cum ente, ergo tantum vnum est, sed ista est falsa tantum vnum est, ergo non conuertitur cū ente.

Argu. pri.

vnū quod
est princī
piū nume
riē de gē
quantita
ris.
R

Argu. 2o

Argu. 3o

G

Tex. c. 3.

H

Ad oppositum arguitur per dictum philosophi in littera, dicit enim philosophus quod ens & vnū se inuicē consequuntur & est eadem natura entis & vnus, sed nō vna ratione illa natura dicitur ens, & vnū ergo &c. Ad istam questionem est intelligendum quod ens et vnū conuertuntur, ita quod quicquid est ens est vnum, & quicquid est vnum est ens, & hoc patet sic, ad hoc enim quod aliqua se consequuntur sufficit quod ratio vnus consequatur ad esse alterius sicut patet, nam homo et risibile se consequuntur, quoniam risibile accipitur a tali proprietate que consequitur naturaliter naturam humanam. Nunc autem ita est quod ratio vnus est indiuisio. Nam ex hoc quod aliquid est indiuisum a se et diuisum ab alio, ex hoc aliquid dicitur esse vnum. Nunc autem ita est quod proprietates que est indiuisio a qua indiuisio sumitur ratio vnus illa indiuisio consequitur omnem entitatem. Nam eo ipso quod aliquid habet esse eo ipso est distinctum ab omni alio et indiuisum a se. Nam per illam eandem formā et materiā p̄ quā habeo q̄ sim homo habeo q̄ nō sim asinus et nō sim capra. et habeo esse distinctū ab oī alio, et ideo cum vnum importet talē proprietatem s. indiuisioem que consequitur omnē entitatē sicut de claratū est. patet qd vnum et ens conuertuntur et consequuntur se inuicē sicut dicit phīs, qd cuiūque cōperit ratio entis ei competit ratio, vnus et omne ens est vnum et oē vnū est ens, sed si ens et vnum conuertū-

A
Tmnum
quomodo
est vera.

tur si ista est vera tantum ens est, nonne ista est vera tantum vnum est. **C** Sine dubio istud est difficile videre, vtrum scilicet ista sit vera vel non. Intelligendū ergo quod quando aliqua duo habent aliquo modo contrarietatem inter se et aliquo modo non, tunc nihil prohibet. q̄ dictio exclusiua addita vni illorum nō vt habet oppositionem ad aliud quod non excludat reliquum, & quod dictio exclusiua addita vni illorum, prout habet oppositionem ad aliud quod excludat ipsum, verbi gratia, homo & animal non opponuntur simpliciter inter se, sed aliquo modo habent oppositionem inter se, sicut vniuersale & singulare, & ideo si dicatur sic tantum homo est non propter hoc sequitur ergo non animal est, quia animal includitur in ratione hominis nec additur ei ista dictio exclusiua tantū vt homo habet oppositionem aliquo modo ad animal. homo enim ut in se acceptus non habet oppositionem aliquo modo ad animal. Si autem diceret tantum particulare est bene sequitur, non ergo vniuersale est, quia particulare & vniuersale opponuntur. Similiter est de vno & de ente, nam licet vnum & ens importent eandem naturam, nec habent oppositionē simpliciter inter se nihilominus, vnum & ens aliquo modo opponuntur, nam ratio entis alia est a ratione vnus, & ab alio sumitur ratio entis & vnus, nam ratio entis sumitur ab esse, ratio vero vnus sumitur ab indiuisione, & ideo cum ratio entis sumatur ab esse nihil opponitur enti nisi non ens, cum non ens tantum opponatur ei a quo accipiebatur ratio entis scilicet esse, & ideo ista propositio est vera, tantum ens est, quia ista propositio respuit tantum non ens q̄ enti opponitur non autē quod accipitur ab indiuisione, & ideo illud quod opponitur vni est multum siue multitudo, & ideo cū dicitur sic tantum vnum est ista propositio respuit multa non esse siue multitudinem non esse, & cum omnis multitudo sit ens iam per istam propositionem sequetur quod aliquid quod est ens sit non ens, quia qui dicit vnum tantum esse excludit oppositū vni. s. multum esse & sic significat multū non esse, et cum omne multum sit ens tunc sequeretur sicut dictū est q̄ si tantum vnum est q̄ aliquid ens sit non ens & ideo propositio ista falsa est, tantum vnum est. licet ista sit vera tantū ens est, licet etiam ens, & vnum conuertantur.

C
Ad primam. Ad primam rationem cum dicitur bonum dicitur de eo quod est in potentia & de eo quod est in actu, ens aut non sed tantum de eo quod est in actu nam platonici posuerunt q̄ bonum erat maxime vniuersale, vnde si quereretur ab eis quid est deus diceret q̄ deus ē vnitas & bonitas, & post vnum & bonum ipsi ponebant q̄ ens est maxime cōmune. vnde dicitur in auctore de causis q̄ prima rerum creaturarū est esse. Sed isti decepti sunt ex hoc q̄ non accipiebant ens & bonum vniformiter, sed accipiebant bonum in sua vniuersali tate secundum q̄ bonum est cōe ad bonum in actu et ad bonum in potentia, sed non accipiebant ens vniformiter sed ipsum contrahebant ad ens in actu, & bene verum est ut ipsi dicebant, q̄ ens & bonum in actu conuertuntur similiter ens & vnum in actu conuertuntur, sed si nos accipiamus ens vniformiter secundum quod est commune ad ens in actu & ad ens in potentia, tunc oē ens est bonum & omne ens est vnum & omne bonum est ens & omne vnum est ens. ita q̄ sicut illud quod est bonum in actu complete participat rationem bonitatis, & sicut illud quod est bonum in potentia incomplete participat rationem bonitatis sic est de ente. Nam ens in actu cōplete habet entitatem, ens vero in potentia incomplete. **C** Et tunc ad alia est intelligendum quod quando aliquid diuisum diuiditur in aliqua diuisiua, si illa diuisiua sint impermi-

xta, verum est quod neutrum illorum continet totū diuisum, nec aliquid illorum conuertitur cum diuiso, sicut patet de rationabili, & de irrationabili respectu animalis, sed si illa diuisiua sint permixta ita q̄ rō vnus saluetur in alio saltem aliquo modo tūc nō oportet q̄ vnum illorum non contineat totū diuisum nec oportet quod vnum illorū non conuertatur cum diuiso, verbi gratia ens diuiditur in bonū & malū, sed ista. s. bonum & malū permixta sunt, nā ratio vnus saluetur in alio aliquo modo sicut ratio boni aliquo modo saluetur in malo. Nam non est dare pure malum sicut dicit philosophus in primo moralium, & ideo licet diuidatur ens in bonum & malum, quia tamen permixta sunt ita quod ratio vnus aliquo modo saluetur in alio, propter hoc ens sequitur quin bonum conuertatur cū ente & euacuet totū ens similiter se habet de vno & multo, quamuis enim ens diuidatur in vnum & multa, quia tamen ista sunt permixta. ita quod ratio vnus saluetur in multo. Nā sicut non est dare pure malum, sic non est dare pure multū, tamen nullum est multum quin sit aliq̄ modo vni sicut dicit proculus quod omnis multitudo in vnitate radicatur & reducit in aliquam vnitatem, & propter hoc cum vnum & multa sint permixta nihil prohibet quin ens diuidatur in vni & multum cum conuertatur vnum cum ente & euacuet tantum ens. **C** Ad tertium dicitur q̄ licet vnum & ens conuertantur differunt tamē ratione ideo non sequitur tantū ens est ergo tantū vnum est habet enim aliquam oppositionem.

Questio. VII.

Q VERITVR Vtrum vnum addat aliquid supra ens, et videtur quod sic quoniam si vni non adderet aliquid supra ens, tunc vnum non esset posterius ad ens, sed hoc est falsum, quia vnum posterius intelligitur quam ens ergo etc. **F** Oppositū arguitur sic. dicit enim philosophus quod ens et vni non separantur in generatione et corruptione, sed si vnum adderet aliquid super ens tunc ens vnum posset corrumpi absque eo quod corrumperetur ens, sed hoc est falsum ergo etc.

Ad istam questionem possumus dicere quod vnum addit aliquid sup̄ ens, et hoc patet, primo ex dicto Auic. dicit enim Auic. in principio sue methaph. quod ens et res primo imprimuntur in anima, et impressiones istorum nō precedit impressio alicuius, sed omnia alia ab ente posterius impressa sunt in anima, et talia se habent per additionem ad illud quod primo intelligitur, sed ens et vnum sunt hmōi, quoniam ens primo imprimitur in anima propter hoc dico quod, vnum addit aliquid super ens. **F** Preterea hoc idem possumus accipere ex dicto philosophi. dicit enim philosophus in littera quod illud principium de quolibet aut negatio aut affirmatio vera est primum principium inter omnia complexa, sed non dignitas sed complexum non potest esse primum nisi quia simplicia eius prima sunt simplicia eius sunt ens et non ens, que sunt omnium prima, et ideo patet per philosophum, quod ensest primo apprehensum ab anima inter omnia que apprehenduntur ab ipsa, sed omne quod, posterius apprehenditur se habet per additionem ad illud quod primo apprehenditur. Sed quid sit illud quod addit vnum super ens sine dubio hoc est difficile, dicit enim Auicenne vt sibi imponit commentator quod sicut album et musicum addunt aliquid reale super aliud siue super naturam rei, sic vnum addit aliquid reale super ens, sed hoc stare non potest, nam si hoc esset verū tūc ens et vnum separari possent in corruptione: ita quod posset corrumpi ens vnum et tamen nō corrumperetur ens, quoniam quecumque aliqua ita se habent quod vnum

E
Regula de
continen-
do diuisū
adiuidēte.

Cap. 7.

F
Ad tertium

Argum. 1.

In. 7. l. c. 3.

G
Positio
Auicē.

H
Positio
Auicē.
H
Contra
Auicē.

B
Ratio di-
uerfa tol-
lit ex clu-
sionem.

C
Ad primam.

Positio
plato.

Propositi-
one. 4.

Contra
platonis.

D
Ens in po-
tentia est
ens in cō-
pletum.
Ad secun-

A vnum addit aliquid reale super aliud, vñū potest corrumpti alio remanente. sicut patet, potest corrumpti homo albus cum tamen remaneat homo. & sic esset de ente & uno si vnum adderet aliquid reale super ens si cur ponit Auicen. & propter hoc oportet alium modū inuenire, & hunc ponit commenta. dicens quod unum non addit aliquid reale super ens, sed tantum rationis. & dicit sic commenta. q̄ in specialibus est ita. quod licet vnum speciale addat aliquid reale super alterū. bene potest esse quod vnum illorum conuertatur cum reliquo. sicut patet de homine & de risibili. Sed in generalibus & transcendentibus non est rationabile quod vnum addat aliquid reale super aliud. & tamen conuertatur cum eo. Et ad hoc declarandum intelligamus duas propositiones. scilicet quod transcendens a transcendēti differt in duobus. primo quoniam transcendens potest dici de omnibus, non transcendens autem de omnibus predicari non potest. & ista propositio est per se vera, secunda propositio est. quod illud quod inest alicui ratione transcendentis, non tantum inest ei & omnibus talibus. verum etiam inest omnibus que continentur sub eo respectu transcendentis, sicut patet. si enim aliquid inest homini non ratione hominis, sed ratione animalis illud non tantum inest omnibus hominibus, imo inest omnibus que sunt sub animali. ex his duabus propositionibus arguit commentator sic. quod si vnum adderet aliquid reale super ens. tunc quero de illo reali superaddito, vtrum sit vnum aut non. si tu dicas quod illud superadditum non est vnum. tunc hoc est contra primam propositionem. scilicet quod transcendens predicatur de omnibus. Si tu dicas quod illud superadditum est vnum. tunc quero vtrum sit vnum per aliquid superadditum aut non. si tu dicas quod tale superadditum non est vnum per se, sed per aliquid superadditum, tunc etiam queram de alio superaddito, & sic esset abire in infinitum. ¶ Si tu dicas quod illud superadditum reale ipsi enti non sit vnum per aliquid sibi additum, sed sit vnum per illud quod est ens, tunc eadem ratione dicam de primo ente, nam secunda propositio dicebat quod illud quod inest alicui ratione transcendentis inest omnibus alijs. & ideo si illud vnum superadditum non est vnum per aliud sibi additum, sed est vnum ratione qua ens tunc illud inest omnibus entibus. ita. scilicet quod vnum quod est ens erit vnum per illud per quod est ens, vnde illud argumentum quādoque non est standum. in primis est procedere in infinitum. non est bonum nisi comparatio sit vniformis inter ea. vnde si sit comparatio vniformis inter ea optimum argumentum est. scilicet q̄ si non est standum in primis ergo est procedere in infinitum. & sic est in proposito. & ideo si aliquid ens non esset vnum per se. sed per aliquid superadditum tunc in infinitū esset processus in illud vnum sicut dicit commentator in litera. Similiter argumentum illud. scilicet quod si statur in aliquo, ergo in primo. non valet vbi non sit comparatio vniformis inter ea & tunc si sit comparatio vniformis inter ipsa optime valet. & ideo cum in proposito sit vniformis comparatio si sit accipere aliquid vnum super additum quod non sit vnum per aliquid aliud sed sit vnum ratione qua est ens tunc eadem ratione standū est in primo cum sit ibi vniformis comparatio. & sic patet quod vnum non addit aliquid reale supra ens. et q̄ cum ente conuertitur.

B ad rationem patet solutio. nam cum philosophus ait, q̄ non addit aliquid reale alicui quamuis nō separentur in generatione nec in corruptione nō excluditur quā addat aliquid rationis &c.

Q VERITVR vtrum unum addat aliquid rationis supra ens. & videtur quod nō. quoniam ens & vnum important eadem naturam. ergo cum ens non importet aliquid rationis videtur quod vnum non addat aliquid rationis supra ens. ¶ Preterea ratio vnus sumitur ab indiuisione sed indiuisio est priuatio multitudinis, ergo vnum est priuatio multitudinis, sed priuatio cognoscitur per habitum ergo vñū cognoscit p̄ multitudinē ergo multitudo est prior uno. **I**n oppo. arguitur, quia si non adderet sicut est vera ista tantum ens est ita ista est vera tantum vnum est. **A**d istam questionem intelligendum est quod sicut dicit Auicen. ens & res. primo imprimuntur in anima et omnia alia ab ente posterius imprimuntur in anima. & ideo cum vñū sit posterius ad ens, & omne posterius addat aliquid super illud cuius est posterius oportet q̄ vnum cum posterius se habeat ad intellectum entis, quod addat aliquid super ens. nunc autem ita est quod vnum posterius se haberi ad intellectum entis potest dupliciter esse. vel ita quod vnum sit aliquis modus specialis essendi. vel ita quod vnum addat aliquid super ens. sed vnum non potest se habere posterius ad intellectum entis. ita quod sit quasi specialis modus essendi. quoniam si vnum esset modus specialis tunc cōtra heret ens & tunc non posset conuerti cum ente. relinquatur ergo quod vnum sic sit posterius ad intellectū entis quod addit aliquid super ens. Nunc ita est q̄ omne quod addit alicui est preter naturam eius cui additur & illud cui sit additio non potest predicari de eo, quod additur sibi. et ideo cum sint duo que sunt preter rationem entis, de quibus ens non possit predicari. scilicet relationes & priuationes, quia priuationes de se nō sunt aliquid sed sunt non aliquid. vnde dicit philosophus. i. phibitorum quod priuatio de se est non ens. Relationes etiam de se non sunt aliquid. sed sunt ad aliquid. & ideo oportet quod vnum addat tale quid super ens quod illud sit preter rationem entis & hoc non potest esse nisi illud sit priuatio vel relatio. Et tunc dico q̄ vnum non addit aliquid rationis super ens immo bonum & verum addunt hoc. scilicet aliquid rationis super ens. Nā verum addit rationem ad intellectum. bonum vero rationem ad appetitum. vnum autē addit super ens priuationem. scilicet indiuisiōnem. vnde ratio vnus accipitur ab indiuisiōne. nam ex hoc aliquid dicitur esse vnum, quia est indiuisum in se & diuisum ab omni alio et ex hoc patet quid veritatis habeat illa distinctio que sit communiter quod vnum & ens conuertuntur quantum ad supposita, sed non conuertuntur quantum ad significata. nam ista distinctio & est vera & est falsa. quoniam si tu intelligas quod aliqua nā significatur nomine vnus que non significetur per ens, falsum intelligis. Si autem intelligas quod non conuertuntur in significato sic intelligendo quia est aliqua natura subiecta cui nature competeūt ille due proprietates a quibus accipitur ratio vnus & ratio entis. nā ratio vnus est ratio indiuisiōnis. ratio autem entis est ratio essendi. & sic debemus intelligere quod ens & unum non conuertuntur in significato, non quia sit alia natura vnus & alia entis significata. sed quia alia est ratio a qua accipitur nomen vnus & alia ratio est a qua accipitur nomen entis. Et tunc ad rationem primam cū dicitur si vnum adderet aliquid super ens non esset eadem natura entis & vnus. dico quod debemus sic intelligere quod entis et vnus est eadem natura sed nō sub eadem ratione considerata uel significata sicut dicit philosophus in litera. Ad aliud cum dicitur vñū dicit priuationem multitudinis. dicunt aliqui quod vñū dicit priuationem diuisiōnis & non priuationem multitudinis. ita quod intellectus primo intelligit rem esse

Responso propria. In hoc. 4. 60.3.

Transcendens dicitur a non transcendentem in duobus

Si non datur ultimū standum ē in primo, valet in vniformibus.

Ad rōnes Vnum addit enti quod rationis.

Argu. 2. Argu. 3.

Additum est preter naturam eius cui additur.

T. c. 75.

Ens & unum non conuertuntur quantum ad significata sed quantum ad supposita.

Ratio vnus indiuisio. Rō entis ipm esse.

Ad prim.

Ad 2.

A & postea intelligit rem non esse & intelligendo hoc dicunt q̄ intellectus intelligit rem esse vnam. Sed illud non videtur esse ad intentionem philosophi, & commentatoris. Nam, philosophus et commentator dicit quod vñ dicit priuationem multitudinis, & ideo cū sint credendi videtur mihi quod melius, possumus dicere, s. quod vnum dicit priuationem multitudinis, sed illa priuatio multitudinis magis est secundum modū intelligendi et intellectum quam secundum rem et veritatem. Nam si esset lapis vnus & non esset aliquid aliud in toto mundo nisi solus ille lapis adhuc sequeretur quod esset ille lapis vnus, & ideo licet vnum dicat priuationem multitudinis, illa priuatio est magis secundum intellectum quam secundum rem. vel possumus dicere sicut dicit Auic. quod multitudo est notior secundum imaginationem & sensum quā sit vnitas, tamen vnitas est magis nota secundum intellectū quam sit multitudo ideo &c.

Questio. IX.

B
Argum. 1.

QUERITUR Vtrum differat vnum quod est principium numeri ab vno quod est conuertibile cum ente, quia enim videtur communiter assignari talis differentia, s. quod vnum quod est conuertibile cum ente non addit super ens nisi priuationē, vnum autem quod est principium numeri non dicit priuationem, sed dicit aliquid positium ideo querit vñ hoc habeat veritatem, s. quod vnum quod est principium numeri non dicit aliquid priuationem, sed aliquid positum, & videtur quod non, quoniam vñ qđ conuertitur cum ente dicitur importare priuationem multitudinis, si ergo vnum quod conuertitur cum ente dicitur importare priuationem & non aliquid positum cum importet priuationem multitudinis cum vnum quod est principium numeri, importet priuationem multitudinis, videtur quod talis differentia nō debeat assignari inter vnum quod est principium numeri, et vnum quod conuertitur cum ente. Preterea dicit philosophus in 5. methaphisice q̄ vnitas nullo modo diuisionem importat nec positionem & vnitas est principium numeri, ergo videtur quod vñ quod est principium numeri non dicit aliquid positum, ergo &c.

Argu. 2.
T. c. 11.

C In oppositum arguitur quia vnum quod est principium numeri est determinati generis, s. quantitatis non autem vnum quod cum ente conuertitur quare.

A distam questionem dico quod vnum quod est principium numeri non addit aliquid priuariū super ens sed aliquid positium, ratio cuius est, quia illud quod est per se ens potest esse principium entis per se, cū ergo quantitas sit ens per se, vt dicit philosophus in 5. methaphi. & vnum quod est principium numeri et numerus sit quantitas tunc vnum quod est principium numeri est principium entis per se, s. quantitatis, ergo vnum quod est principium numeri non potest importare priuationem. Preterea species entis nō potest constitui ex non ente per se, ergo cū numerus sit species entis ipsius numeri non potest per se esse principium aliquid, s. quod sit non ens, cum ergo vnum sit principium numeri impossibile est quod vnum quod est principium numeri importet priuationem, cū priuatio sit non ens per se, sicut dicit philosophus in 1. phisicorū.

T. c. 14.

Argu. 3.

patet ergo quod vnum quod est principium numeri, non importat priuationem, tum quia est principium entis per se, tum quia species entis ex non ente constitui non potest, sed quid illud sit quod importat vnum qđ est principium numeri, valde difficile est, multi videntur dicere quod illud positium quod importat vnum est mensuratio quedam & hoc propter istam rationē, quoniam ratio quantitatis sumitur a mensuratione, vnde de ratione quantitatis est mensurare & cum ra-

D
T. c. 75.

tio mensure maxime saluetur in quantitate discreta, & vnum est principium quantitatis discrete, propter hoc dicunt ipsi q̄ illud positium quod vnum quod est principium numeri importat est mensura quedam.

C Sed credo quod hoc non sit bene dictum, quoniam mensura est relatio quedam, ergo commensuratio est relatio quedam. Nunc autem ita est q̄ numerus est species entis absoluta, tunc arguo sicut arguebatur prius, s. q̄ vnum non possit importare aliquid priuariū, quia species entis ex non ente constitui non potest sic arguo hic, quod cum vnum sit species entis absoluta & commensuratio sit quedam species entis non absoluta, quia relatio quedam est que est per comparisonem ad aliud, & ideo sicut species entis non potest constitui ex non ente, sic species absoluta non potest constitui ex non absoluta, ergo numerus qui est species entis absoluta non potest constitui ex commensuratione que est species entis respectiua, & sic vnum quod est principium numeri non importat commensurationem, & ideo melius potest dici pro quo intelligendum est q̄ res que dicitur quantitas forma quedam est, & potest considerari illa forma dupliciter, uno modo secundum q̄ illa forma perficit rem in se & absolute, alio modo secundum q̄ perficit rem non in se, sed per comparisonem ad suas partes, vnde simile est de sensu & de intellectu, quia sensus sicut probat prospectius fertur in totam rem primo aspectu, & postea fertur in re per comparisonem ad suas partes similiter est de intellectu, Nam intellectus primo fertur in rem totam, non quia primo fertur in rem per comparisonem ad suas partes, sed fertur ipse intellectus in rem totam primo aspectu rem ipsam cognoscens, & postea cognoscit re per comparisonem ad suas partes, Nunc dico quod illa forma que est vel dicitur quantitas quecumque sit illa, primo perficit rem in se subiectam, sicut intellectus primo intelligit rem in se, & etiam illa eadem forma non tantum perficit rem in se, sed perficit rem per comparisonem ad suas partes, Sicut est vna & eadē res que dicitur actio et passio non differens secundum re, & illa eadem res est ab agente & est in patiente sic dico q̄ est vna & eadem forma secundum rem quecumque sit illa que perficit rem in se & perficit rem per comparisonem ad suas partes, tunc dico q̄ illa forma secundum quod perficit rem in se non per comparisonem ad suas partes, illa forma sic considerata dicitur vnitas que est principium numeri, sicut res ipsa dicitur actio secundum q̄ est ab agente, Illa autem eadē res secundum quod perficit rem per comparisonem ad suas partes dicitur quantitas continua, sicut eadem res secundum quod est in patiente dicitur passio, & sub istis rationibus vna & eadem res considerata facit diuersa predicamenta, ut predicamentum actionis et passionis, & tamen est vnus & idem actus realiter actio & passio, Similiter est vna realiter forma, que perficit rem in se et perficit rem in comparisonem ad suas partes & secundum quod illa forma intelligitur ab intellectu ut perficiens rem in se dicitur vnitas que est principium numeri, secundum autem quod illa eadē forma intelligitur ab intellectu actu perficiens rem subiectam, s. ipsum subiectum per comparisonem ad suas partes, dicitur illa forma sic considerata quantitas continua, Ita quod sicut actio et passio sunt vna & eadē res differunt tamē secundum rationem prout est ab agente et prout in patiente sic est vna & eadem forma secundum rem quecumque sit illa que dicitur vnitas que est principium numeri, et que est quantitas continua, sed differunt secundum rationem, quia sicut vnum est illa forma dicitur vnitas que est principium numeri secundum quod perficit rem in se, dicitur etiam quantitas continua

E
Rēspō
propria.
F
Quantitas
dupl. con
sideratur,

Sensus &
intel. pri
mo feruntur
in totum,

G
Vna res p
dicamen
a facit di
uersa.

H

continua secundum quod intelligitur, ut perficiens re in comparationem ad suas partes. Et si sic dicatur credo quod potest per hoc reddi causa omnium eorum que dicuntur de vno. dicitur enim quod quantitas discreta est prior quam sit quantitas continua. quoniam prius est intelligere rem in se quam per comparationem ad suas partes. quia illa eadem forma dicitur vnitas que est principium numeri vt perficiens rem in se que dicitur quantitas continua secundum quod intelligitur illa forma, vt perficiens rem in comparationem ad suas partes. propter hoc quantitas discreta dicitur prior quantitate continua sicut actio dicitur esse prior quam passio naturaliter, quoniam esse ab agente secundum naturam prius est quam esse in patiente. et propter hoc actio prior est passione. & sic dicitur quantitas discreta esse prior continua. Ex hoc etiam potest reddi causa quare in diffinitione continui ponuntur partes et in diffinitione vnitatum ponitur priuatio partium. & ratio asseruari potest per illud quod dictum est. dictum est enim quod illa forma dicitur quantitas continua secundum quod intelligitur, ut perficiens rem per comparationem ad suas partes. & propter hoc in diffinitione continui ponuntur partes. v. quod continuum est cuius partes copulantur ad aliquem communem terminum. vnitas vero que est principium numeri diffinitur per priuationem partium cuius ratio est. quoniam illa forma secundum quod intelligitur ut perficiens rem in se dicitur vnitas que est principium numeri. & propter hoc non diffinitur per partes sed per priuationem partium. dicitur etiam quod vnitas non est substantia posita. punctus autem est substantia posita cuius ratio est, quia positio importat situm partium & ordinem partium. vnde positio nihil aliud est quam quedam ordinatio & situs partium in toto. & ideo cum illa forma dicatur quantitas continua secundum quod intelligitur vt perficiens rem in comparationem ad suas partes & punctus est principium quantitatis continue & videtur esse quedam ordinatio partium. propter hoc dicitur esse substantia posita, vnde non dicitur punctus substantia posita quia sit in re materiali, sed dicitur substantia posita propter illud quod dictum est. vnitas autem non dicitur substantia posita propter hoc, quia vnitas non sit in re materiali sed dicitur vnitas non esse substantia posita, quia vnitas nihil aliud est quam forma intellecta vt perficiens rem in se, non in comparatione ad suas partes, & quia vnitas vt quodammodo importat ordinem partium. propter hoc vnitas dicitur substantia non posita. punctus autem dicitur substantia posita, & sic potest reddi causa omnium eorum, que dicuntur de vno & quantitate. Est autem intelligendum quod circa rationem sunt quatuor vnitates. Illa enim forma secundum quod dat rei subiecte esse in se dicitur vnitas que est principium numeri & ista vnitas que est principium numeri non reducitur in unum quod conuertitur cum ente, quoniam vnum quod conuertitur cum ente dicitur priuationem. hec autem vnitas non est priuatio immo est quedam forma. & ideo illa vnitas non reducitur in vnum quod conuertitur cum ente sed reducitur in entitatem. Ista etiam forma dicitur vnitas quedam secundum quod perficit rem in comparationem ad suas partes. & etiam ista vnitas non reducitur in vnum quod conuertitur cum ente, quoniam ista vnitas non est priuatio, sed est quantitas. vnum autem quod conuertitur cum ente est priuatio quedam, & propter hoc ista vnitas non reducitur in vnum quod conuertitur cum ente sed reducitur in ens. Sunt autem & alie due vnitates. Nam sicut sunt due vnitates secundum quod ista forma dat duo esse hoc & hoc. & ille due vnitates non reducuntur in vnum quod conuertitur

tur cum ente. sic sunt due vnitates secundum quod illa forma dat duo esse hoc & hoc & iste due vnitates secundum quod dat illa forma duo esse hoc & hoc reducuntur in vnum quod conuertitur cum ente. quoniam sunt priuationes quedam. Est autem ulterius intelligendum quod licet vnitas que est principium numeri & vnitas que est quantitas continua sit vna & eadem forma sicut actio & passio sunt una & eadem res. tamen vnitas que est principium numeri, non meretur dici quantitas sed principium quantitatis. quoniam de ratione quantitatis est habere partes. & quia forma intellecta secundum quod perficit rem cui inest absolute non in comparatione ad suas partes propter hoc vnitas que est principium numeri non dicitur quantitas sed principium numeri. Illa autem vnitas que dicitur secundum quod perficit rem in comparationem ad suas partes, dicitur quantitas. Ad primum dicitur quod vnum quod conuertitur cum ente dicitur priuationem. quia dicitur indiuisiorem sui. vnum quod est principium numeri ponit ordinem partium numeri. Ad secundum similiter loquitur philosophus de unitate que conuertitur cum entitate.

Q V E S T I O. X.
 V E R I T V R. An vnū quod est principium numeri inueniatur in substantiis separatis. & videtur quod sic. quoniam vnum quod est principium numeri videtur importare quandam commensurationem. sed commensuratio inuenitur in substantiis separatis, ergo &c. Preterea vnitas non habet positionem. ergo in illis videtur esse vnitas que nullam habet positionem. et tales sunt substantie separate, ergo &c. Preterea vnitas est indiuisibilis. ergo in illis videtur posse inueniri talis vnitas que sunt maxime indiuisibilia. substantie autem separate sunt maxime indiuisibiles ergo &c. Ad oppositum arguitur sic. si vnū quod est principium numeri inueniretur in omni ente, sequitur quod arithmeticus determinet de omni ente. cum ergo arithmeticus non determinet de omni ente. & tamen determinat de omnibus ad que se extendit numerus. videtur quod vnum quod est principium numeri non inueniatur in substantiis separatis.

A d istam questionem dicunt quidam quod vnum quod est principium numeri conuertitur & conuenit omnibus entibus & substantiis separatis. & hii fuerunt platonici. quoniam platonici posuerunt quod numeri essent substantie ipsarum rerum. & propter hoc cum ipsi ponerent numeros esse substantias omnium rerum dixerunt quod vnum quod est principium numeri inueniretur in substantiis separatis. Ista positio non potest stare. Impossibile enim est quod numeri sint substantie rerum quia numerus est species quantitatis, & species quantitatis est accidens. & ideo numerus est accidens. & ideo cum impossibile sit accidens esse substantiam rei impossibile est numerus esse substantiam omnium rerum, sicut ipsi ponebant. Posuerunt etiam quidam similiter sicut Auicenna. dicit Auicenna quod vnum quod est principium numeri importat quoddam accidens quod in omnibus entibus inuenitur. & propter hoc inueniebatur in substantiis separatis et in omnibus entibus. Ista positio stare non potest cum inueniatur aliquid ens in quo non inuenitur aliquid per accidens. Preterea illud per accidens quod importat vnum non est non ens. cum ergo ens transcendat quantitatem, et vnum quod est principium numeri non transcendat quantitatem apparet quod vnū non inuenitur in omni ente. Sed quantum ex verbis Auicenne possumus apprehendere bene sentiebat Auicenna. quod vnum. dicebatur ab indiuisione sed illud quod decepit ipsum Auicennam fuit. quia credidit quod ad rationem vnitatis sufficit illa priuatio, a qua priuatione sumitur ratio unius. et hoc non videtur esse

A
 Quiditas discreta, quare potest continua.
 Continuum cur diffinitur p partes.
 B
 Quid punctus.
 Quid unitas.
 Quid potest.
 C
 D

B
 Ad prim.
 F
 Ad. 2.
 Argu. 1.
 Argu. 2.
 Argu. 3.
 G
 Positio Plato.
 Contra Plato.
 Pō Auic.
 Cōtra Auic.
 H

A se verum, nam illa priuatio non est nisi secundum modum intelligendi, vel ipse forte fuit sic deceptus in hoc scilicet quod credidit illam priuationem a qua accipitur ratio vnius significari nomine vnius. **C** Alij tamen aliter dicunt quod in substantijs separatis non inuenitur vnū quod est principium numeri, quoniam dicunt ipsi vnū quod est principium numeri dicit aliquid per accūs et omne per accidens, est per materiam, cum ergo in substantijs separatis non sit materia dicunt ipsi quod vnum, quod est principium numeri non poterit esse in substantijs separatis. **C** Sine dubio conclusio istius positionis, vera est, sicut credo, sed ratio non est bona, quoniam in substantijs separatis bene inuenitur aliquid per accūs licet careant omni materia. Nam substantie separate sunt composite ex infinito & finito, vnde sicut forma materialis recipitur in materia, sic esse in eis recipit in natura, vnde vnum quod est principium numeri non importat quodcunque accidens sed importat principium quantitatis accidens autem hoc in eis non inuenit quantitas, et propter hoc melius est dicendum sicut mihi videtur quod vnum quod est principium numeri non inuenitur in substantijs separatis, quoniam numerus nihil aliud est quam vnitas replicata, cum ergo ut commentator dicit in 12. numeratio fiat per materiam & materia non sit in ipsis substantijs separatis patet quod vnum, quod est principium numeri in substantijs separatis inueniri non potest.

S. Tho. 1. par. 9. 30. ar. 2.

in hq. bA

2. bA

12. meth. co. 49.

Ad prim. Ibi reperitur commentatio duratioris, ex trinfeca non quantitatatis. Ad. 2. Ad. 3.

Ad rationem primam cum dicitur, vnū quod est principium numeri videtur importare, commensurationē, qualiter autem in substantijs separatis inueniatur mensuratio hoc patebit in .x. **C** Ad aliud cum dicitur vnitas non habet potentiam, dico quod vnitas per se non habet potentiam, per accidens, tamen bene habet sicut fuit visum in precedenti questione, sed quia substantie separate nec per se, nec per accidens habent positionē, **A**d tertium non omnis indiuisibilitas est vnitas principium numeri.

Questio. XI.

Q VERITVR Vtrum de vnitate que est principium numeri possit predicari quantitas, & videtur quod sic, quoniam sicut se habent principia substantie ad substantiam ita se habent principia quantitatis ad quantitatem, sed de principijs substantie predicatur substantia, ergo de principijs quantitatis predicabitur quantitas. **P**reterea si de principijs quantitatis non predicaretur quantitas aut esset quia magis habet esse quam substantia aut quia minus habet esse, sed quantitas non habet magis esse quam substantia & ideo non dicitur quantitas non predicari de suis principijs quia ipsa habeat maxime esse, ergo si non predicatur de suis principijs, hoc est quia habet minimū eē, sed hoc non potest esse quia relatio inter cetera entia ē minime ens, & tamē predicatur de suis principijs. Nā sicut dicit philosophus principia relationis sunt relationes, ergo &c. **P** Ad oppositum arguitur sic, de ratione quantitatis est habere partes, sed vnitas que est principium numeri & punctus non habet partes, ergo &c. **A**d istam questionem est intelligendum quod latet equiuocationes in generibus, nunc autem quedam dicta est analogia, que tollit naturam generis, quedam autem est que non tollit immo sequitur genus & predicatur etiam vnioce, sed est intelligendum quod triplex est analogia quedam est analogia que est secundum quod analogum nobilius saluatur in albo quā in nigro. Nūc autem ita est quod aliquid sicut genus predicari non potest de principijs & principiatibus cum in principijs & principiatibus non sit aliquid commune quod equaliter predicetur de principijs & principiatibus, & ideo non est sic

Argu. 1.

Argu. 2.

2. huius 4. 19.

D

Analogia trip.

dicendum quod substantia que est genus predicatur de materia & forma & composito sicut genus sed predicatur de eis sicut analogum. Substantia enim que est genus non predicatur sicut genus nisi de substantijs compositis, sed de istis principijs & principiatibus bene predicatur aliquando aliquod analogum ita quod aliquando sic & aliquando non, quando enim aliquid competit principijs & principiatibus, ita quod principijs per naturam principiatorum, tunc de ipsis principijs & principiatibus potest aliquid predicari analogice, ita quod ratio analogie illius accipitur ab eo quod erat vnus per se et aliter per naturam alterius & sic de materia & forma predicari potest hoc nomen substantia, sed hoc est analogice ex hoc quod materia & forma aliquo modo conueniunt in ratione a qua accipitur nomen substantie. Nam nomen substantie accipitur ab substare, vel hmōi, & quia materia & forma conueniunt in ratione illa propter hoc materia & forma que sunt principia substantie composite conueniunt analogice in nomine substantie, sed quantitas non predicatur de vnitate nec de puncto, sicut dictum est prius, nec etiā analogice, quoniam oportet tunc quod vnitas & punctus conueniret in ratione a qua accipitur nomen quantitatis. Nunc autem ita est quod nomen quantitatis videtur sumi ex diuisione. Nam de ratione quantitatis est habere partes, & ideo dico cum vnitas & punctus nullo modo conueniunt in ratione ista a qua accipitur nomen quantitatis dico quod nec analogice, nec sicut genus predicatur quantitas de principijs quantitatis.

Substantia analogica dicitur de principijs.

Substantia a substantia.

F

Ad prim.

Ad. 2.

Ad rationem primam cum dicitur principia substantie, &c. dico quod non est simile de principijs substantie & de principijs quantitatis, quoniam principia substantie, scilicet materia & forma quodammodo participant de ratione a qua accipitur nomen substantie, principium autem quantitatis non conuenit in ratione a qua accipitur nomen quantitatis sicut dictum est. **P** Ad aliud dicendum, quod quantitas non predicatur de principijs quantitatis, quia habeat maxime esse, nec quia habeat minime esse, sed propter illud quod dictum est, si quis tamen vellet dicere quod nomen quantitatis, accipitur ab aliquo siue ab aliqua proprietate in qua conuenire possunt vnitas & punctus posset dici quod quantitas diceretur de his analogice, & conueniret analogice in nomine quantitatis sed illam proprietatem non bene video nec forte est possibile, &c.

Sunt autem quidam qui ut diximus dicebant contingere idem esse & esse non esse et existimare &c. **Tex. IX.**

Questio. XII.

Q VERITVR Vtrum circa illud principium impossibile est aliquid simul esse & non esse possibile sit error, & videtur quod sic, quoniam principia in speculabilibus se habent sicut finis in agibilibus et primum principium in speculabilibus videtur se habere sicut primum finis in agibilibus in primo possibile est error sicut patet primo moral. ergo videtur quod in primo principio in speculabilibus potest esse error. **P**reterea non sit quod impossibile est fieri, sed Eraclitus et Anaxagoras errauerunt circa illud principium, ergo circa ipsum est error possibilis.

Argu. 1.

H Cap. 6. Arg. 2.

In oppo. est philosophus in hoc tex. t. 9. **A**d istam questionem possumus dicere quod circa illud principium dicere possibile esse errorem, hoc potest esse dupliciter aut directe aut indirecte, tunc dico quod circa illud principium errorem esse directe non est possibile, quoniam ad hoc quod sit error directe circa aliquid quod requiruntur plura, primum est quod intelligat in actu

Ad errorem in primo, requiritur primo.

A in actu ille qui errat. quia quando intelligit aliquis in potentia circa illud non errat. secundum quod requiritur est qd habeat aliquam rationem que faciat ipsum opinari contrarium veritati. nam sine aliqua ratione non contingit aliquem opinari contrarium veritati. tertium quod requiritur est qd illud circa quod fit error lateat ipsum qui errat sicut dicit philosophus in litera. Omnes decipiuntur circa que ignorant. **C** Nunc dico quod si nos inspiciamus ad illa tria non est possibilis error, circa illud principium, quoniam intellectus in actu non potest intelligere intelligibile nisi prius informetur specie illius intelligibilis, ita quod aliqua species sibi apposta non informetur & cum intellectus in actu presupponat principium illud, s. quod impossibile est aliquid esse simul & non esse, propter quod non est possibilis error circa illud principium si nos aspiciamus ad intellectum in actu, quoniam sicut visum est intellectus in actu non potest intelligere nisi presupponat illud principium. **P** Preterea si advertamus ad secundum patet qd circa illud principium non possumus errare, quoniam non habemus aliquam rationem in contrarium. Nam cum omnis ratio sit ex propositionibus & omnis propositio innitur isti principio & ipsum presupponit patet quod circa ipsum non possumus errare directe per aliquam rationem que faciat nos assentire opposito huius principij. **P** Preterea patet qd non possumus errare circa illud principium si nos aspiciamus ad tertium, s. qd illud circa quod fit error later illum qui errat. Nam sicut dicit commentator in 2. de anima sensus non errat circa propria & intellectus similiter non errat circa communia & maxime circa illud communissimum ad quod omnia alia reducuntur inter cuius uirtute oia alia radicantur, s. principia & sic patet qd non est possibilis error circa istud principium directe, tum quia non potest intellectus in actu intelligere nisi prius presupponatur ueritas huius, tum quia non possumus habere rationem in contrarium huius principij tum etiam quia illud principium non latet sed maxime apparet, & est sicut locus ianue in domo. Sed est ne possibilis error circa ipsum indirecte dicendum est qd sic, & hoc dupliciter uel quia aliquis ponit aliquid ad quod sequitur negatio istius principij & concessio oppositi ipsius & sic errauit circa ipsum Anaxa, qui posuit quodlibet de quolibet verificari, & sic quicumq; ponit aliquam propositionem falsam negat illud principium, sicut ille qui ponit aliquam propositionem veram ponit illud principium. Nam sicut omnis propositio uera que cunq; sit illa aut conclusio aut principium innitur isti principio, s. de quolibet &c. & cum omnis propositio falsa quecunq; sit illa aut conclusio aut oppositum principij innitur principio opposito illius principij, ita qd qui ponit aliquid falsum ponit oppositum istius principij alio modo errare conuenit circa illud principium indirecte sicut quando aliquis ignorat aliquam conditionem que requiritur ad aliquam veram conditionem et sic errauit Eracitus circa illud principium non enim ponit ipse aliquid simul esse & non esse, sed posuit Eracitus entia esse in tanto fluxu, & in tanta transmutatione quod si dixisset aliquis, sor. currit, ita cito esset transmutatus quod verum fuisset dicere de ipso sor. non currit, ita dicebat ipse quod non contingerat loqui, sed tantum digito monstrare nisi esset mentiens. **P** Ad rationem primam dicendum quod est simile, & non est simile, est enim simile quantum ad hoc quod sicut intellectus practicus incipit ab ultimo fine & uadit ad alia sic intellectus speculatiuus incipit a primo principio & uadit ad conclusiones, sed est dissimile, quoniam verum & falsum sunt in anima bonum & malum sunt in rebus, & ideo bene conuenit quod

aliquis hunc finem querat in aliquo particulari et circa particularia bene est error, ista autem principia sunt communia apud animam & circa communia non est error, sed circa propria, propter hoc igitur est error circa primum finem, circa autem primum principium non, unde cum homo stat in isto fine uniuersaliter nunquam ad hoc errat, nullus enim est quin uellet esse beatus, sed cum homo descendit ad particularem ad querendum beatitudinem, tunc circa istum ultimum finem bene errat & decipitur sicut patet in primo moral. &c. Ad secundum illi errauerunt indirecte.

Volunt autem hoc demonstrare quidam propter ineruditionem, est enim ineruditio non cognoscere quorum oportet querere demonstrationem, & quorum non oportet, &c.

Tex. IX.

Questio. XIII.

Q VERITVR Vtrum illud principium in possibile est aliquid simul esse & non esse possit demonstrari, & uidetur quod sic, dicit enim Philosophus in 1. posteriorum quod sillogismus demonstratiuus est sillogismus faciens scire, ergo ut uidetur illa sunt demonstrabilia que maxime faciunt scire sed illud principium & alia consimilia maxime faciunt scire, ergo maxime possunt demonstrari.

In oppo. est philosophus in litera, t.c. 9. **A**d istam questionem intelligendum est quod quedam propositiones sunt que non sunt per se sed per accens, sicut propositiones que sunt contingentes, ut homo albus currit, & istarum propositionum contingentium, ut contingentes sunt non est demonstratio, quoniam demonstratio est ex his que necessaria sunt & semper, & ideo contingentium, ut contingentia sunt non est demonstratio sed ipsorum contingentium secundum quod habent in se aliquid necessitatis bene potest esse demonstratio. Sunt alie propositiones que sunt per se, sed non sunt per se, & primo siue per se & immediata sicut ista propositio ysochel, habet tres, hec autem propositio ysochel, &c. bene est per se, sed non immediata, quoniam habere tres inest ysocheli, per triangulum & talium propositionum que non sunt per se, & immediate, sed sunt per se tantum bene potest esse demonstratio. Sicut omnis triangulus habet tres ysochel, est triangulus ergo ysoch, habet tres, sunt alie propositiones que sunt per se immediate, & hoc dupliciter, aut immediate in genere subiecti, aut immediate in genere cause. Ista enim propositio triangulus habet tres est per se & immediata in genere subiecti, quoniam triangulus est primum subiectum cui inest habere tres & non inest triangulo per hoc quod inest alij subiecto, & talium propositionum que sunt per se, & immediate in genere subiecti potest esse demonstratio per aliud genus cause quam per illud genus cause in quo sunt immediate, sicut omnis figura plana tribus lineis contacta het tres, triangulus est figura &c. ergo triangulus habet tres, sunt autem et alie propositiones que sunt immediate, et hoc est dupliciter, aut enim sunt immediate in genere cause et sic sunt positiones in scientijs speculabilibus et iste propositiones que sunt immediate in tali genere cause non possunt demonstrari, quoniam demonstratio est per alteram causam, et ideo cum iste positiones, que dicuntur sint immediate in genere cause non possunt demonstrari in scientia speciali per aliquid aliud, sed iste propositiones bene ingrediuntur demonstrationem, et etiam substantiam sicut patet co-

C Indirecte error potest esse primo principio, in modo erratur.

2. modo.

D Ad prim.

B

Ad 2o

F Arg. unicum.

T.c. 5.

Contingentium ut aliquid necessitatis includunt est demonstratio scientia.

G Proposiones per se non primo.

Proposiones per se et primo, i. immediate.

H Proposiones immediate in genere cause sunt positiones

A Proposi-
tiones im-
mediate
ex parte
termino-
rum.

In hoc, 4.
6, c. 9.

In hoc, 4.
6, c. 9.

B

Ad ratio.

consideranti. Sunt alie propositiones in genere cause im-
mediate que sunt ex his que insunt enti secundum quod
ens aut sunt ex ente sicut sunt iste propositiones. om-
ne totum &c. de quolibet autem negatio aut affirma-
tio &c. & quecunque insunt vni & eidem sunt equa-
lia, &c. & istarum propositionum que fiunt ex his que
insunt enti secundum quod ens non potest esse demonstra-
tio. quoniam demonstratio est per causam. Iste autem
propositiones que dicuntur communes conceptiones
non habent causam, & ideo non possunt demonstrari
sed oportet sicut dicit philosophus de his primo scien-
tes venire ad scientias & audientes istas communes
conceptiones non oportet querere rationem de ipsis si-
cut fuerunt quidam qui voluerunt eas demonstrare,
& hoc fuit sicut dicit commentator & philosophus, p-
pter paucitatem instructionis in logica & iste propo-
sitiones licet non possint demonstrari ingrediuntur tamen de-
monstrationem non secundum sui substantiam sicut
faciunt positiones, sed tantum secundum virtutem, vnde
sicut virtutes inferiores innuntur virtuti superiori. sic
omnes demonstrationes speciales innuntur principiis
communibus que dicuntur communes animi concep-
tiones & omnes demonstrationes ingrediuntur virtua-
liter non tamen secundum propriam formam. unde di-
cit commentator quod si geometria velit ostendere de li-
nea quod non sit recta non accipiet illud principium de
quolibet aut negatio vel affirmatio vera. sed accipiet il-
lud principium omnis linea aut recta aut curua, & sic
patet in multis alijs demonstrationibus.

Ad rationem dicitur quod principia faciunt scire quia sunt
fundamentum scientie, non tamen sunt sillogismi facien-
tes scire. Explicit Lib. Quartus.

INCIPIT LIBER SEXTVS.

Palam quia non est demonstratio substantie.

Tex. C. Primi.

Questio. I.

C
Argu. 1.

T. c. 22.

Argu. 2.

Com. 1.

Q VERITVR Vtrum substantia possit de
aliquo demonstrari, & videtur quod sic, quia de-
monstrationis et diffinitionis est aliqua analo-
gia, vt dicitur .1. posteriorum . est enim diffinitio aut
demonstrationis principium, aut conclusio demonstra-
tionis aut tota demonstratio positione differens, sed sub-
stantie est diffinitio in propriissimo esse diffinitionis, qua-
re &c. Preterea demonstratio est sillogismus faciens
scire quare magis scibilem erit magis demonstratio,
sed sube sunt magis scibiles, quia magis entes ergo &c.
in oppo. est philosophus in principi. huius. 6. t. c. 1.

I C. Dicendum est quod vt dicit Auer. super principiu.
6. metha. substantie non est demonstratio, quia si sub-
stantie esset demonstratio demonstraretur de aliquo
subiecto, & ita sube esset substantia, & sic in infinitum.
vt commentator arguit et philosophus quod si principij
esset principium iret in infinitum: nota tamen quod hoc
non est satis generaliter dictum, quia saltem non suffi-
cit pro secundis substantijs vt sunt genera & species
que sunt in alijs que pro tanto non habent plenam ra-
tionem substantie. quia vt dicitur. 7. huius vniuersalia
non sunt substantie, ut putauit Plato. vnde adhuc dubium
de his secundis substantijs vtrum possint demonstrari.
Vnde dicendum est quod duo sunt que principaliter in-
grediuntur demonstrationem. vnum. scilicet medium. me-
dium enim est illud quod substantialiter ingrediuntur de-
monstrationem. Aliud est principium quod ingrediuntur

D
T. c. 45.

Demon-
strationes
duo princi-
paliter in-
grediuntur

virtualiter solum sicut principium quod est dignitas p-
ipsum. n. predicatur. & ipsum subiectum in primo pre-
dicatur, & passio de subiecto in conclusione per virtu-
tem dignitatis. scilicet dici de omni vel huius dignitatis. vt
quando alterum de altero predicatur vt de subiecto &c.
hec autem dignitates non ingrediuntur demonstratio-
nem substantialiter sed virtualiter & continent in se di-
gnitates generaliter quod concludit conclusio specia-
liter per medium dignitatis. vbi ergo non est hec duo
reperire ibi non est possibilis demonstratio, hec autem
non est inuenire in substantia, quod patet quia medium in
demonstratione sic se debet habere quod ipsum sit alterum
a passione. igitur oportet quod primum medium sit ita
immediatum, subiecto, quod eius non sit altera causa
in subiecto per quod demonstraretur. sed per ipsum de-
monstratur prima passio & per primam passionem
demonstratur que sit causa secunde passionis et per se-
cundam tertia ita quod prior passio sit causa posterioris
passionis inherens in substantia. Nunc autem eius
quod vere est & substantie vniuersaliusque non est alte-
ra causa quare insit subiecto immo seipsa. & ideo ra-
tio medij demonstratiui deficit in substantia. & ideo
non potest concludi de aliquo demonstratiui, et ex co-
sequenti deficit dignitas que deberet virtualiter ingre-
di demonstrationem, quia hec concludit in se in genera-
li quod demonstratio in speciali exprimit per connex-
ionem premissarum & per medium quod est causa.
his igitur de causis substantia de nullo demonstrari po-
test. vt dicitur in. 6. metha. Ad rationem dicitur quod
illa diffinitio que est tota demonstratio positione dif-
ferens non competit substantie, vt dicit Auicenna. sed ac-
cidenti quod est demonstrabile cuius non est diffinitio
nisi per additamentum. Ad secundum dicitur quod sub-
stantia proprie non est scibilis quia scientia est comple-
xiua conclusionis demonstratiue. substantia autem est
quid incomplexum & eius cognitioni responderet diffi-
nitio. vnde licet sit verissime ens non tamen est demonstrabile.

E

F

Ad prim.

*Similiter autem nec si est aut non est genus,
circa quod uersatur, nihil dicunt propter
eiusdem esse scientie ipsum quod quia est
manifestum facere, hoc si est. T. c. I.*

Questio. II.

Q VERITVR Vtrum esse subiecti, vel quod,
quid est subiecti sit demonstrabile, videtur quod
sic, subiectum habet causas & propositiones
priores illo ergo per illas potest demonstrari.
I n oppo. est philosophus in litera. respondendo sciendum est quod vna cognitione vtrunque
R espondeo sciendum est quod vna cognitione vtrunque
declaratur propter hoc nulla scientia demonstrat subie-
ctum suum esse sed vel supponit ipsum esse vel acci-
pit ipsum assignatum a superiori scientia vt dicitur in
predicta litera. sed cum dicitur quod vna cognitione
declaratur quod quid est subiecti & subiecti esse non
est intelligendum de quocunque subiecto sic ut acci-
piatur omne illud de quo potest aliqua passio demon-
strari. sed proprie est intelligendum de illo subiecto quod
est subiectum in aliqua tali scientia. cuius ratio est, quia
subiectum in scientia non est illud in quo est scientia,
vt intellectus. non enim intellectus in quo est scientia
est subiectum scientie. sed est subiectum illud de quo est
scientia. subiectum enim scientie verius est obiectum
intellectus scientis, sed scientia est actus vel habitus
quidam, actus, & habitus recipiunt speciem ab obie-
cto. sic vniuersaliter potentie terminantur per actus et
actus per obiecta propter quod scientia recipit speciem
& esse

T. c. 11.

H
Subiectus
scire non
in quo li-
cet de quo
est.

A & esse ab obiecto quod est subiectum scientie. Ad hoc igitur quod aliquis sciens per suam scientiam de subiecto scientie aliquid demonstrat, oportet ipsam scientiam preexistere & esse. scientia autem cum sit actus vel habitus enitatem suam et speciem habet ab obiecto quod est subiectum scientie, quia oportet subiectum preesse, unde non potest esse demonstratio de ipso, quia tunc sequeretur subiectum simul esse & non esse, similiter scientiam de ipsa simul esse & non esse. Sed sciendum quod illud esse quod non est demonstrabile de subiecto est esse sumptum in suo habitu simpliciter & non contractum esse sic sumptum idem est cum quod est, cuius ratio est, quia secundum Avicenam in sua metha. hec sunt de primis conceptionibus intellectus, & ideo ita ante ea sunt per que demonstratur, nam secundum eum quod quid est & esse idem sunt similiter etiam potest intelligi de esse tali contracto, s. de esse talis subiecti. Si enim de triangulo equilatero debeat demonstrari aliqua passio non solum oportet ipsum esse triangulum, sed etiam equilaterum, esse autem quod est esse actuale quod habet quodammodo in hoc naturam accidentis est preter essentiam subiecti, ut nomine accidentis comprehendatur esse quod est preter naturam subiecti, quavis esse actuale compositum quodammodo reduci possit in genus substantie sicut motus ad naturam, quia via est in eam, tale esse potest demonstrari.

Ad rationem dicitur quod licet subiectum habeat causas et propones priores absolute non tamen in illa scientia cuius est subiectum.

Quoniam itaque multipliciter dicitur ens primum de eo quod secundum accidens est dicendum quod nulla est circa illud speculatio &c. Tex. IIII.

Questio. III.

QUERITUR utrum accidentia habeant aliquam entitatem & naturam, & videtur quod sic, quia que habent esse per se in genere habent quidditatem et naturam, accidentia autem sunt homini, quia habent predicamenta distincta &c. Preterea motus omnis habet fieri ad naturam aliquam sed ad accidentia fit motus ut patet, s. philosophorum quia motus est in tribus predicamentis, s. in quantitate ut augmentum, in qualitate ut alteratio, & in ubi ut motus localis, ergo & cetera.

In oppositum videtur philosophus in 4. huius in principio dicit quod accidentia non sunt entia nisi quia sunt via ad ens.

Respondetur quidam dixerunt quod accidentia nullam entitatem dicunt, hac moti ratione quia Aristoteles in 4. huius habet quod ens de substantiis & accidentibus dicitur analogice & per attributionem ita quod de substantia dicitur primo & per se, quia substantia est que per se habet esse de accidente vero non nisi quia attribuitur uni enti primo & per se, s. substantie sicut sanitas primo & per se dicitur de sanitate que est in animali vel in hominibus, de cibo autem dicitur sanitas per attributionem ad illam eandem sanitatem numero que est in animali similiter in urina, non quia sit in ipsa aliquid sanitatis, sed quia est significatiua sanitatis ita dicunt ipsi in accidentibus que dicuntur entia, non quia in eis, ut in subiecto sit aliquid entitatis, sed quia attribuitur substantie que sola est ens tanquam diuersae dispositiones. Istud stare non potest, s. quod nullo modo habeant aliquid entitatis, quia tunc nullam haberent definitionem nec simpliciter nec per additamenta. Alii dicunt quod habent essentiam & entitatem eandem quam habet substantia, & sicut substantia simpliciter

ter habet quidditatem ita & accidentia. Istud etiam stare non potest, quia tunc sicut accidens accidit substantie similiter & substantia accidit quod improbat, quia ut dicitur in 1. philosophorum quod vere est nulli accidit. Item Aristoteles dicit in 7. huius loquens de accidentibus dicit quod non est eis danda quidditas simpliciter sed secundum quid, secundum quod sunt entia, oportet enim quod latitudo sermonis sit in vnaqueque re secundum quod oportet & nec magis nec minus danda est, igitur accidentibus essentia & natura competit.

C Dicendum igitur cum Aristoteles in 1. quod accidens habet entitatem sed diminutam & istud diuersimode exponitur a quibusdam, quidam sic dicunt quod sicut in quolibet genere est reperire vnum primum ad quod reducuntur omnia illius generis quod quidem est mensura omnium illius generis, verbi gratia, Albedo que est minimum in genere coloris, & ideo quanto aliquid magis vel minus participat de albedine tanto plus, vel minus participat de natura coloris, ita est & in ente, et ideo necesse est ponere ens vnum in quo primo saluetur ratio entis & que propinquiora sunt illi plus participat ens, ut intelligentie post primum immediate que sunt incorporales & immateriales post has corpora celestia que secundum philosophum nec sunt generabilia nec corruptibilia, sunt tamen corporalia & mobilia saltem ad ubi post hec elementaria corpora & sensibilia habentia naturam entitatis, quia sunt generabilia & corruptibilia, sic igitur secundum hoc accidentia habent entitatem secundum diminutionem, sed hec via non est secundum mentem philosophi qui ponit 4. metha. ens dici de substantiis & accidentibus non penitus equivoce sicut dixerunt quidam asserentes accidentia nullam prorsus habere naturam nec penitus vniuoce sicut quidam alii ponentes ea habere eandem naturam & quidditatem quam & substantia, licet diminuta esset respectu substantie, non tamen ita diminuta quin sufficeret ad rationem entitatis, sed media via est que ponitur de substantiis & accidentibus predicari per quandam attributionem. Nam in genere proprio est vnitatis predicationis & vnitatis nature est, n. genus vnitatis nature reperte in pluribus, licet illa natura completius sit in una specie quam in alia, quare quedam animalia dicuntur perfecta quedam imperfecta propter quod latent equiuocationes & analogie in generibus, vnitatis autem attributionis est ad vnum numero ut frequenter diximus nisi per accidens aliquando aliter inueniatur, non tamen quod illa natura participetur ab his que attribuntur ei, sanitas enim, qua dicitur sanus per attributionem ad vnam sanitatem, s. ad illam que est in animali, nec est aliquid illius sanitatis in cibo nisi sicut in effectiuo similiter & vrinam per attributionem ad illam eandem sanitatem que est in animali dicitur sanus, quia significatiua sanitatis. Similiter est in accidente, habent enim accidentia entitatem sed diminutam sicut habent definitiones, s. ex additamento & hec entitas non simpliciter denominat accidentia, quia quod est secundum quid non denominat simpliciter & absolute, sed cum additamento, s. secundum quid & diminute. Si enim nullo modo nominaret ita quod nulla entitas inueniretur in accidentibus, tunc ens de substantia & accidentibus diceretur potius equivoce, quia esset vnum nomen & diuersae rationes sicut homo, de homine mortuo non dicitur per eandem rationem & formam qua dicitur de homine vero, dicitur enim de homine mortuo non per illam rationem sed per materiam que aliquando fuit sub illa forma, si propter hoc vellet aliquis dicere quod accidentia habent entitatem diminutam sed non tanta diminutione quin in ipsis sit

B
T. c. 29.
T. co. 14.
Responso propria.

R
T. c. 21

G

Accidens quomodo est ens diminutius

H
Homo mortuus equivoce dicitur homo quomodo.

aliquid
habens
essentiam

aliquid
habens
essentiam

aliquid
habens
essentiam

aliquid

Argu. 1.
Argu. 2.

T. c. 9.

T. c. 2.

T. co. 2.

H
D

aliquid
habens
essentiam

A aliqua natura in qua bene saluatur ratio entis quāuis non ita complete ut in substantia sic dicens non eua- dit illud inconueniens quod ens sit genus vniuocū ad substantiam & accidēs, genus enim predicatur de spe- ciebus per unam naturam repertam in ipsis speciebus quamuis illa natura in vna sit complete & in alia in complete propter quod dictum est latet equiuocatio- nes in generibus & analogie hec enim diminutio na- ture in altera specierum compatitur secum vnitatem generis. **Q**ui igitur non vadit via Aristo. dicendo. f. ens esse ad substantiam & accidens analogum neces- sario incidit in alterum dīctorum inconuenientium, vel dicit ens ad substantiam & accidens oīo equiuoce aut omnino vniuoce se habere.

Ad prim. Ad primum dicitur quod sicut accidentia habent dif- finitionem per additamentum ita habent naturam et entitatem. f. addēdo hoc v3, secundum quid aliter ens esset vniuocum. **Ad 2.** Ad secundum dicitur similiter quod il- la entitas ad quam est motus est secundum quid.
Explicit Liber sextus Methaphisice.

B Liber Septimus Metha. Incipit.

Multipliciter igitur dicitur primum, sed substantia omnium primum est ratione no- titia tempore & natura. Tex. c. I.I.I.I.

Questio. I.

Argu. 1.

QUERITVR De illo verbo Arist. qđ sub- stantia est prior accidente cognitione diffinitio- ne et tempore. Et queritur vtrum substantia sit prior accidente tpe. & videt qđ non. quia tunc esset tē- pus ante tēpus in infinitū. similiter tēpus post tempus in infinitum, ergo &c. ¶ Item secundum hoc tempus in tempore esse, est mensurari tempore, quia quod est in tempore mensurat tempore. ea autē que mensurat tempus & precedit & sequitur, quia sicut ea que sunt in loco clauduntur loco. ita ea que sunt in tpe claudunt tēpore, & sic tempus clauderet tpe, & ita antequā eēt tempus & postquam esset tempus. ¶ Itē hoc dictum philosophi aut intelligit de accidente simpli- citer aut de illo accidente quod est in substantia a qua catur. Si intelligit de quolibet accidente hoc stare nō p̄t, quia aliqua accidentia sunt eterna secundū viā philoso- phi. ut motus & tēpus & eterno nihil est prius. Si autē intelligit de accēte quod in subiecto existit per se. ad- huc hec substantia nō est prior tēpore, quia si est substā- tia ipsa, hēt esse, sed eē actu est accēs. quia secundū Aui. esse nō ingredit diffōne. & iō si hoc esset substantia eēt antequā esset. Si autē dicat qđ substantia est prior tēpore accēte per accēs siue cōi non tñ accidēte per se adhuc hoc nō v̄t, quia quāuis substantia sit prior hoc accidente puta qđ licet hō sit prius hō quā sit albus, non tñ oī ac- cidēte est prior tēpore. quia quā cito est hō tā cito hēt aliquod accidēs ēt cōe, quia si factus est ex nō albo & non quocūq; sed ex nigro. & sic prius fuit nigro. et ita vltimus potest procedi.

Argu. 2.

C **Argu. 3.**

D In oppo. est philosophus in tex. presenti. 4. **R**ndetur secundū quosdam qđ tēpus pōt sumi pprie & secundū quod est mēsurā omnīū motūū vel pro quocū que duratione. similiter substantia pōt sumi secundū qđ generabilis et corruptibilis est prout hēt esse hic et nūc & hoc mō substantia nō p̄cedit accidēs quod est tēpus. **V**el substantia pōt sumi secundū esse essentie inquantū. sicut vniuersale nō quod vniuersale secundū rē sit in in- tellectu. imo vniuersale est in rebus & accidit tali uni- uersali esse in intellectu & talis substantia & si nō tpe.

aliqua tñ mēsurā mensurat. quia oē quod est uniuersa- le est mēsurā vel est mēsuratū & sic accipiēdo tēpus pro quacūque mēsurā hoc mō substantia p̄cedit accēs tpe. quia essentia & natura sic accepta nō eget ad sui essentia aliquo accidente. cōmenta. tñ et Aui. alia sniam dant hmōi verbis dicētes qđ substantia p̄cedit accidens tpe, hoc esse verū de substātijs cōpositis de his qđ p̄ce- dunt tpe accidentia, qđ adueniunt sibi post cōpōne eorū de his ēt qđ sunt simul cū ipsa cōpōne substantie adhuc ē verū. quia substantia. f. materia p̄cedit accidentia hmōi tpe in eodē cōposito. pōt ēt dici aliter qđ multa sunt ve- ra per se que sunt falsa per accidens. hec. n. est vera hō per se nō ē albus, nec per se niger, nec per se medio co- lore coloratus. similiter hec est vera substantia ē prior accidente tēpore & in hoc quod substantia separabilis est, in hoc fundat philosophus in declaratione illius di- cti. & si bene inspiciat in tribus expōnibus illius dicti apparet quod oīum pōnū radix et fundamētū est illud idē quod dicit Arist. **Q**uod licet substantia nulla sensibi- lis sit sine accēte. tamē quia nō eget per se accidente quantū ad suam essentia & per se pōt separari pro tā- to debet intelligi quod precedat accidens tēpore. vnde substantia rōne sue essentie precedit accidens tempore & esse actuale, &c. **A**d primum substantia secundum esse mensuratur tempore sic non precedit accidens nō aut secundū essentiam & sic est prior oī accidente. **A**d se- cundum similiter substantia secundū essentia nō clau- dit tēpore sicut nec loco ideo non sequitur illud incon- ueniens de tpe. **A**d tertium dicitur quod philosophus, substantiam precedere tempore accidentia. intelligit de accidentibus communibus que accidentaliter insunt.

Substantia quomodo precedat accidentia

Multa sē vera per se falsa tñ p accēs.

F Substan- tia p̄cedit tpe accēs secundum essentiam suam non secundum esse. **A**d prim. **A**d 2.

Ad 3.

At vero neque hoc est ex eorum numero, que per se esse dicuntur, aut uō secundum se, &c. Tex. XII.

Questio. II.

QUERITVR Consequenter vtrum accidē- tia habeant diffinitionē per additāmētā videt quod nō. nam quod habet propria essentia ha- bet propria diffinitionē accidentia habent propria ef- sentiam cum sint distinctorum predicamentorum er- go. **S**ecundo quod habet proprium genus & propria differentiam non diffinitur per aliud accidentia habēt proprium genus & propriam differentiam cum que- libet sit determinati predicamenti ergo. **T**ertio si acci- dens diffiniretur per subiectum. hoc esset quia depen- det ab ipsa sed multe substantie dependent ab ipsis accidentibus cum non possit esse nec produci sine il- lis ut ignis non sine caliditate ergo.

G Primum.

Secundū.

Tertium.

In oppo. est philosophus in litera. **A**d istam qōnē aliqui sic responderūt, quod sicut in sub- stantīs reperitur aliquid quod est cōe, vnde sumitur rō generis. & aliquid speciale vnde sumit rō differen- tie. ita & in accidentibus aliquid est cōe & speciale. vnde pōt sumi rō generis & differentie et tunc coniūgen- do genus ad differentia hēmus differentia aliquid qđ nō erit per additāmētā. cū sit absq; pōne subiecti, quantū ad aliquid. pro ista pōne v̄t esse Ari. in hoc. 7. metha. qui vult quod in diffinitione accidentis cōium nō appo- nat subiectū. Nā cū accidentia nō sint entia nisi per cō- parationē ad subiectū. Cū igit quod quid est rei sit no- stri intellectus obiectum in oī quidditate accidentis ex- plicite uel implicite ponitur subiectum. ¶ **A**d cuius eui- dentiam aduertendum quod si hoc dictum dubiū ha- bet maxime videt esse dubium in accidentibus cōibus que dicit philosophus diffiniri absq; positione subiecti quod satis apparet ex diffinitionibus datis de ipsis.
dicimus

Accidēt quodlibet per se hō diffinitur

H T. co. 12

A dicimus enim quod albedo est color segregatiuus visus in qua diffinitione nullum subiectum ponit. ¶ Et ideo est notandum quod etiam in ista diffinitione apponitur subiectum implicite. nam & si hmoi accidentia communia non determinent sibi subiectum rone sui determinat sibi subiectum ratione sui generis. sicut albedo determinat sibi subiectum rone coloris, ppter quod eoipso quod color ponit in diffinitione albedinis ponitur ibi subiectum coloris. s. corpus terminatum. Nam cum semper pro nomine possumus accipere diffinitionem ronis maxime vbi ratio idem est nomini & diffinitioni. sicut dicitur quod albedo est color segregatiuus visus. ita possumus dicere quod albedo est excrementitas pspiciui in corpore terminato segregatiua visus, patet igitur quod semper in diffinitione accidentis ponitur subiectum implicite uel explicite. ¶ Ratio autem quare accidens habet diffinitionem per additamenta ex tribus colligitur. nam diffinitio per se ad tria videt habere comparationem. s. ad diffinitum, ad nostrum intellectum, & ad partes diffinitionis. ad diffinitum per se comparatur. quia oportet diffinitionem esse proportionabilem diffinito. quia secundum philosophu oportet esse proportionem totius sermonis ad totam re. i. totius diffinitionis ad totum diffinitum. ¶ Item diffinitio videtur habere comparationem ad nostrum intellectum. Nam quod quid est videt esse obiectum intellectus. quod quid est autem per diffinitionem exprimitur propter quod diffinire accidentia est intellectus simplicis. ¶ Itē diffinitio videt habere per se comparationem, ad suas partes, scribitur. n. in hoc. 7. quod diffinitio est sermo. omnis autē sermo habet partes, videt ergo per se diffinitioni competere quod sit partium contentiua. ¶ Ex his igitur tribus ad que diffinitio per se comparari videtur arguere possumus diffinitionem accidentiu, ex additamento esse. primo. n. apparet cōparando diffinitionem ad ipsum accidens cuius est. nā cum ipsum accidens non habeat entitatē. sed sicut omnia sana attribuuntur vni sano. sic omnia accidentia attribuuntur vni enti. & sicut non possunt intelligi alia sana inquam tū sana nisi per attributionem ad illud sanū respectu cuius dicuntur omnia alia sana ita nō possunt intelligi accidentia esse entia nisi per attributionem ad illud ens respectu cuius dicuntur entia. sic apparet quod semper in diffinitione accidentis oportet poni illud subiectum per quod accidens habet esse ens cum non diffiniatur nisi secundum quod est ens. Ista autem veritas quod diffinitio accidentis est p additamenta. nō solū apparet cōparando diffinitionem ad accidēs cuius est sed hoc apparet cōparando esse ad intellectum a quo formatur. nā semper intellectus intelligendo aliquid format illud formatum per intellectū erit enunciatio cum intelligit cōposita vel est diffinitio cum intelligit simplicia. ista autem diffinitio que formatur ab intellectu cum intellectum terminet. dicitur terminus cognitionis. ut habetur. s. huius. cū ergo aliquid quādiu nō terminetur tādū est ipsum dependens. & cū ipm accidens sit semper dependens ad subiectum nunquā accidens intellectum terminabit nec erit terminus & per cōsequens diffinitio nisi ibi apponatur subiectū per cuius apponem illa dependentia terminetur. ¶ Preterea cū nostra cognitio incipiat a rebus oportet quod sicut res se hēt ad esse ita se habet ad cognosci. ea vero q̄ neque secundum esse actuale nec secundū esse essentie habent esse separatū nullo mō ea intellectus intelliget, sed quia accidentia non habent esse separatū nec separātur nec secundum esse actuale nec secundum esse essentie, quia posteriora sunt & aliam dependentiam habeat intellectus intelligendo accidentia per subiectum, & quia quod intellectum informat in intelligendo illud est dif-

finitio iuxta illud quod habetur in fine. 4. patet ergo quod comparando diffinitionem ad intellectum diffinitio accidentis est per additamenta. ¶ Patet etiā comparando diffinitionem ad suas partes. Nam diffinitio que non est per additamenta tanquam ex partibus cōstat ex genere & differentia ita quod illud quod se habet vt potentiale se habet ut genus, & illud quod est ibi vt actuale est ibi ut differentia. Cum igitur diffinimus simum & dicimus quod simus est nasus cauus, si ista diffinitio esset non per additamenta cum nasus sit ibi potēiale, cauitas vero actuale, quia nasus ē materia in qua fundatur cauitas, & semper materia est subiectum se habent vt potentiale respectu actualitatis & forme sequeretur quod se haberetur genus & cauus vt differentia. & si hoc esset accideret inconueniens, & si concederemus quod cauus esset differentia simi sequeretur quod cauus significaret idem quod simus. Item si concederemus quod nasus cauus esset genus & differentia cauum ad simum. dicendo nasum simum bis diceretur nasus, quod si tamen concederemus simul vterque cōiunctum. s. quod nasus esset genus & differentia cauum dicendo nasus simus, infinities diceretur nasus, & quia ista tria inconuenientia sunt. nam inconueniens est cauum esse idem quod simum cum simum non possit intelligi sine naso. cauum autem possit, & cum cauum possit esse in aliquo subiecto in quo non possit esse simus. Item cum recte possit addi proprietas subiecto, ppter hoc licite potest dici nasus simus inconueniens est, quod in tali dicto committatur nugatio. s. quod bis dicatur nasus, vel quod magis est inconueniens quod. s. infinities dicatur nasus, quod autem hoc sequatur sic patet. Nam si cauum esset differentia ad simum cauum conuerteretur cum simo, & esset idem cum simo. Nam cum semper diffinitio constat ex vna differentia solum. illa differentia de necessitate conuertitur cum diffinito & ratio est, quia si aliqua ratio constans solum ex duabus partibus cōuertitur cum aliquo nomine si vna illarum partium se habet vt contrahens solum et alia ut contracta solum illa que se habet vt contrahens de necessitate conuertitur cum illo nomine. ut si animal rationale conuertatur cum homine & rationale solum contrahit animal ita quod nō contrahitur, quia nullum diuidentium vel diuidens excedit aliquod diuisum. Vnde cum animal diuidatur per ronale et irrationale. impossibile quod ronale excedat animal, quia igitur ronale solum cōtrahit animal & non contrahitur de necessitate conuertitur cū homine. Si. n. nō cōuertitur aut est quia excedit aut quia exceditur. sed excedit. ergo est aliquod ronale quod non est hō. Et tunc q̄ro de illo quod nō est hō vtrum. s. sit animal aut non. Si diceretur quod sit aīal haberetur cōtrarium dicti. s. quidd est aliquod. ronale qd̄ non est hō quod fuit contra ypostasim cum dicebatur quod animal ronale conuertitur cum homine. si autē illud ronale quod non est hō non sit animal adhuc haberetur contrariam yposta sis supponebatur. n. quod ronale ita contraheret animal quod animal non cōtraheret ronale. quod si tñ aliquod ronale nō esset aīal seq̄retur quod animal contraheret ronale et si hō excederet ronale ad hoc haberetur cōtrarium ypostalis. quia repereretur animal hō qui non esset ronalis & si non esset ronalis non esset ronale animal & ita haberet cōtrarium dicti. Supponebatur. n. quod ronale aīal conuerteret cum homine. patet igitur quod quotienscūq̄ in aliqua diffinitione ponitur genus & vna differentia, quod illa differentia de necessitate cōuertit cū diffinito. si igit̄ eēt bona diffinitio ipsius simi nasus cauus & si non esset per additamenta eēt ibi solū vna differentia. s. cauum et ibi conuerteret cū simo quod declarare volebamus.

B T. c. 28.
Ratio 4.
 Subiectus in diffinitione est. quid potēiale.
R
 Dicitur que re conuertitur cum diffinito.
G
H

Accidens quare diffinitur per additamentum.
B In hoc. 7. t. c. 33.
T. c. 34.
 1. rō ad cōclusionem.
C
 2. ratio ad idem.
 Intellectus dup.
T. c. 22.
D Ratio. 3.

A
S. topi. ca.
29.

T. 6. 15.

B
Primum
dubium.

B. dubiuz.

C
g. meth. 1.
C. 10.
In. 4. top.
C. 13.
B. dubium

A. d. 1. du.
bium.

Essentia-
lia sunt de
primo in-
tellectu rei.

Dependen-
tia de. 2.

D
Dña co-
rum, q de
primo &
scdo intel-
lectu.

Postquam enim declarauimus primū, declararemus secundum. s. quod si nasus esset ibi ut genus, dicendo nasus simus bis diceretur nasus. Nam sp loco nominis cuiuslibet potest accipi diffinitio, vt patet per philosophum. si ergo loco simi accipiatur diffinitio simi. s. nasus cauus. & ita dicendo nasus simus est dicere nasus nasus cauus, q concedimus vtraque simul. s. & quia cauus cum sit differentia vt dictum est conuertitur cū simo & est idem quod simus tunc loco eius accipiam simum & loco simi accipiam diffinitionem simi. s. nasum cauum, & tunc & infinities ibi diceretur nasus. & ita patet q si nasus simus non esset diffinitio per additamenta q sequerentur tria inconuenientia que narrat philosophus in litera. s. hoc. 7. f. q cauum sit idem qd simum quod sequeretur ex eo q cauum ponitur differentia simi q dicendo nasus simus bis diceretur nasus quod sequitur ex eo quod nasus ponitur genus simi, et quod infinities dicatur nasus quod sequitur ex vtroq. s. ex eo quod nasus est ibi vt genus & cauus vt differentia, sed si sic dicimus sicut credimus bene esse dictū ex ista vltima declaratione tria dubia confurgunt. primum est quia non videtur quod oporteat quod nasus ponatur genus simi ad hoc quod sit nugatio dicendo nasus simus. Nam semper pro simo possum accipere diffinitionem simi. s. nasus cauus. & ita in dicendo nasus cauus absque aliqua ypostasi implicabitur nugatio. & idem erit quod nasus cauus. C. Secundum dubiū est quia dicebatur quod si cauum esset differentia simi quod conuerteretur cum simo & idem esset quod simum & quod semper pro cauo possemus accipere simum quod non videtur verum. nam si rationale esset vltima differentia hominis est bona diffinitio hominis animal rationale bene sequeretur quod rationale conuerteretur cum homine, sed non sequeretur qd rationale esset idem quod homo & quod vnum possemus accipere loco alterius, quia tunc sequeretur quod sicut homo est animal. ita rationale esset animal rationale, & tunc genus predicaretur de differentia quod e contra Aristo. 3. metha. & in. 4. topicorum. vbi dicitur quod si genus predicaretur de differentia, tunc vnum animal esset multa animalia. C. Tertium dubium etiā ex isto dubio trahitur. Nam dicendo homo animal in finities dicitur animal, sicut dicendo nasus cauus infinities dicitur nasus quod non est verum, quia non semper pro rationali possum fumere hominem quamuis pro homine possem ponere diffinitionem hominis. ¶ Circa primum notandum quod quando aliquid dat intelligere aliud vel est ex eo quod est de primo intellectu, vel ex eo quod est de secundo. de primo intellectu rei dicitur esse ea que sunt de essentia rei. sicut genus quod est de primo intellectu speciei. de secundo intellectu rei dicuntur esse ea que nō sunt de essentia rei, tamen propter dependentiam quam habet ad res datur intelligi per rem. differentia autem inter ista & illa est hec, quia ea que sunt de primo intellectu quantumcunque apponatur semper intelliguntur. Nam quantumcunque apponatur animal dicendo animal homo fem per ibi intelligitur animal. & ratio est quia cum sit de essentia hominis hoc quod dico animal propter appositionem animalis ad hominem nō tollitur esse hominis ab homine propter talem appositionem non remouetur ea qua animal intelligitur in homine. & ideo cū apponitur animal homini adhuc animal intelligitur i homine. Ea autem que sunt de secundo intellectu si nō apponantur intelliguntur, sed si apponantur non vltius intelliguntur. vnde dicendo duplum per se dat intelligere dimidium. sed dicendo duplum dimidij. vltius non dat intelligere dimidium. ita dicendo simum dat intelligere nasum, sed dicendo nasum simum non

vltius dat intelligere nasum. & ratio huius est quia vnum relatiuorū non est de essentia alterius sed solū p se habet dependentiā ad illud & ex tali dependentia dat intelligere ipsum, & quia vt dictū est subiectū non est de essentia passionis sed solū passio per se hēt dependentiā ad subiectū. & ideo qn ponit sine subiecto & vnū relatiuorū sine alio ppter dependentiā que est ibi quia talis dependentia non est terminata passio dat intelligere subiectū & vnū relatiuorū aliud sed aliquā relatiuū addit relatiuo & passioni addit subiectum, quia dependentia quā habet vnū relatiuorum ad aliud relatiuum terminata est & amota est ppter appōnem alterius, quia dependentia erat in cā quare daret intelligere aliud relatiuū & amota cā. s. dependentia amouet effectus. s. intellectus alterius relatiui. & id dicit Ari. in lib. elencorū, quod nō debemus concedere quod idē significet nomen & oratio. ut quod idem significet duplum per se sumptū & duplū dimidiū, quia duplum per se sumptū dat intelligere dimidiū, sed addito dimidiū nō amplius dat intelligere dimidiū, et sicut est ex parte relatiuorum ita est ex parte passiois, quia passio per se sumpta propter dependentiam quam habet ad subiectum dat intelligere subiectum. sed passio assumpta cum subiecto, quia illa dependentia est amota non vltius dat intelligere subiectum. & ideo non debemus cōcedere quod idē significet simū per se sumptum & simum cum subiecto. s. cum naso, quia simū per se sumptū dat intelligere nasum sed simum cū naso non vltius dat intelligere nasum. & ideo dicendo nasus simus in quantum ponit quod simus sit quedā relatio & proprietates nasi nullum inconueniens sequit nec aliqua nugatio esse ibi cognoscitur. sed si nasus poneretur genus simi tunc nasus esset de primo intellectu simi. & ideo quantumcunque poneretur semper intelligeretur. & ideo dicendo nasum simum non est nugatio simpliciter loquendo nisi hac suppositione facta quod nasus sit genus ad simum quod primo tanquā dubitabile ponebatur. ¶ Ad secundum dubiū declarandum est notandum quod genus & differentia in diffinitione accidentium non sumuntur sicut in diffinitione substantiarum. Nam in diffinitione substantiarū quod est ibi potentiale se habet genus vt & quod est actuale se hēt vt differentia vt aial se habet vt genus & rōnale ut differentia. & id diffinitū & quod est ibi potentiale cadunt directe in eadē lineā pdicamentali, vt homo & animal. tū diffinitū cū eo quod est ibi actuale non cadit in eadē lineā vt hō & rōnale. Nā hō cadit in recta lineā. rationale vero a latere, sed in diffinitione accidentium est modus contrarius, quia illud quod est actuale est ibi vt genus, & quod est ibi potentiale est ibi vt differentia. vnde cauus est ibi vt genus proprie loquēdo. Nam sicut animal in se acceptū stat generaliter. & cum additur sibi rationale specificatur et stat pro homine sic cauum in se acceptum stat generaliter pro omni cauo et cum additur sibi nasus specificatur et stat pro simo. et ideo sicut in diffinitione substantiarum diffinitum et illud quod erat ibi potentiale sicut genus cadebat in eadem lineā vt homo et animal ita et in diffinitione accidentium diffinitum et quod est ibi actuale vt genus cadunt in eadem lineā, vt simus et cauus. et ideo sicut in diffinitione substantiarum non valebat rationale conuertitur cum homine quod erat idem quod homo ergo vnum poterat accipi pro alio, et loco alterius quia rationale et homo non cadunt in eadem lineā. sed si animal conuerteretur cum homine esset idem quod homo et vnum posset accipi loco alterius, quia tunc non differret, nisi sicut differunt vestis, et indumentum. cum igitur cauum et simum cadant in eadem lineā si simum conuerteretur

E
Relatiuū non est de essentia alterius. Subiectū non est de essentia passionis.

In lib. 2. cap. 10.

F

Nasus simus nugatio esset si nasus esset genus.

Ad. 2. dubium.

G

Diffinitio accūs habet genus aliquid actuale.

H

A conuerteretur cum cauo esset idem, & vnum posset accipi pro alio propter quod patet quod illa argumentatio bona erat in tali materia. s. in diffinitione accidentium. non tamen ualet in diffinitione substantiarum, propter quod & secundum dubium remouetur. **C**um autem. 3. dubitatur quod dicendo animal homo quod animal infinities dicitur, dupliciter responderi potest. primo quod si hoc concederetur nihil haberetur contra nos, secundum quod spectat ad presens negocium. Nam uno inconuenienti dato multa sequuntur & quia inconueniens est speciem addere generi si ex inconuenienti sequatur inconueniens, nihil inconueniens. Sed quia propria passio proprie additur subiecto proprio ex tali additione non sequitur inconueniens nisi ad aliud quod esset inconueniens esset suppositum, & illud inconueniens erat propter quod sequebatur inconueniens, dicebatur enim nasus simus, & addebatur proprietates subiecto, ex eo quod supponebatur accidentia habere diffinitionem simpliciter, tum quia dicendo animal, tum quia dicendo animal homo non dicitur infinities animal, &c. animal homo, homo non dicitur infinities, & ideo possumus respondere per interemptionem, s. quod dicendo nasus simus infinities dicitur nasus, tamen dicendo homo animal non infinities dicitur animal, & est ratio, quia si pro simo acciperem diffinitionem simi, s. nasus cauus dicendo nasus simus, tunc bis haberem nasum, & quia semper pro cauo possum accipere simum, & pro simo diffinitionem simi in infinitum poneretur ibi nasus, sed dicendo homo animal pro homine acciperem animal rationale, & ita bis haberem animal, sed quia pro rationali non possem accipere hominem sicut pro cauo poteram accipere simum iam non esset processus in infinitum in appositione animalis sicut in appositione simi non erat hic processus in infinitum. Patefactis dubijs concludamus tripliciter esse declaratum accidentia non habere diffinitionem simplicem, primo comparando diffinitionem ad diffinitum cuius est diffinitio, secundo comparando eam ad intellectum a quo formatur, tertio comparando ipsam ad partes in quas diuiditur, s. ad genus & differentiam, per que declaratum est, quod proposuimus, & questionis huius veritas elucescit, &c.

C Ad primum dicitur quod licet accidentia habeant propriam essentiam illa tamen explicite vel implicite dependet a subiecto & quia nihil potest intelligi sine eo a quo dependentia habet & diffinitio facit intelligere rem cuius est non possunt ergo sine subiecto accidentia diffiniri. Ad secundum similiter, licet habeant proprium genus & propriam differentiam quia tamen non possunt esse sine substantia sine illa diffiniri non possunt quia sicut res se habet ad esse ita ad cognosci. Ad tertium dicitur quod multo amplius dependet accidentia a subiecto quam substantia ab accidentibus quia substantia dependet tamen quo ad sui productionem accidentia autem et quo ad sui productionem & quo ad sui inesse comparisonem.

Vtrum autem idem est, aut alterum quod quid erat esse & unumquodque perscrutandum est, est enim aliquod & cetera.

Tex. XX.

Questio. III.

CONSEQUENTER Queritur vtrum res sit idem cum sua quidditate, ita quod ipsa sit quidditas, & videtur quod sic, quia in substantijs idem predicatur de seipso & hoc precipue in indi-

uiduis substantie quare si pro nomine ponatur diffinitio que dicit quidditatem videtur quod in talibus idem est dicere quod diffinitum est sua quidditas. **C** Item predicatum stat pro natura, sed quidditas dicit naturam quare potest predicari de eo cuius est quare erit idem cum eo de quo predicatur. **P**reterea diffinitum dicit totum similiter diffinitio siue quidditas dicit formam que est totius, & totum, totum autem de toto predicatur, ergo & cetera.

In oppositum est ratio nam si habens quidditatem est sua quidditas, tunc quidditas habet quidditatem & sic in infinitum. & ideo hinc quidditate non est ipsa sua quidditas qua diffinitur.

Responderetur dicendum quod difficultas in hac questione est ex eo quod non videtur quomodo sit idem quidditas cum eo cuius est quidditas. **A**ui enim dicit, 7. methaphisice que in his que sunt per se, s. in substantijs est idem quidditas cum eo cuius est quidditas. In alijs autem non propter quod difficilis est & de per se & de esse idem aliquid cum alio. Nam esse idem aliquid cum alio, vt hoc esse idem huic est dupliciter. **A**ut quod nihil sit in hoc quod non pertineat ad naturam, s. cum quo est idem & hoc est dicere quod non habeat aliquid extraneum quod non sit de natura illius, alio modo intelligit hoc esse idem huic, s. quod hoc sit hoc directe. Similiter esse per se intelligitur aut quia aliquid non habet esse in alio, vt in subiecto sicut accidens in subiecto habet esse aut per se enim est quod non habet aliquid accidens nec implicat aliquid accidens in his que non sunt in subiecto ut accidentia, quidditas est idem cum eo cuius est, id est non comprehendit aliquid quod non sit de natura eius cuius est quidditas, sed per hunc modum illud cuius est quidditas non omnino est idem quidditati, quia licet non in se, tamen ratione suppositi singularis, s. implicat aliquid quod non est de natura quidditatis, s. materiam hanc signatam que est per accidens idem quidditati. **C** Propter quod aduertendum quod implicare aliquid accidens hoc est tripliciter, quedam enim sunt que nec per se habent accidens, nec per aliud implicat vt est causa prima. Aliqua vero sunt que per omnem modum implicat aliquid accidens vt sunt substantie sensibiles, quedam autem sunt que medio modo, scilicet que partim implicat & partim non vt intelligentie. **Q**ue primo modo nihil implicat, nec per se, nec per accidens, de huiusmodi per omnem modum potest predicari sua quidditas, & omnino idem sunt sua quidditas & suum esse, que vero secundo modo implicat aliquid accidens, ut substantie sensibiles ista non sunt penitus idem cum sua quidditate abstractiue loquendo quia implicat materiam que non solum est aliquid quidditatis, sed in ratione suppositi materiam habent singularem que est extra naturam quidditatis. **Q**ue autem medio modo se habent, vt intelligentie licet non implicent hanc materiam implicat tamen esse actuale, & ideo medio modo idem sunt cum sua quidditate & non omnino idem, licet plusquam substantie sensibiles, propter quod dicunt quidam quod intelligentie non sunt sua quidditas, licet tamen **A**uerro expresse velit quod sic, & etiam **A**uicenna hoc quodam modo innuit, sed verba sua possunt exponi, vt habet videri supra octauo methaphisice, quare autem in substantijs sensibilibus non possit predicari sua forma in abstractione, vt dicatur homo, est humanitas, vt causa huius appareat aduertendum quod totum & pars oppositos modos habent in concludendo & excludendo quanto enim totum plura includit & pauciora excludit, tanto verius habet rationem totius, eodummodo de parte, quia quanto pars pauciora includit, & plura excludit tanto verius habet rationem partis.

B Argu. 29

Argu. 30

Cap. 4.

Aliquid esse idem alteri dupliciter. **F**

Accidens implicare tripliciter

Materia singularis in extra quidditatem.

2. huius, 39.

H Inferiora predicata quare non sunt abstracta.

F in

R5 partis minus includere

Cap. 11.

A Ex quo patet quod contra rationem partis est de aliquo predicari. Nam predicatio substantialis est ratione inclusionis & continentie, & totalitatis, & ideo quod genus ut animal predicatur de homine. tunc non habet rationem partis secundum rem sed secundum rationem. & ideo dicitur. 4. topicorum quod si genus esset pars speciei non predicaretur de specie. Nunc autem quedam sunt que non solum non excludunt sed includunt accidens ut substantie sensibiles singulares. quedam autem sunt que nec includunt nec excludunt accidens aliquod. implicant tamen ratione suppositi accidens in quo supposito habent esse que per se implicant accidens nec habent repugnantiam ad illud, licet non includant nec excludant de se. ut natura sumpta in concreto, ut homo & animal que in predicamento stant pro natura. que quidem in se homo et animal non solum significant formam. sed etiam aggregatum. & quia in concrectione minus excludunt eo quod non repugnant alicui accidenti magis habent rationem totius. Quedam autem sunt que non includunt sed excludunt accidens. non tamen repugnant accidenti eo, quod possunt esse in aliquo quod includit accidens, ut humanitas accidens excludit ut in abstractione significatur propter quod habet magis rationem partis. & ideo non predicatur nisi in concrectione. scilicet animal vel homo quod quidem non tot excludit, plura tamen includit. & ideo magis habet rationem totius, & quia in primo esse non potest esse aliqua natura que repugnat sue quidditati. ideo ipsum in abstractione et in concrectione est omnino sua quidditas & entitas &c.

B

Ad prim.

Ad 2.

Ad 3.

Ad primum dicitur quod licet de individuis substantie predicetur quidditas in concreto non tamen sequitur quod sit eadem cum eis, cum illa includant multa accidentia & non quidditas. Ad secundum dicitur quod illud de quo predicatur quidditas ut species licet non includat accidens ratione sui implicat tamen accidens ratione suppositi in quo habet esse non autem quidditas. Ad tertium diffinitio non dicit totum quod diffinitum simpliciter sed totum esse substantiale, diffinitum includit vel implicat accidens quod non diffinitio.

C

In dictis vero secundum se semper necesse est idem esse &c. Tex. XX.

Questio. III.

Argum. 1.

T. 6. 22.

Argu. 2.

QUERITUR Consequenter utrum quidditatis sit quidditas, & videtur quod non, quia quod est quid est terminus cognitionis, ut dicitur quinto metha. quia non resoluitur ulterius ab intellectu, & ideo cum non resoluitur in aliquam. stabit igitur in prima quidditate, ita quod eius non erit alia quidditas. Item quod quidem est, est de intellectu simplicium. simplicia autem non resoluntur in aliud ergo &c. Preterea omnis actio intellectus est sillogismus aut diffinitio, que actio est ratio quedam. diffinitio autem est principium sillogismi, quare diffinitio est prima actio intellectus que ulterius in ulteriorem non resoluitur.

D

1. phil. c. 1. Ex t. c. 17

2. 7. meth. c. 43.

In oppo. super primum metha. dicit commentator quod quicquid est inter materiam primam & formam ultimam est materia et forma composita, quare forma in terminia poterit resolui in ulteriorem formam, quare & in quidditate.

P Circa hanc questionem diversi modo sentitur a peripateticis. Empedocles enim volens ostendere quod noster intellectus possit intelligere substantias separatas dixit quod possumus abstrahere quidditatem a quidditate et ab illa aliam donec tandem deveniamus ad quidditatem omnino simplicem, & hec erit intelligentia

separata. Auer. autem super 3. de anima illud argumentum partim concedit & partim negat dicens quod verum est quod convenit abstrahere quidditatem a quidditate donec perveniamus ad quidditatem simplicem sed erit eiusdem generis cum prima quidditate a qua fit abstractio. erit enim substantie sensibilis, unde non propter hoc intelligimus substantias separatas, quia alia est quidditas substantie separate, & alia substantie sensibilis, videtur ergo velle commentator, quod quidditas possit habere aliam quidditatem ulteriore. Arist. tamen peripateticus videtur in 7. negare quod quidditas sit quidditatis, ut igitur pateat ista diversitas. dicendum quod essentia quidditas et natura idem sunt. differunt forte secundum rationem. scilicet ut dicatur essentia in quantum dat esse, quidditas prout est obiectum, intellectus, nam vero in quantum in se consideratur vel prout est principium motus vel saltim alicuius operationis, & quia essentia est idem quod quidditas ideo essentia potest dupliciter considerari vel in quantum res quedam, vel in quantum quidditas. scilicet in quantum intellectus negociatur circa ipsam primo modo quidditas non habet quidditatem. secundo modo potest ulteriore habere aliquo modo. primum patet ex hoc, quia quidditas dicit formam substantialem que si haberet aliam quidditatem haberet aliam formam substantialem in ipsa re. scilicet in ipso composito. essentia igitur due forme substantiales in ipso composito quod est in possibile, quia sicut unius rei unicum esse ita et forma secundum rem est una. Item forma substantialis habet subiectum in potentia, sed accidens habet subiectum in actu, quare si in composito aliqua alia forma substantialis adveniret supra aliam formam substantialem illa ultima esset accidens quia haberet subiectum in actu iam constitutum per formam precedentem substantialem, quod non potest esse. essentia igitur secundum rem. scilicet in quantum est res quedam non habet quidditatem aliam & hac via procedunt omnia argumenta Arist. 7. metha. quod patet ex rationibus frigidis, quarum prima fuit si quidditas haberet aliam quidditatem, & habens quidditatem haberet aliam quidditatem, tunc quidditas habens aliam quidditatem, & quidditas habentis quidditatem essentia diverse quidditates. sed quorum quidditates sunt diverse ipsa sunt diversa quare quidditas habens quidditatem esset diversa ab eo cuius est quod habet pro inconuenienti. constat autem quod non est inconueniens quod illud cuius est quidditas secundum rationem differat a sua quidditate, differre vero secundum rem bene esset inconueniens, ita scilicet quod aliquid esset in quidditate, quod non esset de natura eius cuius est quidditas. Item alia ratio Arist. est quod quidditates reducuntur ad alias, ut quidditates accidentium ad quidditates substantiarum quia recipiunt subiectum in sui diffinitione. In quibusdam autem quidditatibus statim convenit stare ita quod non reducuntur ad alias, ut est in substantiis & huius ratio est, quia non est realiter in subiecto composito nisi una forma secundum rem, ideo secundum rem non reducitur ad aliam quidditatem, sed secundum rationem sunt ibi plures forme. Similiter accidens habet quidditatem dependentem secundum rem a substantia, & ideo secundum rem reducitur ad eam. Item 3. ratio philosophi est, quod si quidditas haberet quidditatem pari ratione, & illa haberet aliam quidditatem, & sic iretur in infinitum, patet autem quod hec ratio non valet nisi intelligeret si quidditas haberet quidditatem in eo quod quidditas & per se sicut etiam arguit philosophus, tertio methaphis. quod si principium habet principium iretur in infinitum. Intelligit. n. in eo quod sub principium, unde licet plures forme

E Co. 26.

T. c. 14. 19. & 21.

Essentia dup. ut res & ut quidditas.

F

Forma substantialis habet subiectum ens in potentia accidentalis. in actu.

G

H

Quidditas ut quidditas non habet quidditatem.

T. c. 15.

Forme in eo quod forma nō est forma sicut nec principij ut principium.

A forme secundum rationem sint in composito si tamē sumatur forma secundum rem, quia tunc non sumit forma nisi secundum quod forma: forme autē nō pōt esse forma in eo q̄ forma sed ratione cōpositi, & quia forma est composita secundum rationem in quantum potest resolui in formam magis abstractam & communem, sed bene forma secundum rationē habet formā, ideo quidditas abstracta secundum rē non habet quidditatē, irēt enim in infinitum. Si autē propter hoc dicatur q̄ quidditas secundum rōnem habet quidditatem in eo q̄ quidditas & per se dico q̄ nō, immo hoc deficit dupliciter a per se primo quia nō est vniuersale, non enim est vniuersaliter verū omnē quidditate secundum rationem habere quidditatē, quia irēt in infinitū, deficit etiam a per se quia non est secundum q̄ ipsum vel in eo q̄ tale, quia si dicatur homo est animal, ibi animal quod est quidditas hominis nō accipitur pro natura, sed in quantum suppositum, termini enim est terminus & medij medium, sed non in eo q̄ terminus vel medium.

Ad primū B

C Ad primum ergo dicendum cū dicitur quod quid est, est terminus cognitionis, verum est q̄ est terminus cognitionis que fit per accidentia, quia accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum q̄ quid est. vnde habita prima cognitione accidentium habetur cognitio substantiæ ut subiecti in quoddam esse confuso & indeterminato. Nam impossibile est intelligere accidens sine subiecto vel determinato vel indeterminato, postea deueniemus in cognitionem substantiæ determinate & ibi sistimus, & ideo quod quid est, est terminus cognitionis.

Ad secundū

Ad secundū dicendum quod quidditas est de intellectu simplicium secundum q̄ simplex nō habet ulteriorem quidditatē in quantum hōi, sed secundū q̄ ē cōposita.

Ad tertium

C Ad tertium dicendum quod diffinitio est actio intellectus respectu filogismi vel enunciationis nihilominus vna diffinitio est prior alia &c.

Quoniam autem diffinitio ratio est, & omnis ratio partes habet &c.

Tex. XXXIII.

Questio. V.

Argu. 1.

Q VERITVR vtrum diffinitio habeat partes, & videtur q̄ non, quia formatur diffinitio secundum intelligentiam simplicium, quare nō habet partes. C Item diffinitio dicit quod quid est sed in intellectu quod quid est non sunt partes, quia non est ibi compositio, quoniam non est ibi neque verum neque falsum ergo &c. C Preterea si diffinitio habet partes cum vnicuique parti diffinitionis possimus nomen imponere vniuscuiusq̄ partis erit diffinitio, quia ut dicitur. 7. huius secundum translationem commentatoris qui non diffinit non imponit nomen, & sic queremus de partibus illius diffinitionis quia genus in infinitum in partibus. intellectus autem non vadit in infinitum, quia tunc non esset scire ergo &c.

Argu. 2.

Argu. 3.

Com. 12.

In oppositum est philosophus in litera.

C Dicendum quod diffinitio est proprie actio intellectus quia intellectus semper aliquid format & agit, vt intelligendo simplicia format diffinitionem: & intelligendo composita format enūtriationem, actio autē est medium inter virtutem & obiectum, ergo actus potest trahere condiciones suas ex utroque scilicet vel ex obiecto vel ex ipso intellectu ex parte ipsius intellectus considerando actionem diffiniendi, illa solum et proprie habent diffinitionem que intellectus directe intelligit: & quia naturaliter intellectus non intelligit

aliquid sine phantasmate. ideo cum sola composita ex materia & forma habeant phantasmata hoc sola diffiniuntur, & ideo dicit commentator q̄ simplicium non est diffinitio. C Item ex parte obiecti quia cum diffinitio sit terminus rei illa tantum diffiniuntur ad que cognitionis est resolutio, huiusmodi autem sunt substantie, & ideo genera & accidentia non diffiniuntur, quia licet ab his incipiat cognitio, non tamen sistit in his nec terminatur ad hec, vnde non est his dare terminū vel diffinitionem, licet nostra cognitio incipiat ab accidente, non tamen sistit, sed vadit ulterius, propter quod accidentium non est diffinitio neque terminus. Preterea hoc patet de generibus, species enim specialissime sunt a thome & forme indiuisibiles: quia non diuiduntur vltterius per formam vel formas genera autē diuiduntur, & ideo licet a generibus incipiat nostra cognitio quia a cōfuis que sunt nobis notiora ut dicitur in primo phisicorum non tamen in his sistit nostra cognitio, ideo non damus eis terminum neq̄ diffinitionem, quoniam in eis non est status cognitio nis, in specie autem specialissima est status, & ideo harum proprie est diffinitio in quantum diffinitio habet rationem termini & non generum. Aduertendum tamen quod prius est in cognitione nostra genus loquendo de genere in quantum est quoddam totum, genus enim & totum est, & pars, genus ergo in quantum est totum ē prius simpliciter specie quantum ad cognitionem nostram, quia sic est quoddā confusum, a quo nostra cognitio incipit, vt dictum est, in quantum autem est pars diffinitiva speciei sic est posterior & sic dicit distinctam cognitionem & quia species specialissima in rebus sensibilibus est, quoddam compositum habens partes & talia non distincte cognoscuntur nisi distincte cognoscantur partes eius, ideo dicimus q̄ diffinitio et q̄ quid est habet partes. Sed queritur quas partes habeat diffinitio vniū veram materiam & veram formam cum ut dictum est diffinitio dicat distinctam cognitionem partium diffiniti, sed partes diffinitio sunt vera materia & vera forma, quare hee partes ponuntur in diffinitione. Preterea contrarium tamen videmus quia in diffinitione non ponitur materia & forma sed genus & differentia, genus autem non est materia, licet differentia aliquo modo possit dici forma que est altera pars compositi. Ad hoc videndum notandum quod in diffinitione non ponuntur partes rei sed partes rationis partes rei non ponuntur sed si ponantur hoc est indirecte, quia partes rationis oriuntur quodammodo a re, & est ratio, quia res non habent diffinitionem nisi in quantum circa eas versatur intellectus & negociatur, oportet igitur quod diffinitio habeat partes rationis, partes autem rationis sunt genus & differentia, & hee partes rationis sumuntur a re, quia genus sumitur a materia, differentia vero a forma, & per hunc modum partes diffinitionis correspondēt partibus rei, & sic quodammodo indirecte in diffinitione sumuntur partes rei scilicet per quandam respondentiam in quantum ab ipsis sumuntur partes secundum rationem, quia si partibus secundum rationē nihil correspondet a parte rei essent penitus signum sed diffinitio est rerum incorruptibilem & immobilium quia quorum est diffinitio est & scientia: scientia autem est immobilium, & incorruptibilem, & quia quedam particularia sunt incorruptibilia ut corpora celestia & mathematica ut hic circulus & hic triangulus, hoc etiam celum incorruptibile est &c. Ideo horum est diffinitio & scientia.

Ad primum dicitur licet diffinitio formetur per intelligentiam simplicium quia illa non sunt pure simplicia pos sunt in simul cōpositionē facere et cē pres diffinitiois.

E 7. huius. com. 60.

Accidētū quare non est diffinitio.

Generum quare non est diffinitio.

T. com. 3.

Specialissime speciei quare est solus diffinitio.

F

Dubium.

Responso. G

Diffinitio nis partes directe sūt partes rationis.

Diffinitio nis partes in directe sunt res.

H

A Ad secundum dicitur qd licet diffinitio secundum se sumpta non dicat uerum uel falsum sicut nec dicit esse uel non esse ut dicitur primo post t. 5. non tamen sequitur quin habeat partes.

Ad tertium qd licet loco partium ponatur sue diffinitiones cum partes utreque & diffiniti, & diffinitionis sint essentialia predicata in quibus est status ut patet primo post, patet qd non potest esse processus in infinitum.

T. co. 35. Est autem ut neque elementa omnia sillabe in ratione insunt: ut hec cerea aut que sunt in aere &c. **T. XXXVIII.**

Questio. VI.

Q VERITVR Vtrū particulare mathematicum sit incorruptibile uel immobile, & videtur quod non, quia omne mathematicum est immobile quia dicitur 6. meth. qd math. qdā est de separabilibus immobilibus quedā de mobilibus ut astrologia.

C Item in primo de generatione in cap. de tactu dicit qd oportet mathematicum dare locum: quare si sic oportet etiam ipsis dare motum quia non quereretur locus nisi esset motus, ut dicitur 4. phisicorum sicut si nō esset transmutatus non quereretur materia ut dicitur 8. metha. **C** Item in actione & passione est motus, tactus autem est eorum que agunt & patiuntur, mathe. autem debetur tactus ut dicitur primo de generatione. ergo &c.

In oppositum est ratio omne quod mouetur habet materiam mathematica non habent materiam sensibilem sed intelligibilem non quidem intelligibilem in intellectu possibili qui est potentia anime rationalis sed intelligibilem idest imaginabilem, quia imaginatio est intellectus passiuus, quare particularia mathematica non mouentur.

Responderetur dicendum qd sicut dicit Auer. in solutione questionis Ioannis grammatici qd tota ratio corruptio nis sumitur a contrarietate generati. scilicet que aliquid habet contrarium uel qd est compositum ex contrariis ut scientia in homine corrumpitur corrupto homine secundum dictum eorum qui dicunt scientiam non manere post hanc uitam scilicet post mortem contrarietas proprie est in qualitate, & etiam possumus probare qd proprie non mouentur, si enim aliqua de quibus considerat methaphisicus mouerentur hoc maxime videretur de astrologia, que considerat de corpore celesti: qd est mobile: & motum sed hoc ipsum corpus non considerat astrologus in quantum mobile ut plane dicit Auer. super. 2. phisicorū dicens qd licet subiecta astrologie mota sint scilicet corpora celestia. non tamen considerat in eis astrologus secundum quod sunt mota sed considerat de forma & situ eorum secundum qualitatem eorum. nihil igitur considerat mathematicus in quantum tale quod sit mobile. **C** Sed in surgunt hic due dubitationes de particularibus mathematicis: quoniam esse particulare in quantum particulare secundum hic & nunc est esse in tempore, & quod est in tempore mensuratur tempore est qd mensuratur tempore mouetur in tempore, cum igitur particularia mathema. habeant esse hic & nunc erūt mobilia. Itē particularia math. non abstrahūt a quātolice abstrahāt a materia sensibili scilicet a plantis & animalibus, & hōi in quibus est materia naturalis, nō tñ abstrahūt a materia intelligibili scilicet a continuo quod est materia intelligibilis. Mathematica igitur sunt continua & quanta per se, per se autem quantum est illud qd est in loco per se sed que per se sunt in loco per se sunt mobilia: quare mathematica particularia sunt

mobilia sicut dicit Auer. in sufficientia sua illud per qd aliquid est in loco per se tale non est materia, sed oportet quod sit aliquid. accidens scilicet quantitas, & ideo dicit Aristol. 4. phisicorum quod ponere locum dimensionem separatam & ponere in ipsa corpora ē ponere duo contradictoria simul.

C Ad primum dubium cum dicitur particulare esse. hic & nunc in nunc non dicitur proprie scilicet pro nunc tempore, uel esse in tempore, sed esse hic & nunc sumitur ibi ut dicunt esse signatum dicimus enim de particulari substantia huius celi qd est hic & nunc non qd substantia celi mensuratur tempore, immo est incorruptibilis secundum omnes phōs & eterna scilicet ex parte post, sed dicit ibi quandam de signationem materie ita & particulare mathe. est hic & nunc non quod sit in tempore, sed dicit esse signatum, & est ratio quia mathe. non abstrahunt a continuo quanto, hec autē est materia imaginabilis imaginatio virtus corpa et organica est. omnis autem talis virtus quicquid representat, representat sub esse signato. ideo in hūc modum intelligitur esse hic & nunc.

C Ad aliud dubium dicendum quod mathe. non sunt proprie in loco, & non sunt mobilia per se. Et hoc est sic videre quantitas enim & qualitas dupliciter possunt accipi uel secundum modum considerandi uel quantum ad esse suum actuale primo modo scilicet quantum ad modum considerandi quantitas potest esse sine qualitate, secundo autem modo quantum ad esse actuale non potest esse quantitas sine qualitate. licet aliqua qualitas bene possit habere esse sine quantitate ut sunt habitus & dispositiones & alie perfectiones nature intelligibilis, quarum multe scilicet perfectionum sunt in genere qualitatis, quantitas ergo secundum modum considerandi potest esse sine qualitate, quia ut vult Themistius & Auer. super. 12. metha. substantia quantitas & qualitas per ordinem se habent sicut pentagonum tetragonum & trigonum, ita qd substantia est principium entium, huic autem per materiam immediatius inest uel aduenit quantitas, & hac mediante aduenit qualitas, & quia prius natura liter potest abstrahi a posteriori, ideo quantitas potest considerari sine qualitate & quantum sine quali, sed si accipiantur quantitas & qualitas quantum ad esse suum actuale e contrario est, & quia ut dictum est aliqua qualitas potest esse actu sine quantitate quantum ad esse actuale, nulla tamen quantitas potest esse actu sine qualitate constans est quod in substantiis spiritualibus ubi nulla est talis quantitas multa sunt per accidens que possunt esse qualitates, non enim est possibile qd quicquid est in talibus substantiis sit idem in re cum ipsis hoc solum in primo ente habet veritatem cum omne quod mouetur habet esse actu, ideo cum particularia mathematica accipiantur secundum modum considerandi: & sic sint sine qualitate & non habeant esse in actu, quia ut dictum est quantitas licet quantum ad modum considerandi possit esse sine qualitate tñ quantum ad esse non potest. ex hoc igitur patet qd talia particularia nō mouentur nec habent esse in loco ut sic considerata, & per hoc patet solutio ad argumēta &c.

Ad primum dicitur quod mathematicalia si considerantur secundum esse actuale sunt mobilia, & tunc potius sunt naturalia, sed mathematicus considerat illa secundum se sic abstrahit illa a motu.

Ad secundum dicitur secundū commenta. ibi c. 44. qd mathe. abstrahit a motu et a materia impossibile est tñ ea imaginari sine loco cum corpus naturale sit in loco per suas dimensiones. Ad. 3. dicitur similiter secundum ipsum com. qd mathe. entibus nō contingit locus & tactus nisi p quādā similitudinē ad naturalia.

Quonia m

Argu. 1.

T. co. 2.

Argu. 2.

T. co. 44.

T. co. 64.

& 43.

T. co. 4.

Argum. 3.

T. co. 44.

Mathem. considerat materiam intelligibilem idest imaginabilem.

C Auer. de substantia or. ca. ult.

Com. 18.

Dubium primum.

Dubium secundum.

D

H

B

T. co. 37.

Solutio.

ad. 2. dub.

F

Quantitas & qualitas dupliciter.

Com. 2.

Prius potest abstrahi a posteriori.

G

H

D

A Quoniam uero animalium anima est forma ipsorum, hec enim substantia est animati que secundum rationem substantia est: & species & quod quid erat esse tali corpori &c. *Tex. XXXV.*

Questio. VII.

QUERITUR vtrum particularia possint diffiniri, & videtur quod sic quia. 7. metha: dicitur quod qui non diffinit non ponit nomen. ergo a positione antecedentis qui imponit nomen diffinire potest sed omni particularia potest imponi nomen ergo &c. **C** Item si particularia non diffiniuntur non est alia causa nisi quia sunt mobilia & corruptibilia: quia vult Arist. 7. metha. particularia non habent diffinitionem sed cognoscuntur cognitione sui vniuersalis & qd particularia non manent sed corrumpuntur, & cum recedunt a sensu non est manifestum vel certum de eis si sint aut non, cum igitur particularia mathe. sint incorruptibilia & immobilia, quia abstrahuntur a materia subiecta motui naturali, saltem talia habebunt diffinitionem. **C** Item de quibus potest esse scia et diffinitio, sed de eternis & incorruptibilibus est scia, ergo diffinitio: sed quedam particularia ut celum signatum & corpora celestia sunt huiusmodi, quare &c. In oppositum est philosophus in litera &c. Arist. 7. metha. **C** Preterea Auer. in. 7. metha. videtur dicere qd particularia non sunt substantia, quia implicent signationem materie. hoc autem signatio est accidens, quare particulare est aggregatio ex subiecto & accidente, quare non habet diffinitionem sicut nec homo albus, & ideo homo signatus non diffinitur.

C Dicendum quod cum queritur vtrum particularia habeant diffinitionem non est questio. vtrum habeant diffinitionem quocunque modo large accipiendo diffinitionem, secundum qd omne quod significat nomen dicitur diffinitio sicut historia troiana tota est diffinitio quia significat idem quod vnum nomen si illi historie imponatur. Sic enim omnia large loquendo possunt habere diffinitionem quodammodo & particularia & alia, sed de hoc non est questio nec de hac diffinitione loquitur Arist. in. 7. metha. Remoueamus igitur a questione predca hanc equiuocationem diffinitionis & hac equiuocatione ad mota ulterius dicendum quod et non est questio vtrum particularia habeant diffinitionem in suo vniuersali & veram diffinitionem, quia certum est quod sic, na sicut quodam modo in suo vniuersali cognoscuntur sic etiam in suo vniuersali diffiniuntur. Sed est questio vtrum particularia habeant propriam diffinitionem veram. **C** Circa quod aduerendum qd sicut in omnibus est considerandum illud quod est per se, sic & in hac questione. Cum ergo queritur vtrum particularia habeant propriam diffinitionem, considerandum est quid sit illud a quo sumitur per se tota ratio diffinitionis, hoc autem est forma qd patet quia dicitur in. 2. de anima: anima egrediente vel remota a corpore corpus marcescit & corrumpitur, cuius ratio est, quia licet adhuc dicatur corpus, hoc tamen est equiuoce, quia iam est ibi alia forma, quare est diuersa ratio & idem nomen, quare est ibi vera equiuocatio, ex quo patet quod diuersa diffinitio sumitur a diuersa forma ergo per se tota ratio diffinitionis sumitur a forma, nec est contrarium si dicatur quod in quibusdam ratio diffinitionis sumitur a materia, ut in his in quibus materia ingreditur diffi-

initionem ut in naturalibus dicitur in primo de anima: quia licet naturalis abstrahat ab hac materia & ab illa signata, non tamen abstrahit a materia, siue sensibili simpliciter, non propter hoc ratio diffinitionis in talibus sumitur a materia nisi inquam facit ad esse talis rei, hoc autem est ut materia est informata, quia igitur hoc est per se quod ratio diffinitionis sumitur a forma, quare vtrum habeant formam propriam, est querere vtrum habeant propriam diffinitionem aliqui dicitur hanc formam propriam: & hoc ostendunt auctoritate & ratione, auctoritate quia dicit Auer. super. 1. metha. in illo cap. quoniam in fundamento nature, qd materia prima recepit formas vniuersales, & postea mediantibus his minus vniuersales, & sic descendendo usque ad formas individuales ex quibus ut dicunt, patet quod sicut competit habere propriam formam vniuersalibus similiter & indiuiduis & particularibus. **C** Item per rationem quia solus actus distinguit vel diuidit a natura autem potentialitatis nulla est distinctio, particularia autem habent esse distinctum, non enim est anima fortis, anima platonis quia habet formas proprias **C** Et dicendum est quod particularia non habent formam propriam, & hoc declaratur tribus modis, primo considerando ipsam formam in se. 2. comparando formam ad speciem, & tertio comparando speciem ad particularia, primo igitur modo considerando speciem in se non habent particularia formam propriam, quia ut dicitur. 8. metha. forme sunt sicut numeri, in numero autem sic est quod addita vnitatem in numero non est eadem species cum numero priori. Non. n. differunt specie numeri, quorum vnus habet totas vnitates quot alter, vnde dicitur in fine quarti philosophorum quod idem est numerus decem hominum & decem equorum, sed non est idem denarius, & est ratio quia que differunt, dicitur differunt, & ideo que cadunt sub eadem differentia ex vno latere non differunt, quare cum homo & asinus cadant sub differentia vna corporis scilicet animatum, quia corpus diuiditur per animatum & inanimatum & homo & asinus sunt animata, ideo homo & asinus sunt idem corpus, sed non sunt idem animal, quia cadunt sub oppositis differentijs animalis scilicet vnum sub rationali & aliud sub irrationali, sic numerus siue sit equorum siue hominum cadit sub eadem differentia numeri, & idem est numerus hic & ibi, sed non idem denarius. Ad hoc igitur quod sint diuersi numeri specie oportet esse plures vel pauciores vnitates in vno numero quem in alio, & quia forme sunt sicut numeri, & ideo que differunt forma differunt & spe, sed particularia non differunt spe nec forma, & pp hoc particularibus non responderet forma propria. **P** Item hoc idem patet comparando formam ad speciem, quia ut dicitur. 7. philosophorum, comparatio vera est solum in specie specialissima, non autem in generibus, & huius ratio est, quia in specie specialissima cum non diuidatur ulterius per formas alias est verissima vnio & conceptui speciei specialissime respondet vna ypostasis et vnum fundamentum. In generibus autem non est sic, immo latent equiuocationes in generibus quia propter diuisionem forme generis pro formali conceptu generis non respodet vna ypostasis nec vnum fundamentum, particularia igitur non habent propriam formam, quia tunc differret per formas, et tunc in specie specialissima non esset vera vnio nec vna forma, et ideo nec vera comparatio, cuius contrarium dicitur. 7. philosophorum ut dictum est. **C** Item hoc idem apparet comparando speciem ad particularia omnia, hec est differentia inter speciem et particularia, quia species directo aspectu intelligit, particularia autem non nisi quia intellectus vnitur

E T. co. 17.

T. co. 17.

potest non distinguit. **F**

particularia non habent formam propriam.

Ratio. 1. T. co. 10.

4. ph. text. com. 110.

G

Ratio. 2. T. co. 27. & 31.

vnitas forme est solum in specialissimo

H Ratio. 3. particularia differunt a specie,

Ad prim.

T. co. 12.

Argu. 2.

T. co. 53.

B

Argu. 3.

Com. 53.

Diffinitio ni coi oia diffiniuntur.

Particularia diffiniuntur in vniuersali

T. com. 8.

D Forma to. ta ro diffinitionis.

sensui et huius causa est, quia omne agens agit per formam suam, eo modo quo est informatum, oportet igitur quod intelligere egrediatur ab intellectu secundum formam que est intellectu. Nunc autem forma, diuersimode est intellectu et in sensu et in imaginatioe. cum enim sensus ut oculus vel imaginatiua sint virtutes in corpore et in organo quicquid in oculo vel in imaginatiua recipitur sub esse signato recipitur, et quia quantum ad esse signatum differt vnum indiuiduum eiusdem speciei ab alio: ideo propter hanc speciem signate receptam informatur oculus vel imaginatiua et cognoscit duo particularia ut diuersa quia informatur his conditionibus particularibus que sunt hic et nunc in intellectu autem non sic est forma, quia est immaterialis sicut forma immaterialis, non ergo informatur conditionibus materialibus et particularibus que sunt hic et nunc et amouetur inde omnis signatio forma autem ducit intellectum in cognitione eo modo quo est in intellectu ipsa forma, ideo hoc modo agit intellectus in cognoscendo, et ideo solum directo aspectu intelligit speciem que est intellectu a quo amota est omnis signatio. Si autem particularia haberent propriam formam directo aspectu intelligerentur ut diuersa per suas formas, quod non est verum.

C Ad rationes autem dicentium particularia habere proprias formas, dico & primo ad auctoritatem commentatoris cum dicit quod materia prima recipit formas vniuersaliores & his mediantibus minus vniuersales & sic vsque ad formas indiuiduales nec potest esse illud quod ipsi dicunt quia forme vniuersales non recipiuntur in materia in modo quicquid recipitur in materia sub esse signato recipitur, & q. Auer. dicit prius recipi formas vniuersales intelligit particulare forme vniuersalioris & secundum hoc verum est. Nam embryo prius vniuit vita plante ut plante simpliciter quam huiusmodi plante, & prius plante quam hominis, & prius hominis quam huius hominis, & quod dicit vltimus & sic descendere usque ad formas indiuiduales non intelligit formas particulares, immo sepe confuevit Ari. formas specificas a thomas indiuiduales uocare, & sic decipiuntur illi propter equiuocationem forme indiuidualis.

C Ad aliud dicendum quod licet particularia eiusdem speciei distinguantur per formam aliquo modo hoc non est per formas per se sed per accidens, scilicet in quantum forma est in materia signata, forma etiam tunc non per se distinguitur, vnde si esset abstracta a materia signata non distingueretur, & ideo licet vna & eadem res sit ille homo & homo & vnus homo. vult tamen Ari. in 7. metha. quod vnus & eiusdem rei vno modo est diffinitio, alio modo non diffinitur, enim in quantum est signata & est ad hoc ratio Arist. quod particularia non determinatur per formam, immo accidit forme determinari & distingui in particularibus speciei autem specialissime est diffinitio quia determinatur per formam. dicendum ergo ad questionem quod particularia proprie non diffiniuntur quia non habent proprias formas.

C Ad argumenta in oppositum dicendum. Ad primum princi. dicitur q. particularia possunt diffiniri diffinitione quid nominis secundum nomen illis imponitur non autem diffinitione quid rei propria.

Ad secundum dicitur q. duplex est esse scilicet essenziale & esse actuale, esse vero essenziale est magis proprium speciei & vniuersalium, esse autem actuale proprium indiuiduorum, quoniam indiuidua sunt proprie que corrumpuntur secundum esse actuale, vniuersale autem non corrumpitur secundum esse sibi proprium scilicet

secundum esse essentie sed corrumpitur secundum accidens scilicet in quantum esse actuale in indiuiduo corrumpitur quia esse actuale non est sine esse quod si corrumpitur per accidens in indiuiduo hoc pro tanto est quia esse meum & tuum actuale non sunt idem, esse autem essentie est idem, ideo in re corrupta esse essentie non dicitur simpliciter corrumpi quia non secundum esse sibi proprium corrumpitur, sed per accidens scilicet corrumpitur cum esse actuali, particularium autem mathematicum, & si corrumpitur, corrumpitur per accidens, non tamen sic per accidens ut vniuersale, quia cum corruptio fiat quantum ad esse actuale quod est proprium indiuiduorum & particularium, particularium autem mathe. particulare est, ideo cum corrumpitur quantum ad esse actuale corrumpitur quantum ad esse sibi proprium, & ideo minus per accidens corrumpitur quam vniuersale, quia cum illud esse actuale non se habet secundum quod est in re naturali quia non est dare in esse actuali quantum sine quali, ideo per accidens corrumpitur, magis tamen secundum esse sibi proprium quam vniuersale ideo non est huiusmodi particularium diffinitio. **C** Aliter dicitur quia cum quod quid est sit obiectum intellectus per se ea solum habent diffinitionem vel quod quid est, que directo aspectu apprehenduntur ab intellectu, hec autem sunt vniuersalia eterna & incorruptibilia, & ideo quauis particulare mathe. sit eternum & incorruptibile, quia tamen particulare est & in eo quod tale non directe cognoscitur ab intellectu ideo tale non diffinitur, immo si sit etiam particulare aliquod naturale incorruptibile & eternum ut hoc celum eius non est diffinitio quia qui dicit hoc celum dicit formam in materia signata: Ad tertium dicit q. non de omnibus incorruptibilibus est scientia quia non de his que directe non sunt intelligibilia ut particularia celestia.

Sed rationis partes que speciei solum sunt. Ratio vero est ipsius vniuersalis. Circulo enim esse & circulus & anime esse & anima idem &c. Tex. XXXV.

Questio. VIII.

Q VERITVR Vni partes quantitatie ingradientur diffinitiones sui totius, & videtur quod sic, quia sicut se habet acutum ad rectum ita se habet rectum ad obtusum, sed acutum diffinitur per rectum dicendo acutus angulus est minor rector, quare & obtusum diffinitur per rectum dicendo, obtusus est minor rector, sed rectus est pars quantitatie obtusi, ergo &c.

C Item partes que ingrediuntur diffinitionem sunt partes priores simpliciter quia sunt partes formales & essentielles nam forma est que per se pertinet ad diffinitionem, secundum autem Auer. inde substantia orbis dimensiones indeterminate precedunt formam substantialem in materia, quare cum precedant formam, multo magis precedunt rem, quare cum dimensiones dicantur partes quantitatie que quidem sunt priores rei ingrediuntur diffinitionem rei.

C Item circulo est essenziale continuum sed essenziale est continuo habere partes quantitatie cum continuo sit quod est per se diuisibile: quare partes quantitatie erunt essentielles circulo, quare poterunt ingredi diffinitionem circuli.

C In oppositum est Arist. 7. metha, & arguitur per rationem sic, sicut non est circulo demonstrare, ita non est circulo diffinire, non enim est circulo demonstrare quia

In diuiduū differt ab alio quō.

Qualis est forma talis opatio.

Ad primā opinatiū

Commen. non fuit huius intentionis.

Materia recipit primo formas vniuersales quomodo

Indiuidua frequenter apud philosophum dicuntur spēs a thome.

Ad 2. opinatiū.

Particularia distinguuntur accidentaliter per formam.

T. co. 53.

particularia quare non diffiniuntur.

Ad 2. in opposit.

Esse essenziale est vniuersalium.

Esse actus se est particularium.

vniuersalia secundum se proprii sunt incorrupt.

Diffinitibilia sunt que directe sunt intelligibilia.

Ad 3.

Argu. 1.

Argu. 2.

Argu. 3.

H T. co. 55.

Sensibilibz
substantiis
que sit.

Intelligibi
lis subitan
tia que sit

9. metha.
com. 2.

1. phil. 1.
com. 80.

partes es
sentiales.

partes ma
teriales.

partes quæ
sunt etia
per for
mam.

D
Intelligibi
le quodli
bet est ta
le per for
mam.

quia probans aliquid probat illud esse probatum ab illo, si igitur quod primo probat, probatur primo, probans primum probat seipsum quod est inconueniens quare similiter non est circulo diffinire, cum igitur partes quantitatie diffiniantur per suum totum, non diffinient suum totum. ¶ Ad declarandum istam questionem sciendum primo quod duplex est substantia, sensibilis & intelligibilis, substantia sensibilis est que componitur ex duabus naturis scilicet ex materia & forma recepta in materia, ideo hec substantia que signationem habet, & est hic & nunc est quanta, substantia intelligibilis est que non habet signationem nec est hic & nunc nec quanta, propter hoc quod queritur vtrum partes quantitatie ingrediantur diffinitionem rei non habet locum in huiusmodi substantiis intelligibilibus que etiam non habet diffinitionem nec partes quantitatie quia non competit ipsis signatio materie sed competit substantie primo modo dicte. ¶ Et ad hoc notandum est quod quicquid competit substantie compositæ ex materia & forma, competit ei ratione componentis scilicet tam ratione materie quam ratione forme, & in hoc nulla est differentia, quamuis enim aliqua principaliter competant ratione forme ut actio & aliqua principaliter ratione materie ut passio, vtraque tamen competit composito ratione vtriusque partis componentis scilicet materie, & forme. forma enim materialis non agit nisi ut est in materia propria, similiter passio non est in materia nisi in quantum est sub forma, ut dicit Auer. super. 1. physicorum, quauis igitur aliqua competant composito, & principaliter ratione forme & aliqua ratione materie, omnia tamen que competit composito competit ei ratione tam materie quam forme, & ideo dicitur quod subiecta materia, & forma est causa omnium accidentium. ¶ Vterius aduertendum quod est accipere triplices partes scilicet partes rationis siue essentie que consequuntur totam speciem sub esse signato, partes autem materiales non consequuntur totam speciem, nec oportet quod accipiantur sub esse signato & in hoc habent similitudinem partes quantitatie cum partibus rationis quia vnumquodque compositum diuiditur tam per partes rationis quam per partes quantitatie, & quia diuisio per vtrasque partes competit composito tam ratione materie quam ratione forme diuisio per partes essentielles competit composito etiam ratione materie, quia huius diuisio fit in materia & forma, similiter & diuisio per partes quantitatie competit composito etiam ratione materie & forme, quia forma non diuiditur per partes quantitatie nisi habeat esse in materia signata nec materia potest diuidi nisi sit sub forma, nihilominus tamen per partes essentielles diuisio competit rei principaliter ratione forme quia tota ratio ipsius esse principaliter sumitur a forma, quia forma principaliter facit adesse e contrario autem est de partibus quantitatie, quia ex hoc quod intelligis partes quantitatie in composito necessario est signare partes in continuo. Aliter enim non intelligis partes quantitatie cum aliquid diuidis in quantitatie partes nisi cum signas partes, & quia signas, signatio autem proprie competit materie, quare diuisio per partes quantitatie competit composito per materiam, & ex hoc iam patet, quare partes quantitatie non ingrediantur diffinitionem. Nam cum diffinitio sit actio intellectus res solum hoc modo habent diffiniri prout obijciuntur intellectui non autem obijciuntur intellectui nisi per formam, cuius ratio est, quia noster intellectus solum est in potentia, est enim in genere intelligibilium infimus & vltimus, & ideo cum sit de se in potentia, non vadit ad actum nisi per aliquod ens in

actu, quare res intelligibiles non educuntur per intellectum de potentia ad actum nisi secundum quod sunt in actu hoc autem est solum per formam suam, quia res per formam suam habet actum. ¶ Ex his relinquitur quod ille partes que competunt rei per formam per se & principaliter ingrediantur diffinitionem, in omnibus enim est attendendum illud quod est per se et dimittendum quod est per accidens, partes que competunt rei per materiam non ingrediantur diffinitionem ex his que dicta sunt patet, que dicit Arist. 7. metha. & suus commentator de partibus quantitatie scilicet quod partes quantitatie sunt posteriores composito, quia consignatio presupponit esse compositi, & cum partes quantitatie sumantur penes signationem suppositi, partes huiusmodi sunt posteriores supposito suo, partes autem essentie sunt priores quia dant esse. ¶ Item patet aliud dictum Auer. quod huiusmodi partes sunt priores suo toto in via generationis & temporis ratione potentialitatis, posteriores autem ratione actus & complementi, presupponunt enim esse a quo sumitur omnis ratio complementi. ¶ Item quod huiusmodi partes subesse signato consequuntur totam speciem licet propinquiores sunt speciei & forme & sunt minus per accidens quam partes materiales, cuprum enim est prius respectu circuli, non enim est inuenire hunc circulum sine cupro.

¶ Ad primum dicendum est quod licet pars quantitatie sit posterior toto, & hoc modo sumendo ipsam ut partem quantitatie nunquam diffiniet totum. Si tamen pars quantitatie sumatur secundum aliquem modum, secundum quem est primo obiectum intellectus, sic potest diffinire totum, & hoc modo rectum quamuis sit pars obtusi potest obtusum diffinire, in quantum quidem rectum est habitus respectu obliquitatis que importatur per obtusum et acutum que obliquitas & priuatio non habet cognosci nisi per habitum.

¶ Ad aliud dicendum quod dimensiones indeterminate non precedunt formam simpliciter in materia de quo tamen poterit videri suo loco, sed formam particularem in materia, hec non habet diffiniri, quia particularium non est diffinitio. ideo &c. ¶ Item dato quod dimensiones indeterminate ingrediantur diffinitionem forme signate in materia, ille tamen dimensiones non ingrediantur diffinitionem secundum partes quantitatie, sed secundum suum totum, immo sicut visus fertur primo super totum visibile, & per consequens fertur super partes visibile, ita intellectus super tale totum fertur, & per consequens super partes &c.

Ad tertium dicitur sicut ad primum quod partes quantitatie ut obijciuntur primo intellectui sic sunt priores diffiniuntur totum.

Dubitat autem merito quæ speciei sunt partes & quæ non: sed simul sumpti, hoc enim non manifesto existente &c.

Tex. XXXVII.

Questio. IX.

DEINDE queritur vtrum genus in diffinitione ponatur ut materia, & videtur quod non quia quod vere forma est rationem materie non habet, sed omnes partes diffinitionis sub forme ut dicitur 7. physicorum quare &c.

¶ Item si genus haberet rationem materie, hoc non esset nisi respectu differentie, sed respectu differentie non potest habere rationem materie, probatio, omne quod est magis abstractum simplicius & formalius est, & magis habet esse actualitatis, genus autem magis est

T. c. 23.
1. phil. 1.
com. 26.

Ad prima.

Ad secun.

G

Argu. 1.

T. c. 28.

H
Argu. 2.

A abstractum quam differentia, quare respectu differentie non habebit rationem materie. **C** Item vel haberet rationem materie, que est pars compositi, aut que est totum, non materie que est pars, quia tunc genus non predicaretur de toto, sicut nec materia que est pars ut corpus que est altera pars hominis compositi non predicatur de homine.

Argu. 3. **C** Item aut habet rationem materie naturalis: aut artificialis, hec enim materie differunt in hoc qd materia naturalis non dicit totum siue totam substantiam rei naturalis. materia autem artificialis dicit totam substantiam artificialium, propter quod dicit Auer. supra secundum phi. qd omnes forme artificiales sunt accidentia, sed neutro harum materierum predicatur predicatione essentiali de eo cuius est, quare si genus haberet rationem alterius harum materiarum non predicaretur de specie, hoc autem falsum, quare genus non habet rationem materie.

T. co. 13.
T. co. 34.
In oppositum est Commentator. 7. mathe. & etiam ipse Arist. dicit genus esse materiam.

Generis et materie differentia
1. metha. com. 17.
B
Ad istam questionem dicendum quod commentator in pluribus locis soluit istam questionem, & in primo metha. in illo capitulo, quoniam in fundamento nature nihil est distinctum & c. & in 8. & dat tres differentias inter genus & materiam, prima differentia est, quoniam genus est medium inter potentiam & actum, materia autem potentia simpliciter, hanc ponit Auer. in primo metha. 2. ponit in 8. metha. & est genus est pars in potentia, materia vero est pars in actu. Ex his duabus elicitur. 3. differentia quam ponit & in 2. & 8. eiusdem, & est scilicet quod genus predicatur, materia autem non, qd autem eliciatur ex prima differentia & secunda sic patet, quia cum materia sit in potentia simpliciter, genus autem aliquid habet actus, quoniam est medium inter potentiam & actum, genus est totum quoddam, totum autem de toto predicatur, unde genus predicatur de toto non autem materia. Similiter ex 2. differentia potest elici. 3. quia res secundum suum esse actuale habet partes reales scilicet materia, & forma que sunt partes compositi, & res per has partes constituta habens esse actuale solum est intelligibilis in potentia, & quia res est intelligibilis in potentia, ideo hoc modo genus est pars rei. et sic dicere partem in potentiam est dicere partem secundum rationem que est totum ideo genus predicatur, materia autem non, patet qd ex duabus differentijs elicitur. 3. que est quod genus predicatur, materia vero non, genus dicit illud totum quod species, materia autem partem simpliciter dicit, sed genus ut dixi dicit illud totum quod species sed per modum cuiusdam confusi, propter hoc est medium inter potentiam & actum videtur autem secunda differentia contradicere prime quia considerando genus in se dicit medium inter potentiam & actum, materia vero dicit partem in actu unde advertendum quod genus est pars rei secundum quod res sunt apud intellectum diffiniens, & ideo genus est pars rationis tantum. Nam res secundum quod sunt in actuali suo esse sic habent esse, qd solum sunt intelligibiles in potentia, quod est pars rei ut est in actu, est pars in actu quod autem est pars rei ut est intelligibilis est pars rei in potentia & est pars secundum rationem, quia intellectus facit genus esse partem & ideo genus predicatur quia dicit illud totum quod dicit species licet indistincte, materia vero non predicatur quia dicit partem que est pars rei secundum quod res est, supra autem rationem talis partis est predicari essentialiter non dico denominative. Nam pars realis differt a suo toto, & ideo non predicatur de suo toto, genus autem differt a re secundum rationem non

secundum rem, ideo essentialiter predicatur de re, & est idem cum subiecto secundum rem de qua predicatur essentialiter, differens tamen secundam rationem, realis autem pars ut materia differt realiter a re. ideo materia non predicatur, & sic patet qd ex hac secunda differentia scilicet quod genus est pars secundum rationem & est pars in potentia, & qd materia est pars secundum rem, & est pars in actu, sequitur tertia differentia scilicet quod genus predicatur, materia vero non. **C** Nunc videndum est quomodo genus assimilatur materie. Ad quod sciendum qd materia potest considerari dupliciter scilicet secundum essentiam suam, vel ut est sub forma, primo modo sumendo materiam materia est omnium vna, sumendo autem materiam secundo modo ut est sub formis hoc potest esse dupliciter, aut prout est sub formis accidentalibus uel substantialibus, si prout est sub accidentalibus adhuc dupliciter aut est sub communi. aut est sub propria si sub communi, illud accidens consequitur materiam. Si sub proprio illud accidens consequitur formam siue speciem si autem prout est sub forma substantiali adhuc dupliciter aut sub formis substantialibus habentibus ordinem adinuicem, & tunc materia informata forma vniuersaliori recipit secundam ut dicit Auer. primo metha. aut sub formis substantialibus contrarijs, tunc materia est in potentia ad utranque nec est actu aliquid horum, sed sit actu per alteram, formam in actu. In his quatuor proprietatibus genus assimilatur materie, nam sicut materia secundum suam essentiam est vna omnium non per vnam formam sed per indifferentiam quandam ad omnes formas, sic genus est vnus non per formam vnam sed per quandam indifferentiam ad plures formas, non enim intellectui generis respondet ypostasis vnus forme secundum Auerroin commentatore super primum de anima qui dicit conceptui generis non respondet ypostasis vna quia non respondet ei forma vna: sed plures, est enim conceptus generis ex tenui similitudine singularium sumptus, speciem autem specialissimam vult vnam formam esse & naturam. Item sicut accidentia communia sequuntur materiam, propria vero speciem sic est in genere, quia genus consequitur accidentia communia, cum enim videt quis a remoris quid terminat visum, & consistens scit qd est aliquod corpus, non autem corpus tale cum autem propinquius videtur per se moueri scitur quoniam animal. **C** Item materia sub formis specialibus ordinatis prius recipit formam generis quam speciei & in hoc genus magis, appropinquat ad materiam quanto aliquid magis est, abstractum & communius, tanto plus est immeritum materie. propter qd embrio prius viuit vita plante quam animalis & quam hominis. **C** Item quarto modo considerando materiam ut est ad formas substantiales contrarias est in potentia ad vtrasque recipit autem determinationem per alteram formam earum, ita & genus est in potentia ad vtranque differentiam & accipit determinationem a differentijs, est enim genus materia totius dicit enim idem quod totum, licet alio modo & in hoc differt a materia artificialium quia licet dicat totam substantiam, artificialium non tamen dicit totum illud quod res artificialis aliquid enim addit forma artis super materiam artificialium propter quod, & illa materia non potest directe predicari de artificialibus & c.

Ad primum dicitur quod genus ut ponitur indiffinitio, ne se habet ut forma quia licet se habeat ut materia quia tamen non sub est ut materia particularis sed omnis que est pars essentie est forma totius se habens ut partem forme & ut sic e forma ex alio se habet ut materia

E Genus est pars in potentia ex parte secundum rationem ideo predicatur.

genus que assimilatur materie.

Accidens esse sequitur materiam propriam formam.

F Com. 17.

Proprietates. 4. generis compositur materie.

proprietates prima.

Com. 8.

proprietates

proprietates tertia.

G

proprietates quarta.

H Ad prim.

C
Genus dicit totum quod species sed confuse in predicatur.

D
Materia non predicatur quia dicit partem in actu.

A
Ad secun.
Ad terci.
T.co. 35.
Ad quart.
c. 25. 34.
43.
Argu. 1.
Com. 17.
B
Argu. 2.
sex. c. 49.
Argu. 3.
Differen-
tia se ha-
ber ut a-
ctus tripli-
citer. 2. r.
ratio.
2. ratio.
In hoc. 7.
metha. ce.
com. 35.
tertio rō.
C
Abstra-
tum abste-
rioribus se
habet ut
totum.
H
differen-
tia
4. totum
D

E
Genus nō
predicatur
de diffe-
rentia.
Ratio. 1.
Ratio. 2.
Ratio. 3.
2. quod di-
citur de
differētia
3. quod di-
citur de il-
la.
4. quod di-
citur de il-
la.
F

Species di-
cit totum
per modū
forme &
est mate-
rie.
Genus di-
citur suum
p modum
materie.
G
Ad prim.
Ad secun.
Ad terci.

Argu. 1.
H
Argu. 2.
G

ria quia habet ut pars potentialis. Ad secundum dicitur qd genus ut penitit in diffinitione non est quid abstractum immo se habet ut potentiale & determinabile quod actuatur & determinatur per differentiam. Ad tertium dicitur qd habet rationem materie q est pars compositi nam ut dicitur. 7. methaphi. partibus diffiniti correspondēt partes diffōnis, diffintū cōponitū ex materia & forma cuius materie genus uicē gerit. Ad. 4. dicitur qd genus est ut materia naturalis que se habet non ut pars rei & in actu hec enim non predicatur sic intelligitur Auerr. 7. metha. sed ut pars rei secundum rationem hec predicatur de toto.

In hoc namque hō & albū multa quidē sunt cū alterū nō insit alteri &c. T. XLII.

Questio. X.

QUERITVR consequēter utrum differentia habeat rationem actualitatis & dicat quid in actu, & videtur qd non secundū enim commentatorē primo metha. materia dicit potentiam purā, & ideo non predicatur a simili: si differentia diceret actum purum non predicaretur: quare ad hoc qd predicetur oportet qd dicat mediū inter potentiam & actū, quare erit quid potentiale sicut & genus. **C** Itē species constat ex genere & differentia & utrumque est in potentia: quia dicitur in. 7. metha. qd ex pluribus existentibus in actu nō fit unū. **C** Preterea differentia est pars diffinitionis quare dicit quid potentiale cū pars sit in potentia in toto.

In oppositum est philosophus in litera. **C** Respondetur ad istā questionem dicendū qd differentia illud quod dicit: dicit per modum actus, & hoc patet triplici rōne. Nā differentia distinguit. omnis autē distinctio a forma & ab actu ē. solus enim actus distinguit a potentia nulla est distinctio, ex hoc enim contraria non distinguuntur cum sunt in potentia, immo eadē est materia contrariorum, & ideo cum differentia distinguat habet rationem actualitatis. Item differentia est complementum diffinitionis, & habet rōnem cōplementi & rō differentie sumitur a parte que est actus. Nā secundum Arist. partes que sunt priores via generationis & temporis & partes quantitativē & materiales sunt posteriores gnatione & tempore. **C** Itē ratio dñie sumitur nō a toto sed a parte, & est rō quia cum genus sumatur a toto, & nō dñia si n. differentia sumetur a toto non esset cōtra rōnem differentie inquantū differentia qd genus predicaretur de ipsa cū totū possit predicari de toto, sicut non est cōtra rōnem generis qd predicetur de specie: quia utrunque sumitur a tota natura, sumitur igitur a parte sed non a parte que est materia, quia sic non haberet rōnem cōplementi, sed sumit a parte que est actus & a forma partis, et quia forma habet rōnem actus, & ideo differentia habet rōnem actus. Animatum enim non significat totū, immo solum significat idem quod anima. differunt tamen in modo significandi sicut idē significat albū & albedo. differentia tamē implicat totū, genus autē significat totum sed materialiter, quia quanto aliquid ab intellectu cōsideratur sub esse abstractioni tanto magis cōsideratur sub modo magis confuso & indistincto. & hoc est magis materialiter considerare, differentia vero per modum forme dicit totū non qd dicat significatū sed implicat, spēs dicit totū per modū totius. s. materie & forme. Ex his igitur qd dicta sunt patet illa quatuor que cōiter solent dici de genere & diffeantia. dicitur. n. qd de ipsa nō predicatur genus. Itē qd differentia non cadit in recto ordine in linea predicamentali sed cadit a latere. Itē qd semper predicatur denominatiue. Itē qd differentia est illud a quo diffinitio habet unitatē. **P** Primum patet sic. s. qd genus non predicatur de differentia, quia

differentia secundū qd differentia significatiue dicit for mā ut animatū significat animā, si igitur genus siue animal predicaretur de differentia secundū qd differētia, aīa esset animal. sed homo nō est aīa sed animatū: & per cōsequens illud animal non predicatur de differentia ut differentia. **C** Itē homo est animal cōpositū ex anima & corpore, quare hō esset plura animalia si genus predicaretur de differentia. **C** Aliomodo potest hoc probari: quia, quia si genus predicaretur de differentia: totum predicaretur de parte, sed si totū predicatur de parte cum vnum totū habeat plures partes: tūc vnum totum esset multa tota, vna domus multe domus, & vnum animal multa animalia. **C** Item non cadit differentia in recta linea predicamentali quia que in recta linea cadunt vniuniformiter sumuntur a toto. differentia autē nō sumitur a toto nec genus & spēs ideo genus & species cadunt in recta linea nō autē differentia. **P** Item semper differentia predicatur denominatiue, quia cum differentia sumatur a forma que est pars ut dictum est, forma autem que est pars non est totum cōpositum ideo non debet sumi in predicatiōe nisi rōne concretionis, per implicationē dicat quodam modo totum. **P** Itē patet quartū. s. qd differentia sit illud per qd diffinitio habet unitatē, quia diffinitio non habet unitatē nisi ex eo qd est vnus nature & a natura vna diffinitio. unitas autē diffinitio est ab entitate & unitate rei, entitas autē est per formā que est pars compositi & q est perfectio & cōplementū & tota diffinitio sumitur per respectum ad hanc formā, ideo cū differentia ut dictū est sumatur a forma, patet qd ipsa est cā unitatis diffinitionis. econtrario est de genere quia genus nunquam predicatur denominatiue eo qd ipsum sumitur a toto, & ideo non denominatiue sed essentia liter predicatur. **P** Itē cadit genus in recta linea, quia sumitur a toto sicut species, licet differenter & utrumq cadit directe in linea. **P** Item genus cōprehendit sicut totū partē, genus. n. dicit totū. differentia autē partē. Itē genus predicat suas partes nō ē aliquid nisi sicut materia, quia genus idem secundū rē est totū qd spēs sed differenter, quia spēs dicit totū secundū modū materie & forme, genus autē dicit idē totū per modū materie, & ideo genus est aliud a toto secundū rōnem & non secundum rē, dicunt autē quidā qd rō differentie sumit a tota nā significatiue sed forte, modo non est facile videre cām quare semper pōdicet denominatiue, & quare ponat a latere nisi dicat eo mō quo dictū est superius. Ad primū dicitur qd non est dictum ab aliquo differentia dicere purā actualitatē ut materia purā potentialitatem sed dicitur quod differentia respectu generis dicit actualitatem. Ad secundum dicitur quod rō est p. cōclusionē, cum genus & differentia sint due partes diffinitionis & utreque non possunt simul esse actus nec potentie & genus se habet ut potentia differentia oportet se habeat ut actus. Ad tertium dñ qd differentia relata ad genus se habet ut actus. relata ad spēm cuius ē pars ut est pars cōtrahit rōnem potentialitatis.

Si itaque hec si se hēnt palā, quia similis differentie rei erit et diffō &c. T. c. xliii.

Questio XI.

QUERITVR, cōsequēter utrum addēdo differentiam generi fiat nugatio & vī qd sic quia si nō ex differentia addita gnī nō fieret vere vnū sicut nec dicēdo hō albus sit vere vnū eo qd albū dicit aliā naturā ab hōie, hoc autē est inconueniens, sed dicit illud totū qd dñia & plura, vñ addēdo alteri idē dicet bis & erit nugatio. Itē rō qre dicēdo aīal hō est nugatio est quia rō aīalis sumitur ab eodē toto, a quo natura hominis qre cū qlibet ps diffōnis dicat idē qd totū, seq qd differentia

A addita generi facit nugationem. ¶ Item genus et quodcunque alterum istorum exprimas semper alterum in altero intelligitur quare erit nugatio. causa enim quare simus dat intelligere nasum est, quia dicendo nasus simus non amplius dat intelligere nasum, quia unum. In nasus non est de primo intellectu simi.

In oppo. est Ari. & arguit per rationem, quia uera diffinitio non continet superfluum nec diminutum, sed uera diffinitio fit ex genere & differentia, quare per ipsorum coniunctionem non erit superfluitas neque nugatio.

Ad ista quoniam dicendum quod in diffinitione addendo differentiam generi, non fit nugatio, et hoc patet duplici via. prima via sumit a modo quem habet differentia, habet. n. modum accidentis. Accidentis autem semper est predicari, & nunquam subijci ut innuit. i. phisi. quod patet quia terminus in predicato stat pro forma in subiecto vero pro supposito. albius autem sola qualitate significat. id contra rationem accidentis est subijci non dico quin spes subijciatur generi suo, sed non tanquam accidens sed in quantum spes est & ita de differentia, differentia. n. in quantum differentia non subijciatur generi nec spei. ¶ Si. n. dicatur animal est animal cum hec differentia animalum nihil aliud sit quam anima vel nihil significat nisi animam in quantum differentia nec quod anima sit animal, sed quia subiectum cuius est actus anima est animal.

C Item habet modum accidentis & conuenit cum ipso in hoc quia sicut simus cum dicitur nasus simus expresso naso non dat amplius ipsum intelligere, nec est si non exprimeretur dat ipsum intelligere quantum simus naso non addito det ipsum intelligere. ¶ Et quia ista via non uidetur sufficiens ad euadendum nugationem in cedendum per aliam viam. scilicet considerando genus & differentiam quantum ad ea a quibus sumitur ratio ipsorum. unde et genus ut prius visum est sumit a toto siue a natura tota spei. differentia uero ab eo quod est pars. scilicet forma, & ex hoc est quod uno addito alteri non erit nugatio, & hoc est sic videre. nugatio. n. fit duobus modis, aut. scilicet cum idem sub eadem voce bis dicitur & explicite, aut cum aliquid additur alteri in quo additio illud cui additur, est actualiter intellectum, ut in homine actualiter intelligitur animal. dicendo animal homo, et tunc a parte eius quod additur alteri non fit nugatio quod ipsum sub sua voce bis dicatur. scilicet homo, homo sed aperte eius cui fit additio dicitur idem bis. unde animal homo est idem quod animal, animal fit igitur ista nugatio, ex hoc quod animal actualiter intelligitur in homine. si. n. aliquid intelligeretur in aliquo potentialiter ex tali additione adiuuante non fieret nugatio nec sufficeret talis intellectus unius in aliquo ad nugationem. genus autem non intelligitur actualiter in differentia, nec differentia in genere. & id ex additione unius ad alterum non fit explicata nugatio ut dicatur explicite animal, animal bis, nec est fit implicite nugatio ita quod intelligatur unum in alio, quia nec unum intelligitur in alio nec e contrario. animal. n. non intelligitur in rationali quia ratio generis sumitur a toto. unde animal dicitur totum, ratio uero differentie sumitur a parte. scilicet que est forma vel pars rei unde rationale dicitur parte reale totum autem integrale nunquam intelligitur in sua parte. si. n. sic esset cum totum integrale plures haberet partes, in quarum qualibet intelligeretur in actu circa unum totum essent multa tota et una domus esset multe domus. ¶ Similiter. n. si genus actualiter intelligeretur in differentia que differentia dicit partem integram totius, tunc unum animal esset multa anima vel plura. genus igitur non predicatur de differentia, nec actualiter intelligitur in ea, nec differentia intelligitur in genere, quia quamuis differentia includatur actu in genere ut pars integralis in suo toto secundum quod dicit Aristoteles. quod genus comprehendit differentias, non tamen intelligitur differentia actu in genere, & ratio est, quia secundum rem totum intelligitur in toto actualiter, si tamen idem siue unum totum sit

maioris abstractionis & aliud minoris abstractionis, ut idem totum secundum rem dicunt homo & animal. illud quod est maioris abstractionis actualiter intelligitur in eo quod est minoris abstractionis, ut animal actualiter intelligitur in homine. e contrario autem potentialiter, homo intelligitur in animali quamuis dicunt idem totum secundum rem, differentia autem non est abstracta a genere, & ideo licet includatur in genere quod est totum ut pars integralis, non tamen in ipsa actualiter intelligitur, quia igitur genus non actualiter intelligitur in differentia, quia totum non actualiter intelligitur in parte integrali. nec e contrario. differentia non actualiter intelligitur in genere sed potentialiter sicut minus abstractum in magis abstracto non est actualiter intellectum, & ex hoc est quod differentia addita generi non facit nugationem. Sed hic occurrit magnum dubium, quia licet ex additione unius differentie ad genus non fiat nugatio, ut dictum est, tamen si in una diffinitione cadant plures differentie per ordinem que addantur supremo generi ut dicendo corpus animatum sensibile rationale per additionem posterioris ad priorem uidetur fieri nugatio, quia iste differentie sic sumpte per ordinem prior sumitur a parte. scilicet forma sicut & posterior. cadunt enim in una linea. scilicet a latere omnes. ¶ Item predicantur denominatiue quare nulla dicit totum sed quicquid dicit una, dicit alia sicut genus, quia ab eodem toto a quo sumitur homo, sumitur animal. unde fit nugatio dicendo animal homo, licet se habeant sicut magis & minus abstractum, ita erit similiter de priori & posteriori pluribus positis ordinate in eadem diffinitione. scilicet quod faciunt nugationem. sumuntur enim omnes ab eadem natura, licet secundum maiorem & minorem abstractionem. ad istam autem rationem non uidetur nisi unus modus euadendi quem annuit Aristoteles in littera. 7. metha. dicit. n. quod sola ultima differentia dicit totam rei substantiam & hec sola tenet locum vere differentie, omnes autem differentie inter medie tenent locum & rationem generis proximi. Si. n. non scire nomen generis proximi ad hominem accipere genus remotum & aggregare singulas differentias in uno latere ordinatas que cum genere illo omnes circuloquuntur unum genus proximum hominis ut corpus animatum sensibile quod totum, circuloquutio generis est, quod est animal. quod quidem est genus proximum hominis cui additur differentia ultima. scilicet rationale que sola habet locum differentie. omnes autem alie rationem generis, & sic perficit diffinitionem hominis. unde ille differentie contra genus non debent distingui ut partes diffinitionis quare unum sit genus & aliud differentia, sed debent accipi ut totum illud sit nomen unius generis, per hec igitur que dicta sunt iam patent, que dicit Aristoteles in littera de differentia, scilicet in libro septimo methaphisice, dicit enim quod non refert per plures differentias aut per unam diffiniri, quia omnes intermedie suppleunt vicem unius generis proximi ad speciem.

C Item dicit quod differentia comprehenditur a genere. scilicet sicut pars integralis includitur in suo toto.

C Item sola ultima differentia, dicit totam substantiam, & sola est vera differentia.

C Item dicit quod oportet quod ille plures differentie in diffinitione ponantur ordinate, ita quod non ponatur minus abstracta prius & magis abstracta posteriorius, quia hoc modo ex additione unius ad aliam fieret nugatio, & maxime si ultimam differentiam poneret que constituit speciem fieret nugatio ac si speciem adderet generi.

C Ad argumentum in oppositum dicendum quod differentia est aliud & non est aliud genere, est aliud quia

E Cōsequēs & species idēz totū dicuntur secludūz rē

Absra-ctum ma-gis intelli-gitur a-ctūz in minus. Abstra-ctum mi-nus poten-tia liter in telligitur in magis abstrac-tio.

F Differentia sola ultima dicit totā substantiā res T.c.43.

G Differentie intermedie gerunt vicem gūis.

T.c.43.

H

1. Ratio. Differentia non facit nugationem cum genere. T.c.27.

2. Ratio.

Nugatio dupl. fit.

Totum nō intelligitur in parte.

Ex. 7. libro 6. 92.

In hoc. 7. 6. 43.

A quia non est ipsum totum, immo pars est, non est aut aliud pro illa parte totius scilicet forma, que idem est q genus, & si est aliud, ergo non fit ex ipsa, & genere ynum, sicut nec ex homine & albo, dicendum q non est sic omni moda diuersitas inter differentiam et genus vt inter substantia & accidens, ut dictu est.

Ad secun. Ad secundum dicitur q non quelibet pars diffinitionis dicit idem quod totum, genus enim dicit totum, differentia autem non, & nec ipsum, genus quod est totu, actualiter intelligitur in differentia que est pars integralis, nec etiam genus intelligitur actualiter in differentia ideo negationem non faciunt.

Ad tertiu. Ad tertiu patet q no est veru q quelibet pars itelligatur in altera na nec genus a actualiter in telligitur in differentia, cu totu no a actualiter intelligatur in parte nec differentia actualiter in genere sed potentialiter ideo &c.

Quem ad modum igitur dictum est latet quod impossibile diffinire in sempiternis: maxime uero quecumque unica, ut Luna & Sole &c. Tex. LV.

Questio. XII.

QUERITUR Consequenter de substantijs simplicibus separatis, vtru. s. habeat diffinitione videtur q sic, quia substantiaru maxime q per se sunt est diffinitio. hmoi aut maxime sunt substantie & p se, & maxime subsistit. igitur, quare &c. **C** Itē si ille substantie no habeat diffinitione hoc non est pp aliud nisi quia carent partibus, sed hoc no impedit, p hō genus. n. & differentia sunt partes diffinitionis & hee no sunt partes reales, quia tunc no pdicarētur de re, sed sunt partes rōnales q partes cōperentes diffinitioni cōperere possunt hus simplicibus, quare poterit diffiniri per partes rōnis quāuis in ipsis no sint partes reales. **C** Itē cū diffinitio sit actio intellectus illa sola diffiniuntur que directe, intellectu cognoscuntur. Si igitur ista no diffiniuntur hoc esset quia non cadūt in intellectū nostrum, sed q cadant in intellectū nostrū videtur. Intellectus. n. noster simplex est & plus cōuenit cū simplici quā cū cōposito, quare si noster intellectus cognoscit cōpositū, multo magis, & simplex cū cognoscendo illa intellectus fornet diffinitionem.

B Argu. 1.

Argu. 2.

Argu. 3.

C T. co. 55.

Finitum et infinitum quantitati cōgruunt quomodo.

Materia dat esse finitum.

D

In oppositum esse Arist. in litera in hoc. 7. Ad ista qōne primo est videndū qno in substantijs separatis sit accipere finitū & infinitū, ut q quāto cōgruūt sciendū ergo q oīs forma materialis que recipitur in materia, tā substantialis quā accidentalis ex eo q recipitur in materia cū receptio fiat per modū rei recipiētis nō rei recepte nō recipitur termino sue perfectionis secundū q totalis forma in specie, sed secundū participatione & secundū plus & minus, & in formis quidē accidentalibus hoc patet que nō proprie intēdūtur et remittuntur in substantia vt calidū, manifestū est. n. q in igne et in aere recipitur secundum esse magis et minus in tensum, vt in aere secundum esse minus intensum: et in igne secundum magis intensum. in formis vero substantiālibus idem patet nā licet non intēdātur nec remittantur in se intēdūtur: tū et remittuntur in actionibus sui: suppositi in quo sunt, vnde vnus hō magis opatur opā humana quā alius: quia magis disposita est materia corpis in complexione. Si autē esset aliquid calidum separatū penitus a materia: et non preciparetur in aliqua materia illud calidū eēt in finitū. s. secundū oēm perfectionem calidi in eo q tale ita q quicquid in talibus calidis esset perfectionis secundū q calida, esset perfectissime per essentiam in il

lo calido separato. vnde tale calidum esset in vltimo sue perfectionis & esset infinitum. non quia esset ens infinitum sed esset ens tale infinitum. s. calidum. & ideo in eo q tale ens est habens esse penitus non participatum. sed omnino separatum & purum. vt primū in quo sunt omnium perfectiones secundum q sunt entia per essentiam. his vltis intelligendum ad questionem q sicut vltis est supra. diffinitio habet cōparationem ad tria. s. ad suas partes. s. genus & differentiam & ad intellectū diffinientem, & ad illud cuius est diffinitio. s. ad diffinitū per cōparationem ad hec tria. patebit q simpliciu substantiarum separatarum non est diffinitio proprie. Nam vt dictū est genus sumitur a toto. differentia vero a parte. s. a forma: quia forma est pars compositi. Item genus sumitur a potētiā ipsius rei. differentia vero ab actuali in quibus non est inuenire rationem totius & partis uel potētiē & actus. In his non est accipere genus & differentiam & per consequens nec diffinitionem. **C** Et est sciendum sicut est reperire triplices substantias. s. primam causam. intelligentias & substantias sensibiles. ita in his conuenit diuersimode accipere naturam & esse. In primo quidem principio tam natura quā esse sunt infinita per omnem modum. nec esse primi est receptum in natura nec natura recepta est in aliquo: immo in sua natura est suum esse: & ideo est omnino simplex in quo non est accipere nec rationem totius nec ratione partis: nec potētiē nec actus a quibus sumitur genus & differentia. ideo primum nullo modo est diffinibile nec finibile nec terminale per diffinitionem. In substantijs vero sensibilibus compositis ex materia & forma: tam natura quam esse sunt finita quia vtrunque est receptum. esse quidem in eis est receptū in natura. natura autem est recepta in materia propter quod in his proprie est inuenire rationem totius & partis & potētiē & actus: & ideo talia sunt proprie diffinibilia: quia in eis est inuenire: vnde sumitur ratione generis & differentie que constituunt diffinitionem, substantie autem medie a. s. intelligentie medio modo se habent & quodammodo habent diffinitionem. simpliciter autem non. quia in eis non est nisi natura. s. forma que non est recepta in materia quāuis habeat esse receptum in natura propter quod in libro de causis dicuntur compositioni ex finito & infinito. s. ex esse recepto in natura & ex infinito. s. ex natura penitus non recepta in aliquo: & ideo cum non sint adeo penitus simplices sicut primum in illis per aliquē modū inuenire conuenit. vnde sumatur genus & differentia cū in eis natura siue forma sit simplex oīno ab ea nō potest sumi ratio generis secundū q genus sumitur a toto quia in tali natura nō est totū nec pars cū sit penitus simplex. similiter differentia nō potest sumi ab ea quia esse non ingreditur diffōne quia esse est receptū in natura: & oīs receptio quodammodo reducit ad materiā & ad potentialitātē: licet nō sit in eis illud potētiāle pura potētiā: quia ipsa natura in eis forma est q semper & vniuersaliter & secundū q hu ius est endelechia que & actū ipōrtat: vñ nō est pura potētiā nec ēt acrus purus oīno sed ē actus aliquo mō pmixtus potētiē & quā ad hoc ē in eis aliq rō potētiā litatis. s. rōne nature & aliquid actualitatis rōne esse recepti. secundū igitur q natura intelligitur importare rōne actualitatis sic ab ea potest sumi rō generis q sumitur a potētiāle, ab eē vero recepto q importat rōne actualitatis sumitur differentia. licet igitur in ipsius substantijs nō possit aliquid inueniri vñ sumatur genus in quā tū genus sumitur a toto nec aliquid: vñ differentia in quantum sumitur a parte. & sic simpliciter non hnt diffinitione, quia tamē genus sumitur a potētiā, differentia

B Separatum a materia ut sic est infinitum.
In hoc. 7. qōne. 2.
Simplicium substantiarum nō est proprie diffinitio.
Primum esse. s. dei quō nō est diffinibile.
F
In compositis quilibet pars habet esse receptum.
Propositione. 16.
G
In simplicibus non est totum nec pars
H
Simplicia habent alio modo diffinitionem.

A vero sumitur ab actu & est i ipsis substantijs inuenire aliquid potetiale, & aliquid actuale, ideo sunt aliquo modo diffinibiles. Ex his ergo patet qd hmoi substantie non habent diffinitionem simpliciter. Si enim haberent diffinitionem simpliciter sequerentur tria inconuenientia. primum qd differentia sumeretur in talibus a toto sicut genus a toto & ex isto sequitur vterius qd differentia predicaretur de diffinito essentialiter sicut genus, & ex hoc sequitur qd differentia poneretur in eadem linea cum genere, & ex hoc vterius qd genus predicaretur de differentia, & ex hoc ulterius qd addendo differentiam generi fieret nugatio vera. Quod autem in talibus differentia sumeretur a toto sicut genus patet. differentia enim sumitur a forma siue a natura. in his autem substantijs natura simplex est non habens partem & parrem, & tunc causa sumeretur a toto predicaretur essentialiter sicut genus quod sumitur a toto & ex hoc sequeretur qd caderet in eadem linea cum genere. quia dicit idem totum, & ex hoc vterius sequeretur qd predicaretur de differentia. ¶ Item addendo differentiam generi in talibus esset nugatio quod patet, ad hoc enim qd fiat nugatio requiritur qd illud cui fit additio actu intelligatur in eo cui additur ut dicendo animal homo, quia enim in specie que est homo actu intelligitur animal. ideo fit nugatio qui bis dicitur animal non autem homo. Nunc autem differentia intelligentiarum dicit idem qd genus in ipsis quia vtrunque dicitur totum vnum intelligitur in alto, vnde non habent proprie diffinitionem. Hoc idem patet per respectum ad intellectum nostrum, quia cum diffinitio sit actus intellectus ea sola diffiniuntur que directe cognoscuntur ab intellectu, hec autem sunt que habent phantasmas que phantasmas non habent intelligi directe non possunt & per dicta potest parere responsio ad obiecta &c.

Tria in conuenientia si similia proprie diffiniuntur.

Nugatio quomodo fiat.

B

Ad prim.

Ad secund.

Ad tert.

Ad prim. dicitur qd non sufficit qd per se maxime existant tales substantie simplices ad hoc qd sint diffinibiles sed requiritur qd in illis reperiat aliquid se habens ut totum & aliquid ut pars vnde summatur rō generis & differentie. Ad secundū dicitur qd nec in talibus diffinitionibus possunt sumi partes rōnis quia cum differentia sumatur a natura in talibus substantijs & illa est simplex habet rōnem totius ut generis & predicatur essentialiter de diffinito. Ad tertium dicitur qd intellectus in simplicibus non inuenit unde sumat rōnem partium. s. generis & differentie, ideo licet quantum ac rem magis conuenient cum simplicibus non tamen quantum ad modum intelligendi.

Explicit liber septimus methaphisice.

Liber octauus methaphisice incipit.

Oportet autem non latere quia aliquando latet utrum nomen significat substantiam compositam aut actum & formam &c.

Tex. Com. VII.

Questio. Prima.

QUERITUR quid significetur per nomen vtrum forma aut aggregatum. Videtur quod prius significet subiectum sicut res se habet ad esse ita & ad intelligi sed subiectum prius se habet ad esse ergo prius ad intelligi ergo prius ad significari patet consequentia primo per herme. ca. 3. significare est in intellectu constituit. Secundo illud quod diffinitur per aliud intelligere per illud, nam. 4. metha. ratio quam significat nomen est diffinitio accidentaliter forma diffinitur per subiectum ergo intelligere per ipsum & per consequens significatur ergo prius significatur subiectum

Argu. 1.

D

T. c. 28.

obscure

quam forma existens in eo. In oppositum est philosophus in litera. Responderetur de hac questione siue iter se expedire Arist. dicens quod per nomen significatur vtrunque scilicet forma & aggregatum, sed non vniuoce & non equiuoce, sed ad vnum id est per attributionem & analogiam vnius ad alterum sed non dicit quid est quod significatur prius & quid posterius, sed quod nomen significat vtrunque scilicet formam, & aggregatum per analogiam vbi autem est analogia, ibi est prius & posterius, ideo oportet dicere quid per nomen significatur prius & posterius. dicit autem commentator ad hoc quod per nomen prius significatur forma, & per posterius aggregatum scilicet per attributionem ad formam, & est ratio quia res non significatur per nomen nisi secundum quod cognoscitur, non autem cognoscitur nisi secundum quod est actu. res autem per formam suam est actu: ideo res per formam significatur & forma prima significatur, & sicut dicit commentator super hunc passum, super hunc passum: super. 8. metha. quod quando aliqua duo sic se habent ut causa & causatum, si aliquid competit utrique dignius est ut per prius competat cause quam causato & quia forma est causa quare aggregatum significatur. ideo prius significatur ipsa. Sed hec solutio videtur habere calumiam. Nos enim videmus quod res sunt causa veritatis in anima & tamen veritas per prius dicitur de veritate in anima quā de veritate in rebus. Item dicitur sanus quia efficit sanitatem in animali & tamen sanitas per prius dicitur de sanitate que est in animali quam de illa que est in cibo. ¶ dicendum quod si bene intelligatur commentator, verum est quod dicit, si autem male intelligitur non est verum, causa enim & causatum dupliciter possunt considerari, vel in se, vel incomparationem ad nominis participationem & competentiam. Si in se considerantur non est inconueniens quod aliqua duo se habeant sicut causa & causatum, & tamen aliquod nomen per prius attribuatur vni scilicet causato quam cause, ut patet in instantijs positjs in obiectione. Si autem comparentur causa, & causatum quantum ad competentiam nominis, ita quod aliquid sit causa, quare alteri scilicet causato attribuatur nomen aliquod, oportet quod per prius tale nomen cause attribuatur.

A. m. d. la

Cause prius conuenit quā conuenit vtrique.

Nomen prius significat formam.

G

Forma dupliciter.

Nomen alio modo prius significat aggregatum.

H

C De hac questione Aristot. non plus dicit nisi quod per nomen significatur vtrunque scilicet forma & aggregatum, sed ad vnum id est vnum per attributionem & analogiam ad alterum & non distinguit vtrum forma significatur per attributionem ad aggregatum vel econtrario, contingit autem formam accipi dupliciter scilicet ut est quoddam totum & vna & forma totas ut in homine humanitas. Alio modo est forma partis ut anima & isto modo scilicet forma partis significatur per attributionem ad aggregatum scilicet suppositum, alio modo aggregatum scilicet suppositum signatur per attributionem ad formam scilicet naturam que est forma totius & iam patebit vtraque via. vnde verum est dictum Arist. scilicet quod nomen signat & formam & aggregatum, sed vtrunque per prius & posterius: commentator tamen videtur intellexisse non nisi alteram istarum viarum scilicet quod nomen signat naturam & formam per prius & per posterius aggregatum vel suppositum, vel si intellexit per verba non tamen expressit.

C Ad hoc autem aduertendum est, cum res non habeant significari nisi secundum quod intelliguntur nec intelliguntur res nisi secundum quod sunt res in intellectu. Intellectus. n. ut magis est receptus et materialis quā actius igitur oportet scire qualiter res habeant in intellectu agere

Questio. II.

QVERITVR cōsequēter vtrū ī corporibus celestibus sit mā vř q nō qa si mā eē in celo, celū posset eē & nō eē. tale est omne habēs materiā. 7. metha. Preterea Si in celo esset materia, ibi esset potentia ad plura, sed ibi non est potentia nisi ad motum ergo. In oppositum, videtur sententia philosophi frequenter. Rñdeē hāc q̄stionē pre tractat. Auer. in duobus locis. s. in 8. meth. & inde substantia orbis diffusus, venatur n. 4. de corpore celesti scilicet q̄ ipsum sit compositum ex duabus naturis & q̄ ibi sit potentia & actus. Itē quod ibi potentiale non meretur nomen materie, sed potius subiectū. Item quod illud quod est ibi actuale meretur nomen anime. Item quod celum sit subiectū simplex primum uenatur sic, quia nihil vnum & idē secundum quod tale est simul in potentia & actu. videmus autem in corpore celesti potentiam & actum quare oportet dare naturam aliam per quam fit in potentia & aliam per quam fit in actu, quod ibi sit potentia & actus patet, quod est primum tale ipsum est magis tale quam alia, corpus celeste est primo mobile & mouetur primo quare ipsum motum est per se, sed omne motum ex se ut dicitur. 8. phisicorum diuiditur inter alia duo quorum vnum est per se mouens reliquum est per se motū, quare in corpore celesti est inuenire duas naturas scilicet mouens & motum, & per consequens potentiam & actum. C. Ex his vltērius uenatur formam: quia illud quod est ibi potentiale non meretur nomen materie, quia cum duplex sit transmutatio, quedam scilicet in substantia, & ex hac fit diuersitas secundū speciem. alia est in accidentibus & hec transmutatio non diuersificat speciem. hec due transmutationes in hoc conueniunt quia vtriusq̄ transmutatiōis subiectū ē materia, sed differūt in hoc quia illud qđ est subiectū in trāsmutatiōe, diuersificatē spē; est in potētia pura, & id est materia vel potētia vere. cuius eē esse in potētia. Substantiat. n. vt dī p̄ posse. materia autē q̄ subijcitur alteri trāsmutatiōi aliqñ est in actu, & idē verius dicit subiectū q̄ materia, id cōt corpus celeste sit incorruptibile et trāsmutabile nō p̄t diuersificari spē sed solū trāsmutabile transmutatione q̄ est in accidentibus. s. secundū sitū, ideo qđ ibi subijcitur nō est materia, sed subiectū, & ex his venat q̄ forma celi est ibi aīa tantū & nō forma corporalis, quia si eēt forma celum utiq̄ esset cōpositū ex naturis sibi repugnantibus adinuicem quantum ad motum. ita quod celum moueretur motu circulari contra inclinationē motus sui naturalis, quare necesse esset tandem in eis mouens fatigari & laxari, hec enim est tota causa fatigationis in animalibus quod anima mouet ad omnē differentiam positionis, corpus cōpositū ex elementis in quo necessario dñantur graua, quorū motus naturalis solū est in vnā differētia positionis. s. deorsum, ē igitur forma celi non forma corporalis vel corporis, sed anima tm̄ quā pro tanto dicit animā quia influit opavite. s. appetitū et alia. C. Ex hoc sequitur ulterius qđ cū celū habeat animā ipsum mouetur ex se, sola enim animata mouentur ex se, dicit tamen qđ propter hāc cōpositionē celū nō oportet dici compositum sed simplex subiectū, quia illa anima non facit ad esse celi sed ad motū celi tantū. Vnde ipsum corpus celeste est materia intelligentie & ē materia sue anime qđ vltērius non cōponitur. illud tamen non videtur bene dicitū. s. quod aliqua materia corporalis possit esse sine forma hoc enim non videtur intelligibile. hic nō bene cōmētatorem quidam improbant, per hanc rationem, quia cum intelligentia illa sicut dicit Auer. non faciat ad esse corporis celi sed ad motum, si moueretur illa intelligentia nō mouebitur quod celum nihilominus

Argu. n

T. co. 22.

Argu. 2. Commen. hoc tractat in isto s. com. 12. & 12. metha. co. 10.

4. dicuntur de corpore celesti per commenta.

Celum continet potentia & actum.

Positio comment. F. 33. & 34.

Transmutatio substantie diuersificat speciem.

Subiectum differunt a materia.

G

Fatigatio est ex motu contra naturam.

Mixtum ex elementis quodlibet est graue.

H

G iii

A Actio naturalis, 3. mi uet.

Agens qđ non est rō agendi.

Agendi rō quod non agit.

B Agens qđ & est rō agendi.

Nomē prius significat formā totius.

C Nomē prius significat aggregatum quā formam p̄tis.

Argu. 1.

Argu. 2.

T. co. 22.

T. com. 5.

D

agere, si oportet scire qualiter res habeant significari Actionem autem intellectus non possumus cognoscere nisi ex alijs actionibus naturalibus, quia enim male apti sumus ad intelligendum oportet nos ex actionibus sensibilibus deuenire in cognitionem accidentium intelligibilium. In actionibus autē naturalibus videmus q̄ aliquid agit ita q̄ ipsum nō est ratio quare alia agant in lignum ignitum calefacit, non tamen est ratio ignis quia calefacit, quia est quoddam calidū & vere ens per se compositum ex materia, & forma & est ratio calefactionis in altero scilicet in ligno ignito, quare scilicet lignū ignitum calefaciat. calor autē est ratio quare ignis calefacit, ipse tamen per se non calefacit, quia non potest habere esse separatum per se, sed semper est in subiecto, ita q̄ in talibus est tria considerare, vnum quod agit scilicet quod calefacit, nō tamen est ratio calefaciendi alterum, ut lignum ignitum 2. est quod calefacit & est ratio calefaciendi alterū vt ignis. Et. 3. est solū rō calefaciēdi vt calor ignis & ligni igniti qui calefactiōis cā est & rō. nō tñ calor agit per se, quia nō est per se sed in subiecto. Sicut est de primo mouēte q̄ est mouēs tm̄, & de vltimo moto quod est motū tm̄ & de intermedio qđ ē mouēs, & motū diuersis respectibus. Similitet quoddā intelligibile agit in intellectum & non est ratio agendi ut aggregatum vel suppositum, quoddam agit in intellectum per se & est ratio agendi alterum in intellectu, scilicet natura et forma totius que est quiditas signata per diffinitionē que est proprium obiectum intellectus, & est ratio intelligendi suppositum & 3. est forma partis que non proprie intelligitur. Si igitur comparemus aggregatū scilicet suppositum ad formam & naturam totius ad signationem nominis, cum forma talis sit id quod per se obijcitur intellectui & sit ratio quare suppositum obijcitur hoc modo comparando nomen per prius signat formam et naturam & ex consequenti aggregatum scilicet suppositum, & hac via processit Auerro. d. q̄ nomen prius significat formā, secundo aggregatū, intelligendo per hoc de forma totius et de natura et de aggregato. scilicet supposito pp̄ quod dixit q̄ res calide non habent nomen caloris nisi propter calorem ignis qui est in fine, non enim dixit p̄pter calorem simpliciter, sed pp̄ calorem ignis qui est in fine. i. qui ē rō aliorū calefactiōis. Si autē cōparemus aggregatū. s. suppositū ad formā partis. s. animā quo ad significationē nominis tunc est ecōtrario, quia suppositū per prius signatur: quia ipsum tanquam ens per se operatur agit in intellectum, forma autem partis significatur ex cōsequenti, quia hmōi forma nō proprie signatur nisi in quantum est alia pars suppositi. vnde animatū nō significat animā nisi in existenti. s. quia est pars cōpositi.

Et hanc sequuntur alie mutationes. Alia-

rum uero unam aut duas: hoc non sequitur &c.

Tex. IIIII.

A tamen erit, quia intelligentia nihil facit ad esse, quare cum tunc sit subiectum simplex secundum Auer. esset secundum quod tale intellectum in actu. hoc enim est de proprietate omnis simplicis, sed hoc est falsum, cum iuncta enim ei intelligentia non esset ibi compositio materie & forme, esset tamen adhuc ibi compositio accidentis scilicet quantitatis in substantia celi, quod autem est actu quantum non intelligitur in actu, ut tale est, utrum autem ista ratio bene improbet dictum Auer. reliquatur. ¶ Dicendum autem contra commentatorem alio modo, quia qui querit de compositione alicuius querit de quidditate rei, ad hanc autem quidditatem cognoscendam diueniemus per effectum a posteriori. cum enim substantia materia cum forma causa sit omnium accidentium materia & forma in composito causant aliqua accidentia sibi proportionabilia & hec sunt via ad substantiam per que deueniemus in cognitionem ipsius quidditatis que quidditas dicitur terminus vel diffinitio quia terminat cognitionem in coheram ab accidentibus, propter quod dicitur primo de anima quod accidentia conferunt multum ad cognitionem quod quid est rei in quantum habent analogiam & proportionem ad rem, quare omnia que sunt rei proportionabilia poterunt ducere nos in cognitionem quidditatis, quidditatibus autem rerum sensibilium competunt tria scilicet quod ab eis fluant accidentia. Item cum sint posite obiectum intellectus nostri, necesse est, habere phantasmata per que mouere possint fantasia. Tertium est quod plurificetur individua sub vna specie cum ergo corpus celeste sit sensibile omnibus istis vijs possumus uenari quidditatem suam. ¶ Dicendum igitur quod corpora celestia habent vnam materiam. Ad quod notandum quod quedam accidentia consequuntur materiam tanquam proprie passiones eius, & hec sunt esse hic & nunc sub esse signato, & hec sunt principia indiuiduantia, & quia non est proprium sine eo cuius est proprium in celo est inuenire hic & nunc cum ista sint proprie passiones materie in celo proprie erit materia, & hoc forte voluerunt intelligere qui commentatorem duxerunt ad impossibile in illa ratione dicentes quod inconuenienter dicit Auer. dicens celum subiectum simplex sequeretur tunc quod esset intellectus in actu quod est inconueniens, & quia semper manet quantum, quantum autem in actu non intelligitur in actu. ¶ Item quod celum habeat materiam patet ex eo quod intellectus omnium substantiarum sensibilium format quidditates & diffinitiones quas necesse est habere partes que faciunt ad esse speciei, quare necesse est diffinitiones habere partes que faciunt ad esse, cum ergo omnes quidditates rerum sensibilium a nostro intellectu intelligantur, & hoc non sit sine partibus oportet etiam substantias habere partes, quare & materiam. ¶ Item quod celum habeat materiam, patet ex sensibilitate eius, dixerunt enim aliqui magis improbantur opinionem commentatoris quod si celum esset forma simplex & non esset forma in materia quod celum esset quid intelligibile non quid sensibile. Sed ad hoc respondit commentator quod licet celum non sit compositum ex diuersis substantijs ut ex materia & forma, est tamen compositum ex substantia & quantitate ratione cuius est quid sensibile. Et ideo aliud est dicere quod si celum esset forma in materia & simplex quod non esset susceptibilis quantitatis nec sensibilium qualitatum, & aliud est simpliciter asserere quod si celum esset forma non in materia quod esset quid intelligibile non sensibile. Si enim posset esse forma substantialis cum quantitate & cum qualitibus sensibilibus sine materia sicut posuit commentator de celo illud esset quid sensibile. Sed dicemus contra commentatorem quod

B Quidditatibus tria competunt.

C Prima ratio contra Auer.

D 2. ratio contra Auer.

E 3. ratio contra Auer.

forma sine materia non est susceptiua qualitatum sensibilium ut vult philosophus in primo celi, & mundi ubi ait quod cum celum sit quid sensibile est pars partium mundi & omne sensibile ut ait est sensibile per materiam, unde commentator ibidem ab ipsa veritate coactus ait quod omne sensibile est sensibile per materiam, & ibidem dicit omne sensibile esse compositum ex materia & forma nec est quod commentator diceret celum esse compositum ex materia, quia intelligentia est ibi tanquam forma, & celum tanquam materia, nam amota intelligentia adhuc celum esset quid sensibile & celum sentiretur a nobis & videretur. Si ergo omne sensibile est compositum ex materia & forma & amota intelligentia adhuc celum remaneret sensibile, ergo preter intelligentiam adhuc ipsum corpus celi oporteret ponere compositum ex materia & forma secundum istam rationem: videtur opponens magis ire ad profundum intentum philosophi. ¶ Preterea non tantum arguitur compositio in celo ex materia & forma ex sensibilitate celi quam & ex indiuiduatione eius ut vult ipse ibidem quod cum dico celum dico formam, & cum dico hoc celum dico materiam intellectus vniuersalis rei est per formam particularis per materiam, dicemus ergo quod quedam forme indiuiduantur ex eo quod recipiuntur in materia & sunt forme sensibile & tales sunt apte nate multiplicari per diuisionem materie, celum autem non est celum tantum sed est hoc celum particulare & sensibile. Omne tale est forma in materia. ¶ Preterea patet ex particularitate & indiuiduatione celi quod celum sit forma in materia, & quod sit multiplicabile ratione forme in multiplicabile ratione materie, quia constat ex rota materia sua, ergo si consideretur quantitas celi & si consideretur spiritus & diaphanitas eius indiuiduatio patet quod celum est forma in materia & c.

Ad primum dicitur quod materia simpliciter sumpta non est illud per quod res potest esse & non esse sed materia ut est priuationi coniuncta vel sic quod aliquid possit esse & non esse, causa huius est materia sed non conuertitur. Ad secundum dicitur quod ubi est materia solum, sine omni forma ibi est potentia pura, sed illud est impossibile neutrum ergo est in celo.

De materiali autem substantia oportet non latere: quia, & si ex eodem omnia primo aut eisdem aut primis, & eadem materia &c. **Tex. XI.**

Questio. III.

Q VERITVR Cōsequēter vtrū eadē sit materia in corporibus celestibus & in istis inferioribus, & vtrū quod non, quoniam ut dicitur a commentatore in principio. 12. meth. corruptibile & incorruptibile non habent idem principium sed materia habet rationem principij ut dicitur in principio. x. & 5. meth. ubi dicitur quod quot modis dicitur eadem tot modis dicitur principium, eadem autem dicitur de forma & materia & de alijs, quare materia dicitur principium, ergo materia non erit eadem in celo & istis inferioribus. ¶ Item secundo dicitur commentatore. 8. meth. materia equiuoce dicitur de celestibus et inferioribus, que idem quod prius. ¶ Item vnitatis generis est quasi vnitatis materie, sed celestia et huius inferiora dicitur generis ergo dicitur in materia.

C In oppositum arguitur per rationem, quia quod per superabundantiam dicitur vni soli conuenit per quod Arist. 10. huius dicitur quod vni vni tantum est contrarium, quia contraria sunt que maxime distat, qui ergo ponit plures materias primas ponit oppositum in adiecto, quia dicendo pri-

E T. co. 92.

Com. 92.

4. Ratio. T. co. 92.

F 5. Ratio. Celum multiplicabile per formam non per materiam.

Ad prim.

G Argu. 10. com. 10. meth. com. 2. 5. meth. com. 1.

Argu. 2. com. 12.

H Argu. 3. T. co. 14.

A do primam ponit vnam tantum, dicendo plures ponit nō primas. ¶ Item hoc probatur per simile in alijs causis, conuenit enim in causis efficientibus ponere efficiens primum, similiter in causis formalibus formā primam & in causis finalibus finem primum vel vltimum, quodcumq; magis placet, vel primum vel vltimum, dicit. n. Auer. super metha. x. q. deus est in triplici genere cālitatis respectu omnium rerum, s. efficientis formalis & finalis, quare erit ponere vnam primā materiam omnium habentium eam.

Co. 7.

P6 The- mistij.

Respondetur dicendum q. de hac questione si bene verū dixisset Themistius sicut iponit ei Auer. super. 12. metha. non esset difficultas in hac questione, dixit. n. Themistius quod corpora celestia de se sunt corruptibilia, sed seruantur inesse & permanent per virtutem primi & coactus fuit hoc dicere propter rationem Ioan. grāmatici qui dicebat q. omne in infinitum seruat in se & hoc non fit nisi per potentiam exnitem in eo infinitam, in celo autem non est potentia infinita, quare celum est corruptibile, & quia Themistius nō potuit hoc euadere, & vidit q. Ari. hec corpora posuit incorruptibilia, ideo quasi adherens vtrique dixit ea esse corruptibilia de se, sed incorruptibilia per virtutē primi, sed iste modus ponendi nō sapit philosophiā, quia si celum esset per se corruptibile corrumpetur vtrique aliquando, quia omne corruptibile necessario corrumpitur. Item si illa incorruptio inesset celo a principio ab extra esset celo violentia, nullum autem violentum ē perpetuum, nec cogit ratio Ioannis grammatici vt sic dicamus vt Themistius, corpora enim celestia durāt in infinitum per potentiam infinitam positam ab extra in ipsis quia non est in eis potentia infinita posita, sed est in eis infinita potentia ab extra sine corruptione, & quia nos secundum philosophum ponimus corpora celestia simpliciter incorruptibilia de se, ideo difficilis est ista questio, s. vtrum sit eadem materia in celestibus & in istis inferioribus. ¶ De hac qōne sunt tres opiniones, quarum due tenēt extrema directe opposita, tertia vero tenet viam mediam, prima positio est sequentium Auicebron, qui dicunt in omnibus esse materiam vnam per formam vnam, dicunt enim qd alia est forma qua aliquid est corpus & alia qua aliquid est animal & aliqua qua aliquid est homo, et ita exponunt q. quando ignis generatur ex aere corrumpitur forma specifica aeris, sed nō corrumpitur forma corporis & e contrario, ita q. in vtraque transmutatione forma corporis manet vna etiam numero secundū quem ergo modum omnium habentium materiā nō solum eorum que generantur ex se inuicem erit vna materia per formam vnam. Sed hec positio non est rationalis quia posito ordine plurium formarum secundum rem non posset reddi causa, quare, diffinitio esset vna, quia tunc diffinitum non esset vnum in actu ab vno actu, immo a pluribus cum quilibet daret aliqd esse & sint omnes sensibiles. ¶ Item posteriores forme post primam essent accidentia, quia aduenirent rei complete in esse. ¶ Item secundum hoc cum genus remaneat idem, tunc vniuocatio non esset solum in specie specialissima, quod est contra philosophum. 7. phisicorum responderet enim tunc generi vna ypostasis, i. intellectus vnus forme. ¶ Propter quod alij dicunt tenentes viam oppositam in alterum extremum quod in omnibus habentibus materiam per nullum modū est materia vna, non vna per formam nec vna per differentiam, dicunt enim quod materia corporis celestis & materia corruptibilium non habet appetitum determinatum per formam vnam propter hoc ad formam quam habet actu non habet appetitum, ideo subiicitur talis materia transmutationi de vna forma

Contra Them.

Auicebrō positio. & Auic.

Contra Auicebrō.

T. 3. 1. D

ad aliam. Si igitur materia illa esset eadem de se, tunc materia corporis celestis ipsa non esset nata de se terminari per formam vnam quantum ad suum totū appetitum, cum nō habeat omnes formas corporales in actu appetit eas quas non habet naturalis autē appetitus non potest esse frustra ex quo sequitur duo in conuenientia, primum quod celum esset corruptibile de se secundum quod materia celi fieret, aliquādo sub forma corruptibili quod est inconueniens, oportet igitur dicere quod ille due materie inter se differunt nec valet si tunc contra arguam per quod ergo differunt ille materie cum solus actus distinguat vt dicitur in. 7. huius iste materie secundum suppositionem separate sunt ab omni actu distinguente, tunc dicunt ipsi quod nō semper distinguitur aliquid per actum qui est, sed etiam per actum qui potest inesse, vt patet in aure et in oculo qui licet non actu videat vel audiat in se, tamē distincta sunt per actitudinem ad tales actus. Sed isti sic dicentes videtur ignorare naturam materie, iō dicendum quod in corpore celesti & in istis inferioribus est vna materia, & hoc per indifferentiam, i. subtracta omni forma non haberet ille materie per quid differrent. ¶ Ad cuius euidentiam vnum est principaliter declarandum, s. qualiter se habeant illa que differunt per essentiam suā. ¶ Hoc autem sic patet, sicut in omnibus que differunt per essentiam oportet dare gradum numerorum cū numeri sint forme & e contrario, impossibile enī est aliqua duo diuersa per essentia equaliter distare a primo, imaginabimur ergo quod si cut omnes numeri procedunt ab vnitatem ita omnia entia procedunt a deo ita quod ipse solus est vere vnum & omnino simplex. Sicut ergo non sunt duo numeri essentialiter differētes, nisi quia vnus magis distat ab vnitatem quam alius, & ideo quaternarius differt essentialiter a ternario, quia plus distat ab vnitatem quā ternarius, sic nunquam sunt duo entia essentialiter differētia nisi vnum plus distat ab vno quam aliud et loquimur de habentibus ordinem essentialem quia inter ea que sunt idem specie proprie & per se non est essentialiter ordo. Si ergo materia proprie est potentia pura & est prope nihil, & per consequens tantum distat a primo principio quantum distare potest, impossibile est quod materia absoluta ab omni forma differat ab alia materia sic absoluta vel quod vna potentia pura differat ab alia. Nā sic ordo essentialis sumitur secundum analogiam & distantiam ab vnitatem, s. ab actu primo due pure potentie secundū se non possunt essentialiter differre quia habent eandem distantiam ad primum principium respectu vnus et eiusdē actus puri, nec poteris dare duas primas potentias puras essentialiter differentes quod si velles saluare duas prias materias essentialiter differētes ponas duos actus puros, & duo principia prima, & duos deos, & dicas qd hoc modo hec potentia pura differt essentialiter ab illa potentia pura, quia hec deriuatur ab illo actu prio & ab illo deo, & alia ab alio deo, sed quādiu ponis vnum actum purum & vnum deum quod necesse ē ponere, ponas vnam materiam primam & potentia puram quod necesse est etiam ponere. Ex hac autem via declaratur quod dicebatur in precedentibus preambulis, dicebatur quod si in genere intelligibilium nō possumus ponere potentiam puram que non sit eiusdem rationis cum alia positio pura quod multo magis nō poterimus hoc ponere in genere entium. Nam potentia pura in genere intelligibilium non est potentia pura simpliciter, sed habet actum admixtum, sed potentia pura in genere entium nullum habet omnino actū admixtum, ideo inter talia nullam differentiam essentialē assignare poterimus, ex hac autem secūda via

E

T. c. 49.

F

Species nō cōtinet ordinem essentialē, G

Materie prime pluralitas pluralitatem ponit deorum,

H

Potentia pura in genere intelligibilium non potest esse pura simplr.

A

fortificatur magis prima. Ad soluendum omnia argu-
menta de hac materia est sciendum quod aliquorū es-
se vnam materiam multipliciter est. primo qm̄ vnum
generatur ex altero & econtrario vt dicitur. 3. metha.
que generatur adinuicem habet materiam vnam .f.
que est subiectum transmutationis, & sic omnia que
sunt in spera actiuorum & passiuorum habent mate-
riam vnam & alio modo dicitur aliquorū materia vna
per vnam analogiam & per formam. in quibus in-
uenitur vna ratio recipiendi formam, & sic omnia in
feriora habent vnam materiam inter se, & omnia cor-
pora celestia inter se, non autem comparando inferiora
ad super celestia. Tertio modo dicuntur aliqua ha-
bere vnam materiam per indifferentiam, ita qd̄ subla-
ta omni forma non haberet vna materia per quod dif-
ferret ab alia, & isto modo tam corporum celestium,
quam inferiorum est et una materia simpliciter, & p̄
hoc patet ad rationes.

T. c. 14.

Materia vna per al-
ternā trās-
mutatio-
nem.

Materia vna per a-
nalogiam.

Materia vna per in-
differentiā

Ad prim.

B

Ad. 2.

Ad. 3.

Ad primum dicitur quod corruptibile & incorruptibi-
le habent idem principium non per alternam trāsnu-
tationem sed per indifferentiam. Ad secundum dicitur
quod Auerr. fuit illius opinionis, quam non tenemus.
Ad tertium superiora & inferiora differunt genere a-
nalogico in eorum materia non est eadem ratio accipie-
di formam. est tamen eadem materia per indifferentiā.

*Dubitationes autē quedam emergūt et qua-
re uinum non materia aceti, nec potentia
acetum, quamuis ex ipso fiat acetum &
uiuens potentia mortuus, aut non, &c.*

Tex. XIII.

Questio. III.

Argu. 1.

T. c. 4.

Argu. 2.

T. c. 3.

Argu. 3.

QUERITVR vtrum dimensiones indeter-
minate precedant formam substantialem i ma-
teria, & videtur quod non quia substantia prior
est accidente cognitione diffinitione & tempore, vt di-
citur. 7. metha. dimensiones siue determinate siue inde-
terminare sunt accidentia, quare &c.

¶ Item subiecta materia cum forma est causa accide-
ntium omnium que fiunt in ea vt dicitur primo philo-
sophorum, quare cum causa sit prior causato suba erit
prior dimensionibus. ¶ Item si dimensiones indetermi-
nate precederent formam substantialem in materia se-
queretur quod diffinitio substantiarum esset per addi-
tamenta, quod patet quia diffinitio principaliter sumi-
tur a forma, & quicquid cadit in diffinitione siue ma-
teria siue aliud cadit ratione forme, quare quod prius
est quam forma poneretur in diffinitione. constat autē
cum sint accidentia quod sunt extra naturam substan-
tie. quare in diffinitione substantie cadit aliquid quod
non est de essentia talis substantie, talis autem diffini-
tio est per additamenta, vt patet in diffinitione accide-
ntium, quare &c. ¶ Item yle & materia proprium est
subiectum transmutationum, subiectum autē in trās-
mutatione oportet manere, in transmutatione enim ae-
ris in igne nihil manet commune nisi materia prima
que non videtur habere esse nisi per formam substan-
tialem, quare &c.

Arg. 4.

D

In oppo. est commentator in de substantia orbis vbi p̄-
tractans istam q̄onem imponit Auic. qd̄ dixerit sub-
stantialem formam primo recipi in materia, & postea
dimensiones, et ex hac questione duxit ipsum commē-
tator ad tria inconuenientia quamuis posset eum du-
cere ad plura. Nam si primo reciperetur forma substā-
tialis in materia ex hoc sequeretur quod forma illa nō
esset diuisibilis diuisione materie nec per se nec per ac-

Pō Auic.

Inconue-
niens pri-
mum,

cidens, ita quod tota forma esset in toto & tota in par-
te. Item sequeretur quod tale compositum esset eter-
nū, & omnino in generabile & incorruptibile. Itē se-
queretur quod materia non reciperet nisi hanc vnam
formam tanquam sibi propriam & non plures nec si-
mul nec succesuue, qualiter autem sequantur ista tria
inconuenientia non declarat Auer. sed procedit ibi sa-
tis obscure. ¶ Ad ostendendum autem qualiter hec se-
quantur oportet declarare vnum quo viso patebunt
omnia hec. Ita enim est quod quando aliquid recipit̄
in aliquo alio mediante quodam alio recipitur receptū
per modum & naturam rei illius mediante qua reci-
pitur, ut patet de albedine que de se indiuisibilis est ta-
tūen diuisibiliter recipitur, ita quod omne impartibili-
le si recipitur in aliquo mediante partibile, partibiliter
recipitur. Si igitur diuersus esset modus fieret eontra-
rio. vnde si aliquid partibile reciperetur inmediate in
impartibili illud partibile reciperetur impartibiliter, cū
igitur materia de se sit impartibilis nec habeat partē
& partem, immo est pura potētia nullum actum ha-
bens vel distinctionem, sed quantitas est illud per qd̄
diuiditur. similiter forma substantialis de se indiuisibi-
lis est. Si igitur mediante forma substantiali preexistē-
te in materia quantitas uel dimensiones reciperentur,
reciperentur indiuisibiliter, esset itaq; aliquid compo-
situm indiuisibile, ex quo iam patet principium quod
forma illa non diuideretur diuisione materie que om-
nino est indiuisibilis. ex hoc autem sequitur quod tale
compositum esset immobile, quoniam omne mobile
est particulare & econtrario. Ex his duobus sequitur.
Tertium. .f. quod in materia non esset nisi vna forma
penitus & non plures nec simul nec succesuue quod
sic patet secundum Auer. super principium secūdi me-
tha. Nullus appetitus naturalis est frustra nec ociosus.
materia autem naturaliter appetit formam, quare nō
appeteret formam nisi illam quam possibile est ha-
bere si enim appeteret quam habere non posset esset o-
ciosus ille appetitus, succesuua autem pluralitas for-
marum non est sine motu & trāsmutatione, moueri
autem non potest tale compositum cum sit impartibi-
le cum non possit esse partim termino a quo & partē
in termino ad quē, quare nec haberet plures formas,
nec appeteret plures. & cum in omnibus habentibus
materiam materia sit vna sicut supra est dictum, eo
quod non habet per quid differat tota materia non ha-
beret nec appeteret nisi formam vnam in numero.
Cum igitur hec omnia sint inconuenientia, & sequā-
tur ex dicto Aui. & visum est quomodo sequuntur.
oportet dicere quod dimensiones indeterminatae prece-
dant formam substantialem in materia. Sed tūc quod
ponemus istas dimensiones indeterminatas esse vel
realiter aut secundum imaginationem solum & ratio-
nem aut qualiter. ¶ Ad quod notandum quod mate-
ria de se solum est potētia nec habet aliquem actum
de se, & ideo quod materia sit tantum vel tanta mul-
ta vel pauca hoc non habet de se sed a quantitate, o-
portet quod quando generatur ex aere ignis vel econ-
trario quod vel vtrobique deperditur de materia, im-
mo tantum de materia & adeo multa & equaliter erit
in igne generato sicut sub forma aeris corrupta, et
econtrario non quod occupet locum maiorem, quia
generans quantum dat de forma tantum dat de loco,
sed oportet quod tantum sit de materia in generato si-
cut quantum fuit in corrupto sicut dicitur in lib. de ge-
neratione duod ex vno pugillo aque fiunt & aeris,
nunc autem quantitas materie non est a forma aeris,
quia tunc corrupto aere non tanta maneret materia,
nunc autem manet eadem quātitas sub forma ignis.
Similiter per eandem rationem illa quantitas non est
a forma

E
Secundus
Tertium.

Receptus
sequitur
naturā re-
cipientis.

F

Primum in-
conueniens

Secundus
Tertium.

Co. 1.

G

Dubium.

Solutio.

H

L. ib. 2. 6
33.

A a forma ignis, ex eo quod illa multitudo uel paucitas materie eadem e priori que erat cum forma ignis uel aeris, quia non corrumpitur ad corruptionem earum. Sic igitur est intelligendum in materia precedere dimensiones indeterminatas formam substantialem in materia, ut autem soluantur argumenta quia aliqua vident cogere ut dicat qd dimensiones indeterminate precedant formam substantialem in materia notandum qd pcedunt quidem secundum essentiam, non secundum esse. Item precedunt eam modo accidentaliter, non essentialiter. primum patet sic, quia accidentia non sunt entia nisi per attributionem ad vnum. scilicet ad primum ens. scilicet substantiam. ita quod sicut entitas accidentium est ab entitate substantia, ita esse accidentium est ab esse substantie siue ipsius suppositi propter quod dicimus plura accidentia esse in eadem numero, licet per accidens, quia sunt in eodem supposito vel propter vnum esse vnius suppositi. Sicut igitur variatur substantia per generationem & corruptionem sic & accidentia variantur, & sicut materia manet eadem secundum essentiam in generatione & corruptione variatur tamen secundum esse diuersa que acquirunt sub formis diuersis sic & accidentia. scilicet dimensiones indeterminate manent secundum essentiam, eadem & variatur secundum esse, & sic secundum esse non precedunt formam substantialem in materia. ¶ Secundum patet sic, quia ut visum est dimensiones iste non precedunt formam substantialem nisi propter hoc ut det forme esse partibile & transmutabile hec autem sunt accidentalia forme, quia forme de se impartibiles sunt & transmutabiles, unde accidentaliter precedunt ille dimensiones formam substantialem & non essentialiter, quia non eant precedunt nisi ad hoc, ut forma possit corrumpi & generari qd non e in natura forme per se. et per hoc patet ratio ad argumenta &c. Ad primum dicitur quod substantia secundum essentiam est per accidentibus etiam secundum essentiam & naturam ideo dimensiones interminate na sequuntur ad substantiam secundum essentiam non precedunt. Ad secundum dicitur quod materia cum forma est causa omnium accidentium que sunt in eis quantum ad esse non quantum ad essentiam. i. quantum ad esse terminatum. Ad tertium dicitur quod sicut substantia secundum essentiam precedit na omnia accidentia secundum essentiam ita substantia secundum esse precedit omnia accidentia secundum esse, semper accidens est extra essentiam substantie, non ergo diffinitur substantia per additamentum. Ad quartum dicitur quod in materia manet verum est de substantia, quia tamen materia indiuisibilis non potest esse subiectum transmutationis sociatur sp a quantitate saltem interminate.

Questio. V.

VTRVM Dimensiones interminate nate sint terminari a terminatis, videtur quod non, quia cuius est terminare substantiam eius est terminare accens na accidens terminat per subiectum si forme e substantialis est terminare substantiam ergo. Secundo si sic uel interminate terminaret a quibuscuque terminatis, uel a talibus terminatis, si primo modo cum dimensiones terminare sequatur formam specificam, tunc materia sic informaretur forma specifica determinate hac vel vel illa quod non posset informari alia quod tamen est falsum. si secundo modo tunc dimensiones interminate que sunt in celo posset terminari a quibuscuque terminatis consequens est falsum ergo.

In oppo. arguitur, quia si non terminarentur a terminatis cum non terminentur ab alio remanere materia in terminata et compositi nullus esset terminus quod est impossibile ergo.

Primo videndum est quomodo dimensiones indetermi-

nate precedant formam substantialem in materia. Et est dicendum quod est reperire duplices dimensiones indeterminatas que precedunt formam substantialem in materia. ¶ Ad quod declarandum oportet duo uideri. scilicet quod ibi sint dimensiones & quod ille sint indeterminate. primum patet sic, quia quod vnus pugillus terre sit densior vno pugillo aque hoc non est ex eo quod aqua sit magis porosa. Nam ignis qui minime porosus est, est rarissimus, nec est ex hoc quod partes magis propinque iaceant adinuicem quam aqua, equaliter. n. iacent cum vtrunque sit continuum, sed est ex hoc quod in pugillo terre est magis de materia quam in pugillo aque, & propter hanc conuenientiam in aliquo communi dicitur. 2. de generatione Ari. contra Empe. elementa esse comparabilia, & ex hoc patet quod in materia est inuenire multum & paucum sicut quantitas est secundum quam dicitur equale & inequale, que quamuis sint in predicamento relationis fundantur tamen in quantitate. Similiter multum & paucum, licet sint in predicamento relationis fundantur tamen in aliqua quantitate. Cum autem materia per se sit penitus in potentia, a se non habet quod sit multa uel paucum, oportet igitur quod hoc habeat ab aliqua quantitate, hec ergo quantitas est in materia. & ante omnem formam substantialem quod sic patet, nam non est ratio aliqua, quare natura non potest facere ex grano milij montem nisi quia plus est de materia in monte quam in milio. Si ergo natura non posset super multum & paucum de materia, ita quod posset facere de pauca materia multum, tunc posset etiam facere ex grano milij montem faciendo de pauca materia multum penitus, nullo addito, & sine rarefactione, quod ergo de minori faciat maius vel e contrario, nullo addito nec rarefacto vel denso nec condensato, est omnino contra rationem augmenti & diminutionis, igitur natura non potest super multum & paucum in materia, immo limitate constituit formas substantiales & determinatas in materia quas potest successiue in materia inducere & remouere, & in hoc etiam natura differt ab arte, quia ars solum potest subiectum transmutare, quantum ad formas accidentales, non autem quantum ad formas substantiales, sed natura quantum ad utrasque se extendit. vltra autem formam substantialem & sibi consequentia non se extendit natura vel actio ipsius, ex quo patet quod quantitas in qua fundatur multum & paucum materie non est de accidentibus consequentibus formam substantialem in materia, est igitur illa quantitas ante formam substantialem in materia. ¶ Restat igitur videre qualiter illa quantitas sit indeterminata, & hoc patet sic, nam dicitur quantitas indeterminata que in terminatum locum occupat, multum enim & paucum in materia sunt per que potest occupari locus, non autem locum determinatum occupat in actu, quia eadem magnitudo materie aliquando occupat minorem locum ut in vno pugillo terre, aliquando maiorem ut quando ex illo vno pugillo fiunt quatuor aeris, & pro tanto dicitur dimensio indeterminata, igitur habemus vnum modum dimensionum interminatarum precedentium substantialem formam in materia, & hunc modum dimensionum interminatarum non videtur venari Auer. in de substantia orbis. ¶ Nunc videndum est de secundo modo dimensionum indeterminatarum, & hunc magis venatur Auer. vnum quodque itaque corpus, & est corpus, & est tale corpus, ut ignis e corpus & est tale corpus. Si igitur generat ex aere ignis & e contra, aer corrumpitur, quare hoc corpus corrumpitur sed non corpus simpliciter, similiter de igne corrupto est dicendum, manet corpus vtrobique corpus, ergo hec materia est quid prius hoc corpore, & quia

B Dimensiones interminate diu pl.

T. 60. 47.

F

Natura si potest super multum uel paucum.

Natura in quo differunt ab arte.

G

Quantitas interminate qd sit.

H Auerrois uia dimensionum interminatarum.

Notandus primum.

Dimensiones precedunt secundum essentiam.

B

Notandus secundum.

Ad primum.

Ad 1.

Ad 3.

Ad 4.

Argum. 1.

Arg. 2.

D

A corpus sequitur dimensiones. corpus simpliciter sequitur dimensiones simpliciter, & hoc corpus has dimensiones & dimensiones simpliciter sunt priores his dimensionibus sicut corpus hoc corpore. Sunt etiam interminate quia non respondet eis locus determinatus sed locus simpliciter quia corpus est in loco, sed non in hoc loco determinato, hoc autem corpus est in hoc loco determinato, nam quantum agens vel generans dat igni vel aeri de forma specifica tantum dat eis de hoc loco determinato. Sic igitur habemus duplices dimensiones indeterminatas precedentes formam substantialem in materia. Differunt autem in hoc, quoniam prime dimensiones indeterminatae precedunt omnem formam in materia tam specialem quam generalem, quia quaecumque forma recipitur in materia, oportet ipsam diuisibiliter & partibiliter recipi, hoc autem ut visum est supra non potest esse nisi dimensiones indeterminatae precedant omnes formas substantiales tam generales quam speciales in materia. Sed secunde dimensiones indeterminatae non precedunt omnem formam in materia, quia non precedunt formas corporis simpliciter, immo sequuntur sed solum formam specificam. scilicet huius corporis, puta ignis vel aeris. Ex hac differentia prima sequitur secunda differentia inter has dimensiones, quia prime dimensiones indeterminatae fundantur in materia prima, simpliciter ut in subiecto quia procedunt omnem formam substantialem, secunde autem dimensiones non fundantur in materia prima ut in subiecto sed in composito ex materia & forma, non enim precedunt corpus simpliciter sed corpus tale. Ex hac differentia secunda, tertia differentia sequitur. scilicet quod prime dimensiones indeterminatae realiter precedunt formam substantialem, secunde autem non nisi secundum modum considerandi, nam in omni composito non est nisi una forma secundum esse specificum, si enim in uno composito essent plures forme substantiales, quae liber daret aliquod esse substantiale, & tunc non esset compositum unum & quilibet ingrederetur diffinitionem, & tunc non esset diffinitio una. Si enim generetur ex aere ignis nulla forma realiter esset in igne, quae prius fuerit in aere, conceptui enim generis non respondet aliqua ypostasis unius forme realiter, quia intellectus generis sumitur ex tenui similitudine singularium, manet idem corpus in transmutatione aeris in ignem ut prius quoddam. scilicet ut genus quod realiter non est prius, nec aliud a suis speciebus, sed solum secundum rationem & modum considerandi quia consideras ignem & aerem in quantum corpus unum quod non corrumpitur sed est aliquid in quo haec duo differunt sic considerata, & sicut corpus secundum rationem consideratum est quid prius secundum rationem tantum sic & dimensiones simpliciter quae ipsum sequuntur sunt priores his dimensionibus non realiter sed secundum rationem. Ex his sequitur quarta differentia & est quod prime dimensiones indeterminatae realiter differunt a dimensionibus determinatis. Secunde autem dimensiones interminate non differunt secundum rem a dimensionibus determinatis sed solum secundum rationem non enim realiter differunt uniuersale a particulari nec distinguitur ab eo nisi secundum rationem & sicut determinata dimensio est quae determinatum locum occupatur sic est indeterminata quae determinatum locum non occupat, prime autem dimensiones interminate a terminatis realiter differunt quia materia eiusdem magnitudinis vel paucitatis est sub vno pugillo terre & materia eiusdem magnitudinis vel paucitatis est sub vno pugillo terre, et .x. aquae facte ex illo vno pugillo. Determinatae vero dimensiones occupant maiorem locum determinatum sub for-

ma aquae quam terre. Cum igitur in transmutatione terre in aquam dimensio indeterminata maneat quia eadem est magnitudo materiae utrobique, non autem manet dimensio determinata eadem, quia non idem locus aquae determinatus manet, patet quod dimensio indeterminata realiter differt a determinata. Ex his sequitur quinta differentia, quod prime dimensiones indeterminatae comparantur ad terminatas sicut materia ad formam, secunde vero indeterminatae comparantur ad terminatas sicut forma confusa magis ad formam particulari. Et ulterius sequitur quod sicut materia quae realiter et essentialiter diuersa est a forma terminatur per formam sic dimensiones prime indeterminatae quae realiter & essentialiter sunt diuersae a terminatis terminantur per terminatas. Nate sunt igitur prime dimensiones indeterminatae terminari successive per omnes dimensiones terminatas, quia una forma substantialis adueniens materiae non inducit nisi unam dimensionem talem quam consequitur & aliam, & hoc est quia ex una forma substantiali recepta in materia non est determinatus appetitus materiae ad aliam formam substantialem quam consequuntur aliae dimensiones terminatae, per quas dimensiones indeterminatae precedentes formam in materia nate sunt terminari, non est autem sic de materia celi quae quibusuis abstracta ab omni forma, sit eadem cum materia corruptibili idcirco est per priuationem differentiae, quia tunc non habentur in materia per quod differunt multum tamen & paucum in materia corruptibili est alterius rationis a multo & paucum in materia celesti quod patet, quia multum de materia facit densum in istis inferioribus, paucum vero facit rarum in celestibus autem paucum facit transparentiam siue diaphanitatem, multum vero facit opacitatem & luminositatem secundum quod dicimus quod stella est densior pars in orbe. vnde indeterminatae illae dimensiones non sunt nate terminari a quibuscunque dimensionibus terminatis, ideo adueniente una forma substantiali quae inducit unam dimensionem talem terminatur appetitus illius materiae, licet igitur materia per in differentiam sit una in istis & in illis, non propter hoc oportet corpora caelestia esse corruptibilia, ut haec inferiora propter appetitum ad diuersas formas quas nata est habere materia & non habet, & causa iam dicta est, & cetera. Ad primum dicitur quod forma substantialis est terminus generationis principalis et terminat materiam immediate tamen per quiditatem terminatam. Ad secundum dicitur quod materia ut est sub forma generabilis & corruptibilis compositi & per consequens quantitates interminate sibi inherentes sunt nate terminari a quibuscunque interminatis quia nulla tali forma terminatur totaliter eius appetitus non sic dicendum est de materia celi cuius appetitus per formam totaliter completur.

Explicit liber octauus methaphisice.

Vnu quia multis modis dicitur indiuisis de quotiens dictum est prius &c. T. I.

Liber. X. Methaphisice incipit.

Questio. I.

VERITVR Igitur de ipsa mensura scilicet vtrum sit in eodem genere cum rebus mensurabilibus, & videtur quod sic scribitur enim

4. metha

E Dimensio terminata non manet.

g. differentia.

Dimensio interminate & terminata differunt realiter & essentialiter.

F Dimensio interminate inferiorum sunt nate terminari a quibuscunque terminatis.

G Dimensio caelestis interminate non sunt nate terminari a terminatis quibuscunque. Ad prim. Ad. 2.

H

Argu.

Differentie, 5. dimensionum in terminata rum a terminatis. 1. differentia.

2. differentia.

3. differentia.

Pluralitas formarum infert pluralitatem suppositorum.

Forme generice non respondet realitas.

4. differentia.

Secunde dimensiones interminate a terminatis differunt secundum rationem prime realiter.

D

A
T. c. 119.
& c. 133.
Argu. 2.
T. c. 7.

Argu. 3.

T. c. 4.

T. c. 7.

Co. 3. et. 5.

Q. uāsitās
discreta
primo hē
partes.

B
T. co. 21.

Co. 5.

C
Vnitas du
pliciter cō
paratur ad
numerus
T. c. 4.

2. modo.

T. c. 3.

Mensura
per reite.
rationem

D
Mensura
per cogni
tionem.

Albus; mē
fura colo
rum.

4. phisico. quod vnaqueq; res mensuratur per aliquid sui generis, quoniam vnitates vnitate mensurantur. ¶ Preterea Ari. dicit. x. metha. quod si omnia entia essent colores album esset mensura eorum, sed album ē in genere colorum. ergo mensura est in eodem genere cum eo cuius est mensura. ¶ Preterea secundum Ari. ibidem mensura semper est vnigenia mensura to, sed quod est vnigenum alicui videtur esse eiusdem generis cum ipso, quare &c.

I n oppositum est Ari. x. metha. dicens oportet querere vnā mensuram omnium substantiarum, hoc autē est substantia prima. s. prima causa que secundum cōmentatorem ibidem est aliquid commune principii eius respectu cuius est mensura, sed principium et principiatum non est necesse esse in eodē gñe, quare &c.

A d hanc questionem dicendum secundum commentatorem, in. x. metha. quod mensura primo & per se reperitur in quantitate & maxime in quantitate discreta, & a quantitate discreta transfertur ad aliam, quia in quantitate discreta per se & primo reperitur cumulus partium que per vnitatem mensurantur, & si in alijs mensuram accipimus, hoc est in quantum induit rationem numeri, non enim est descēdere a genere in genere nisi magnitudines numeri sint vt dicitur. i. posteriorum, & ideo omnia alia mensurantur in quantum habent proportionem nobis nātam, hoc est prout in eis reperitur natura numeri, ex hoc enim dicimus aliā quantitatem esse mensurabilem & proportionabilem alijs quantitati ex eo quod reperitur aliqua quantitas communis vtriusque que secundum aliquid mensuratur vtrāque, & ideo cum spatium est nobis notum, hoc ē ratione numeri, in quantum. s. scimus qui numerus stadiorum vel miliariorum sit, vnde licet ratio mensure per se, & primo reperiatur in quantitate discreta, tamen ex quantitate discreta transfertur ad alia gñā, vt dicit Auer. in hoc. x. Ista autem trāslatio potest esse duplex, quia vnitas dupliciter comparatur ad numerum vt intelligimus vnitatem numerum mensurare. p̄o enim comparatur ad numerum ex eo quod per sui replicationem metitur numerum. & ideo Ari. in hoc. x. ait quod oportet quod mensuratum siue numeri sint vnitates & non vnitas, per quod possumus intelligere quod vnitas non plurificata per replicationem vel per reiterationem numerum non mensurat. ¶ Secundo modo comparatur vnitas ad numerum vt mensura illius tanquam illud per quod cognoscitur numerus & ideo Ari. in eodem. x. ait, quod mensura est illud p̄ quod cognoscitur quantitas, & ideo ibidem subdit q̄ omnes numeri cognoscuntur per vnum, ergo potest esse duplex translatio, vel ex eo quod mensura iteratē & replicatur in mensurato, vel ex eo quod mensura ē causa quare ipsum mensuratum cognoscatur. primo modo transfertur nomen mensure ad quantitates, & ad pondera & ad huiusmodi similia, & ideo videmus q̄ vna per sui replicationem mensurat cannā. & similiter videmus libram per sui replicationem mensurare aliud pondus & vnica libram. ¶ Secundo modo transfertur ratio mensure ex eo quod aliquid est ratio quare alia cognoscantur, & quia omnes res in aliquo genere habent esse secundum aliquem ordinē graduum. s. secundum maiorem vel minorem appropinquationem & remotionem in respectu ad aliud i quo mensuratur natura illius generis simpliciter, ideo si omnia entia essent colores album esset mensura eorum, quia ex cognitione eius possumus deuenire in cognitionem aliorum tanquam ex cognitione eius qd̄ magis participat naturam lucis que est ypostasis colorū. & secundum istam viam possumus dicere primum ens esse mensuram omnium entium, quia ex cognitio

ne primi entis habetur cognitio aliorū, & quia diuer simode transfertur nomen mensure & non reperitur vniformiter in rebus. ideo oportet per distinctionē dicere ad questionem. Nam si loquamur prout mensurat res per sui replicationem & iterationem, tunc mensura non est in eodem genere cum mensurato per se loquendo, nec tamen est extra genus mēsurati quia huiusmodi mensura est in genere mensurati vt principii principia enim non sunt extra genus quia reducuntur ad genus principiatū, & in quantum talia non sunt in genere, quia in quantum talia non cadunt per rectam lineam, & ideo vnitas que est mensura numeri est in genere per reductionem ad quantitatem discretam, et si aliquando mensura sit vere quantitas, & sit in eodem genere secundum rectam lineam cum alijs quantitatibus continuis sicut pondus vnice est in eodē genere cum alijs ponderibus, hoc est per accidens, quia non habet in quantum est mensura. Nam in quantum mensura quid indiuisibile existit & indiuisibile prout indiuisibile est non est quantum licet ad quantitatem reducatur. ideo Ari. volens soluere rationem mensure in talibus distinguit in. x. huius duplicem indiuisibilitatis modum. quia aliqua sunt indiuisibilia quia ipsa sunt vt vnitas. & aliqua sunt indiuisibilia quia volumus, hoc est per institutionem nostram, & sic alicui continuo vt linee & alicui ponderi vt vnice competit ratio mensure, & ita patet quod mensura per replicationem cuius mensuratum est plures mensure per se loquendo non est extra genus mensurati, licet non cadat secundum rectam lineam in illo genere. Vnde cōmentator dicit. 4. phisicorum, circa finem quod mensura in quolibet non est extra genus mensurati. de qua autem mēsurā intelligat, patet per hoc quod sequitur sed totum mensuratum est plures mensure quod non est nisi in mensura per replicationem. ¶ Secundo modo dicebatur quod fiebat translatio mensure ad alia a quantitate discreta ratione cognitionis. Istud autē ex hoc habet esse quod in aliquibus reperitur analogia quedam secundum quā analogiam vnum aliquod facit ad cognitionem aliorum & tunc huiusmodi analogia accipiendo genus p̄prie non semper seruat vnitatem generis nisi vellemus accipere esse in eodē genere quecunque habent vnitatem & proportionem adinuicem ad nos, sed loquimur de genere proprie dicto & propter hoc sciendum quod aliquid secundum analogiam quandam & proportionem potest facere ad cognitionem aliorum & per consequens esse mensuram contingit tripliciter secundum triplicem analogie modum, quia aliquid habet analogiam ad aliquid quod non est extra genus ipsius, sed est in genere eius secundum rectam lineam, & isto modo album analogatur cum alijs coloribus in colore. Secūdo modo potest esse analogia in quantum huiusmodi analogia non est in genere eorum que respicit secundum rectā lineam, & est extra rectam lineam & nō est extra genus ipsorum, & secundum istum modum est analogia puncti ad lineam & instantis ad tempus. ¶ Tertio modo potest esse analogia ita quod habens analogiam non est in genere secundum rectam lineam cū alijs, & etiam est extra genus ipsorum & sic est analogia que est inter primam substantiam, que est deus, & alia, que prima substantia non est in genere substantie secundum rectam lineam, nec reduci habet ad genus substantie. Et omnibus his mp̄dis analogie aliquid potest dici mensura alterius. & ideo propter primum modum habemus ab Arist. in. x. huius quod album est mensura colorum aliorum. propter secundum habemus ab eodem. 4. phisicorum, quod instans mensurat tempus, & hoc etiam ab eodem in. 5. phisicorū,

E
Principia
nec sunt i
gñe, nec
extra ge
nus.

F
T. c. 4.

Indiuisibi
le duplici
ter.

C. 133.
Transla
tio mens
re ad non
quanta.

G

Analogia
trip.

2. modo.

3. modo.

H

T. c. 7.

T. c. 106.
5. phi. s.
27.

A

& alibi quod punctus est terminus linee. & si quis accipiat in imaginatione sua lineam finitam accipiet e stare ad duas decisiones siue ad duo puncta. ¶ Propter tertium habemus in .x. huius ab ipsomet. quod oportet querere vnam substantiam mensuram omnium aliarum substantiarum & ista substantia est motor primus & principium primum & actus purus & vltimus cui non est admixtum aliquid de potentia oino vt commentator exponit. & ita patet solutio. quod non oportet mensuram esse in eodem genere cum mensurato nisi accipiamus genus pro omni eo in quo reperiatur vnigenitas tamen mensura e aliquando secundum rectam lineam in genere mensurati aliquando per reductionem aliquando neutro modo. ¶ Ad primum ergo dicendum quod mensurari per aliquid sui generis intelligitur ibi de eo quod per replicationem est mensura vt numerus equorum vnitate equina mensurat, & huiusmodi est in genere mensurati saltem per reductionem vel per accidens vt patuit. ¶ Ad secundum dicendum quod aliqua mensura potest cadere in genere secundum rectam lineam cum alijs mensuratis. sicut conuenit in albo respectu aliorum colorum, sed non arguit omnem mensuram simpliciter esse talem. ¶ Ad tertium dicendum quod mensura habet vnigenitatem ad mensuratum non quod sit eiusdem generis, sed quia est quedam proportio & analogia inter mensurata & mensuram, &c.

T.c. 7.

Ad prim.

Ad 2.

Ad 3.

Mensura enim est illud per quod cognoscitur quantitas, & quantitas cognoscitur secundum quod est quantitas aut per unum aut per numerum, &c. T. II.

Questio. II.

QVERITVR vtrum omnia que mensurantur mensurentur aliqua vna mensura. & videtur quod sic, quia vt potest haberi ex sententia Aristoteli in hoc .x. omnia mensurantur minimo sui generis sed minimum in aliquo genere non potest esse nisi vnum, quia quod super abundantiam dicitur vni soli conuenit ergo &c. ¶ Preterea Aristoteli arguit in .x. huius. quod oportet nos querere mensuram substantiam vnam omnium aliarum substantiarum, ergo a simili de quibuscunque oportet nos querere vnam mensuram aliorum. ¶ Preterea sicut se habet tempus ad ea que mensurantur tempore, ita se habet mensura quelibet ad ea que mensurantur illa mensura, sed vnum est tempus mensura omnium temporum, vt dicit philosophus. 4. phisicorum igitur vna erit mensura omnium habentium eam. ¶ Item secundum Aristoteli. 4. phisicorum non est dare duas mensuras simul nisi vna contineat aliam, sicut annus continet diem, ergo non est dare duas mensuras simpliciter. ¶ In contrarium est quod secundum philosophum dicitur .x. methaphisicorum mensura non est quid vnum numero sed magis forte plura. ¶ Item commentator super quarto phisicorum dicit, quod oportet quod tempus istius motus, s. primi, sit prius temporibus, s. alijs & enumerat illa, ergo non est dare solum vnum tempus, sed est etiam dare multa tempora, & ita non est vna mensura temporis omnium habentium talem mensuram. ¶ Preterea mensura videtur esse quedam perfectio mensurati, sed oportet multiplicari perfectionem secundum multiplicationem perfectibilium, cum ergo sint multa perfectibilia alia, s. mensurata oportet esse multas mensuras.

Ad istam questionem dicendum quod de diuersitate mensure & eius vnitate sunt diuerse sententie, quia quidam

attendentes ad hoc quod mensurata aliquo modo vnitate, cum omne quod mensuratur mensuretur aliquo minimo sui generis, vt dicit Aristoteli. 4. phisicorum, et cum omnis mensura sit vnigena mensurato, vt dicitur .x. metha, dixerunt quod genus generalissimum in quo omnia illius generis analogiam habent, est mensura omnium eorum que sunt in illo genere, & si ista via bona esset, tunc mensura respectu habentium ipsam esset vna non vnitate numerali sed vnitate generis, sed ista positio stare non potest, quia cum secundum philosophum .x. metha, vbi loquitur de tali mensura dicat quod unum in quolibet genere est mensura que est natura aliqua simpliciter & non est vnum natura alicuius eorum que mensurantur per eam. Ex hoc autem dupliciter improbare istam positionem possumus. primum quia natura generis generalissimi non est vna natura simpliciter cum conceptui generis non respondeat ypostasis vnus forme, vt dicit Themistius super primum de anima in prologo, & ideo licet natura specifica possit habere rationem mensure eo quod species natura quedam vult esse vt ibidem Themistius dicit, & ideo propter sui vnitatem que excedit vnitatem generis, potest habere rationem mensure, genus tamen non potest cum in eius natura non sit vnitas per se, secundum vnum gradum essentie, sed solum secundum ordinem graduum. Rursus possumus improbare istam positionem ex eo quod in eodem .x. dicitur, habetur .n. ibi quod natura mensure est differens a natura mensuratorum, natura generis est eadem nature cuiuslibet existentis sub eo, quia vniuersale a particulari non differt. ¶ Improbatur etiam ista positio ab aliquibus, quia cum genus non videatur certificare nec diffinitam cognitionem dare eorum que sunt in genere, mensura vero non est huiusmodi, quia certificat, Sed hec improbatio non est bona, quoniam mensura est illud quod a nobis prius vniuoce scit quam ipsum mensuratum & postmodum ex cognitione mensure per quandam solertiam & acumen ingenij deuenimus in cognitionem mensuratorum, & quantum ad hoc satis apparet quod natura generis debeat dici mensuratum, quia sunt nobis nota confusa magis vt dicitur primo phisicorum in principio, tum etiam quia ex cognitione horum confusorum in cognitionem magis distinctorum deuenimus & vt sit ad vnum dicere cognitio mensuratorum ante quam applicetur mensura ad mensurata est cognitio in vniuersali & in confusione quadam sicut est cognitio eorum que sunt in ipso genere ante quam per cognitionem generis procedamus in cognitionem distinctam existentium in genere. Alius modus autem dicendi est respectu vnitatis mensure eorum qui dicunt mensuram esse vnam respectu mensuratorum, quia materia est vna, vnde secundum rationem istorum ipsa materia est vna mensura rerum habentium materiam & secundum istam viam materia est vna vnitate essentie, & non vnitate esse, que vnitas est prout materia vna abstracta ab omni forma non haberet per quid differret ab alia sic accepta, isti autem sic opinantes triplici motiuo moueri videntur. primo enim mouentur quia mensura per se & primo proprie reperitur in vnitate respectu numeri vt visum est, vnitas autem non habet quod sit mensura numeri, nisi ex eo quod reiteratur & per reiterationem mensurat numerum, & nihil est quod in entibus reiterari videatur preter materiam, quia materia est illud quod secundum essentiam idem manens iterum & iterum aliud & aliud esse accipit. ¶ Secundum autem motiuum est eorum quod vnitas in potentia est omnis numerus, vt dicit Boetius in arismetria sua, & materia est in potentia omne illud quod ex materia fit, Nam

B

T. 133, P6 Alber & aliorum, T. vij.

t.c. 3. et, f.

Contra opinantes.

Super. t. 3.

F Species pot habere rationem mensure non genus.

T. c. 4.

Alber, ubi supra.

G

T.c. 3.

Secundus modus dicendi. Hoc narrat Alber, ubi supra

1. modum.

H

2. modum.

T.co. 17.
3. min.
con. opin.
T.co. 2.
con. 1.
T.co. 69.
R. n. s. o. alio.
com. 7.
con. pref.
T.co. 4.
com. 4.
vnitas mē.
C
Primus.
2. ipedi.
T.co. 4.
3. ipediens.
D

A primo est iste modus secundum quem Aristote. docet imaginari materiam primo phisicorum scilicet si uolumus intelligere materiam debemus intelligere aut quod non habens formam sed in potentia ad omnem formam, & in primo methaphisice dicit describendo naturam materie prime quod in fundamenta nature nihil est distinctum nec substantia nec quale nec quantum nec aliquid omnino. debemus tamen intelligere quod materia sit impotentia ad omnia illa.

P Tertium motuum eorum est, quia materia est illud ex quo alia entia fiunt & vnitates sunt ex quibus constituitur numerus, & ideo materia potest dici mensura omnium materialium propter dicta tria, propter que vnitas dicitur mensura numerorum.

C Sed hoc stare non potest, quia secundum Aristote. in decimo methaphisice mensura est illud per quod aliud mensuratur, & ideo mensura est magis nota quam ipsa mensurata. Si igitur materia haberet rationem mensure, tunc materia esset magis nota quam res materiales & forme cuius oppositum videmus: quia secundum Auerro. super secundum methaphisice materia est impeditiua cognitionis, & primo phisicorum scribitur quod materia non cognoscitur nisi per analogiam ad formam, propter quod aliud modus dicendi est scilicet quod vnitas mensure est ex vnitate primi entis. Nam primum ens per lumen intellectus sui mensurat omnia, & ideo sicut per lumen in dyalano receptum substantificantur colores ita per lumen primi entis omnia entia in esse subsistunt, & licet ista positio vera & bona sit cui commen. adheret in decimo, tamen sic accipiendū vnitatem mensuram non satisfaciunt ad questionem, quia questio nostra est non solum de mensura omnium entium, sed etiam de mensura cuiuslibet generis in se considerando per diuersas partes entis. Et propter hoc dicendum quod illud quod per se & primo in mensura considerari debemus est quod mensura debet esse illud in quo est status. vnde & philosophus in decimo methaphisice ait quod illud quod estimatur sine diminutione & aditione est mensura vera, sed omne tale in quo est status est vnus numero, propter quod commentator dicit ibidem quod illud quod est mensura est vnus non vnitate communi ergo per se loquendo mensura semper est una omnium habentium eam, tamen ista vnitas per accidens impeditur, hoc autem impedimentum tripliciter conuenit, primo enim impeditur huiusmodi vnitas ex eo quod illud cui competit ratio mensure est quid in materia receptum, & ideo si album est mensura colorum non oportet vnus album esse numero, sed si color haberet esse non in materia receptum ita quod non diuersificaretur per diuersa esse, tunc quot sunt colores tot essent colorum species, & tunc mensura colorum esset vna numero secundum propter quod impeditur huiusmodi vnitas mensure est ex eo quod mensura sine sui reiteratione, & receptione non semper mensurat mensuratum, & propter hoc dicit Aristote. in decimo huius quod non semper est, mensura vnus numero sed magis forte plura quod potuit esse appositum ex eo quod huius pluralitas videtur per accidens contingere, & de hoc ipse ibidem exemplum subdit quod diameter mensuratur per duo ut est in penultimo quarta geometrie latus exagoni quod est mensura dyametri oportet bis iterari ut mensurare habet diameter Tertio modo impeditur huiusmodi vnitas ex eo quod illud quod habet rationem mensure non est indiuisibile simpliciter, sed est indiuisibile quia volumus id est per institutionem nostram ut vnica vel libra, vel est indiuisibile secundum genus ut pondus grani vel ordei ut commentator po-

nit exemplum. Istos autem duos modos indiuisibilitatis inuit Aristote. in eodem decimo, & quia huiusmodi mensure non habent rationem mensure hoc est per se, quia quicumque ponunt mensuram aliquam ponunt eam ratione indiuisibilitatis, & ideo in tali vnica maior mensura reducitur ad minorem vt libra ad vniciam nec habet per quod mensuretur libra nisi ex eo quod certificatur per vniciam & si esset aliqua mensura minor mensurationis puta dragma vnica non mensuraret nisi per illam mensurata esset. & ita per se loquendo vna est mensura, per accidens autem mensura plurificari potest.

C Ad primum dicendum quod arguit de vnitate, per se, tamen non propter hoc remouetur quin possint esse multe mensure per accidens, quia non in omnibus reperitur minimum simpliciter ut mensura, sed aliquando aliqua est mensura, quia volumus quod sit minimum, & per hoc patet solutio ad alia argumenta que hoc concludebant.

P Ad primum in contrarium dicendum quod mensure sunt plures modo quo diximus: scilicet per accidens ex eo quod multipliciter variari potest vnitas illa que est ratio mensure ideo dixit ibi Aristote. quod diameter mensuratur per duo.

Ad secundum dicitur quod diuersa sunt tempora particularia secundum quod sunt diuersa mobilia quorum motus existunt in illis tempus autem materialiter non est aliud a motu, cum ergo motus sint intrinseci suis mobilibus etiam tempora particularia erunt intrinseca, hic autem loquimur de mensura extrinseca qualis mensura est tempus mensuras motum primi mobilis.

P Ad tertium dicendum quod mensura non est perfectio mensuratorum vt dependens ab eis, sed magis mensurata dependens ab ipso sicut motus qui est mensura omnium motuum aliorum non habet ut in subiecto in omnibus alijs nec dependet ab eis, sed magis ipsa mobilia dependens a tali motu, & ideo motus ille est vnus simpliciter non ex vnitate omnium mobilium sed ex vnitate primi mobilis &c.

In omnibus autem his metrum, & principium unum aliquid, & indiuisibile, quoniam & lineis utimur quasi indiuisibile pedali &c. Tex. III.

Questio. III.

Q VERITVR Consequenter vtrum omnia mensurentur minimo sui generis, & videtur quod non. Nam sicut dicitur sexto phisicorum motus diuiditur secundum partes magnitudinis, inter plures partes datur maior magnitudo, quare, & motus maior, sed primus motus siue principium mobile cuius motus est diurnus est maximum corpus celestium corporum, erit ergo eius maximus motus sed illo motu omnes minutus mensurantur vt dicitur. x. methaphisice, quare non mensurantur motu minimo sui generis, sed maximo.

C Item album est mensura omnium colorum, sed albedo plus continet de luce que est ypostasis omnium colorum quam alij colores quare alij colores non mensurantur minimo sui generis sed maximo.

P Preterea omnia habent mensuram, quia omnia facta sunt in numero pondere & mensura, sed in omnibus non est inuenire numerum ad minus in quantita-

E
con. 4.
T.co. 4.
Mensura.
tionum p
se vna est
per acci.
dens plu.
res.
Ad prim.
Ad pri. in
contrarium.
F
Ad secun.
Ad terci.
G
Argu. 1.
T.co. 33.
T.co. 4.
Argu. 2.
H
Argu. 3.
H

A te continua, quia ipsa diuiditur in infinitum quare idem quod prius contrarium dicit Aristo.

C Item probatur hoc per rationem Aristo. in decimo, quia mensura uera ex hoc est ipsius numeri, quia in ea minus est deceptio & error hoc est in minimo ipsius numeri quare &c.

In oppositum est 4. metha. phis in litera. te. 3.

Ad questionem dicendum quod ratio mensure primo est in quantitate & in quantitate discreta ex vnitare que est principium numeri, & ex hac transfertur ad alia, quoniam quando transfertur subiectum transferuntur & proprietates per se consequentes ad illud subiectum, quare ratio numeri est ratio mensure & transferuntur ad alia ex vnitare que est principium numeri, transfertur autem ratio mensure ex vno dupliciter scilicet in quantum per sui replicationem numerat vel mensurat numerum secundum analogiam quadam & ideo videndum est quomodo competat vni quod sit minimum respectum numeri, & ita transferuntur vnum ad alia secundum huiusmodi diuersas rationes, vnde aduertendum quod vnum in quantum est minimum respectu numeri consequitur tria, primum est quod vnum est quid simplex, numerus autem est quid compositum, secundum est quod vnitatis quia simplex est, est etiam vniformis, difformitas enim est de multiudine & pluralitate, numerus autem est difformis, tertium est quod vnitatis est indiuisibilis, numerus vero diuisibilis, quando igitur uolumus vnitatem transferre ad mensuram aliarum rerum non oportet secundum omnes tres materias transferre, sit autem translatio mensure ad tria genera rerum scilicet ad motum vel ad esse successiuum & ad esse permanentes et quantum. Item ad ea que actualiter permanent non ut hec quanta sunt.

C Ad tria igitur genera rerum ratio minimi non transfertur secundum vnum modum quia ad successionem & motum ratio minimi transfertur secundum vniformitatem & ordinem quandam quia ordo est vniformitas quedam, sed ad esse permanentes quantunt, rãssertur ratio minimi, secundum indiuisibilitatem.

Ad tertium autem scilicet ad esse permanentes non in eo quod quantum, transfertur secundum simplicitatem, sic enim reperitur minimum quod est mensura in quantitate & in alijs, omne autem quod mensuratur: mensuratur secundum quod est actu non potentia, quoniam cum contraria sint eadem potentia si ens in potentia mensuraretur qua ratione vnum contrarium ens in potentia mensuraretur, aliud eadem ratione mensuraretur ab illo & e contrario, cum in potentia sint eadem. Item ens siue entia non mensurantur nisi secundum quod habent esse distinctum in suis generibus, solus autem actus distinguit ut dicitur septimo methaphisice: igitur actus cum dicat esse respicit esse, alia qua igitur mensurantur secundum quod habent esse, cum ergo esse successiuorum consistat in ordine partium non simultarum quia preteritum ordinatur ad futurum sic sumitur mensura ex ordine & vniformitate. Inuenitur autem triplex difformitas, vna quantum ad introductionem actus huiusmodi, qui est successiuus, videmus enim quod aliquando aliqua quiescit & aliquando mouentur, alia difformitas quo ad variationem moti secundum quod mota naturaliter uelocius mouentur in fine quam in principio, e contrario est de violentis motibus vel de violenter motis, tertia difformitas est ex pluralitate motus in eodem mobili prout vnu & idem mobile scilicet vnus orbis celestis mouet motu diurno ab oriente in occidentem, et motu alio proprio ab occidente versus orientem. Nunc autem mensura debet continere vniformitatem, &

debet nos certificare, & quanto aliquid est magis difforme, tanto minus certificat, oportet igitur quod si mensura in successiuis debet esse vniformis quod ille motus qui debet esse mensura sit a virtute que moueat sine laxitudine vt motus ille vnus sit continuus & non interruptus, ex hoc enim secundum Aristo. & Auer. in de substantia orbis, mobile quiescit aliquando quia mouens illius mobilis mouet mobile secundum fatigationem. Item oportet quod ille motus sit a virtute inuariabiliter mouente non quod nunc moueat uelocius & postea tardius.

Item quod sit a virtute que sit prima in genere motorum ad hoc ut non sit in illo mobili sub illius motu penitus difformitas nec diuersitas nec pluralitas motuum, & quia motus primi mobilis est a virtute sub oibus conditionibus his, ideo ille motus, est mensura & minimum omnium motuum aliorum non obstante quod illud primum mobile sit corpus maximu & hoc innuit Aristo. in decimo methaphisice breuibus verbis dicens quod ille motus est minimus minimitate temporis, hoc autem esse non potest nisi sit a virtute ualde excellenti que est primum in genere motoru cui non accidit laxitudo. Diuiditur autem motus in sex to phisicorum dupliciter, secundum rem mobilem, & secundum diuisionem temporis, & hoc secundo modo diuisionis est ille primus motus & minimus. Tunc est videre quomodo minimum in quantis permanentibus dicat in diuisibilitatem, & satis patet ex hoc quod quanto minor est quantitas que debet esse mensura, tanto minus decipimur & erramus, vnde sciendum quod indiuisibile dicitur dupliciter scilicet indiuisibile simpliciter, & hoc minimum non est in talibus quantis permanentibus, vel indiuisibile secundum nostram institutionem scilicet quia uolumus, & hoc modo ratio minimi transfertur ad alia quanta, & quia in eis sic est mensura, quamuis non sit simpliciter indiuisibilis mensurat tamen sub ratione qua est indiuisibilis. Secundum autem quod sumitur minimum in alijs rebus quamuis quantis, non tamen ut quantis, ibi accipitur minimum pro simplicissimo, ut in coloribus albedo, & his vijs soluntur argumenta, quia primum argumentum arguit in successiuis vbi non sumitur minimum quantum ad corpus subiectum, sed minimum in tempore.

Ad aliud argumentum de minimo simpliciter scilicet quod est simplicissimum.

Tertium argumentum procedit de minimo simpliciter, in quantis autem non inuenitur minimum simpliciter, sed bene inuenitur secundum nostram institutionem &c.

Secundum substantiam uero & naturam querendum est quomodo se habeat quem admodum &c. Tex. VI.

Questio. IIII.

VISO DE mensuris in generali queritur de eis hic in speciali, & primo de mensura substantiarum & queritur vtrum omnium substantiarum sit vna mensura, & videtur quod non, quia ut dicit commentator super. 12. methaphisice, mobile & immobile non habent idem principium commune, mensura autem videtur esse principium mensuratorum, quare substantie immobiles non habent eandem mensuram cum mobilibus.

Prererea non est vna talis mensura communis nisi eorum

Informal. tas motus 3. habet.

Motus primus est omnium mensura.

T. co. 4. F.

T. co. 35.

Mensura quatuor.

Mensura qualium.

Ad prim.

Ad secun.

Ad tert.

G.

Argum. 1.

Com. 6.

H.

Minimus 3. dicit.

Ad tertia genera rerum mensura transfertur.

Mensura successiuorum.

T. co. 49.

Difformitas tripliciter.

Secunda.

D. Tertia.

R6 mensura.

A rum que communicant in genere, corruptibile autem & incorruptibile non solum differunt genere sed plus quam genere, ut dicitur decimo methaphisice, quare substantiarum corruptibilitium & incorruptibilitium non erit vna mensura communis, quia differunt plus quam aliqua que uniantur in aliqua mensura.

T. 60, 26.

Argu. 3.

Com. 7.

Ratio.

Contra.

T. com. 3.

Com. 7.

Tria uide da.

t. c. 3. et. 7.

Minimus in gne est mensura aliorum.

C

Substantia quare sit mensura omnium substantiarum & non accidentium est mensura vna.

D Differentia est preter rationem generis.

Item si esset aliqua mensura omnium substantiarum, hoc maxime esset prima causa ut dicit expresse commentator super decimo methaphisice, sed ista non potest esse mensura, quia inter mensuram, & mensuratum aliqua est proportio, infiniti autem ad finitum nulla est proportio. causa autem prima est infinita simpliciter, quolibet autem substantia est finita, quare &c.

Si dicitur ut communiter solet dici, quod verum est quod deus est infinitus: & ideo alie substantie non habent proportionem ad ipsum proportionem commensurati rationis, sed habent proportionem ordinis, quia omnes substantie ad ipsum habent aliquem ordinem.

Contra hoc arguo quia mensura dicitur quandam commensurationem mensure ad mensuratum, cum igitur deus sit infinitus quamuis ad ipsum remaneat proportio ordinis ad alias substantias, deficit tamen proportio commensurationis in qua consistit ratio mensure.

In oppositum est Aristoteles qui dicit. Contrarium. x. methaphisice & arguit per rationem quod illud quod facit ad cognitionem rerum, videtur esse mensura earum, causa autem prima facit ad cognitionem omnium substantiarum, quia ut dicit commentator super septimo methaphisice non cognoscitur substantia demonstrata sensibilis nisi cognoscatur prima causa, prima autem causa est substantia quare &c.

Ad hanc questionem tria sunt specialiter declaranda scilicet quod mensura omnium substantiarum non sit in genere substantie. Item quod ipsa sit vna substantia. Et tertio declarandum est quod illa substantia sit deus. Primum per modum Aristotelis patet in decimo methaphisice ubi venatur substantiam que sit mensura in genere substantie, dicit enim quod est in vnoquoque genere sumere aliquid quod sit minimum & sit mensura omnium in illo genere ut in coloribus albi & numeris unitatem & in figuris trigonum, similiter & de alijs generibus predicamentorum, oportet igitur in substantijs inuestigare substantiam vnam que sit vna mensura omnium substantiarum, in quo diligenter aduertendum est, quod in alijs generibus venando mensuram non accipiebat genera que sunt in illo genere generalissimo & comparando ad suum genus generalissimum, sed ut diuersa in illo genere genera accipiens uenabatur in vnoquoque ipsorum speciem suam mensuram ut in genere colorum quod est sub qualitate, album accipiebat pro mensura eorum que sunt de tertia specie qualitatis, & similiter posset fieri in prima specie qualitatis que est, habitus & dispositio. In genere scientiarum methaphisice. In uirtutibus autem prudentia, non sic autem facit Aristoteles in predicamento substantie, ibi enim quesitum vnam mensuram substantiarum que esset mensura totius generis substantie & omnium substantiarum existentium in genere substantie, hanc autem differentem mensuram inuestigationem & minimum in alijs predicamentis, & in predicamento substantie non videtur fecisse Aristoteles sine causa. Est autem huius ratio, & causa, quia non eodem modo est, descensus a genere in speciem & ab ente in decem predicamenta. Nam descensus generis in speciem est per differentias que differentia est aliquid preter rationem generis, vnde genus de differentia non predicatur, differentia autem est perfectio & forma speciei. Ens autem non descendit sic in decem predicamenta per differentias, quia

tunc ens esset genus ad decem predicamenta, & tunc non predicaretur de differentia & illa differentia tunc non esset ens, immediatus igitur est descensus entis in predicamenta per se, non per differentias, vnde secundum commentatorem in decimo methaphisice, ens non est genus, quia tunc significaret decem predicamenta per differentias siue mediante differentia. Si autem ponantur aliquando differentie entis ille differentie sunt secundum rationem solum, & nihil ponunt in re ut ens verum quod est in compositione, aut sunt differentie entis alie ad diuersos modos essendi non in ipso ut in decem predicamentis. Addit species super genus differentiam & perfectionem de qua non predicatur genus, non sic autem est de ente respectu predicamentorum, & quia mensura habet rationem actualitatis & perfectionis ut visum est supra, ideo potest mensura competere speciei sub aliquo genere generalissimo, que tamen non competit ei ratione illius generis sed ratione sui per se, ut colori competit aliqua perfectio vnde color que non competit ratione qualitatis que est suum genus generalissimum. Ex his patet quod substantia sit vere, & simpliciter ens, & mensura que requiritur in substantijs conuenit enti in quantum ens, quare competit toti, & ex his apparent tres rationes, quare nulli aliarum a substantia debet queri mensura totius illius generis, quoniam nullum predicamentum continet vniuersaliter entitatem nisi substantia.

Item quia alijs predicamentis non responderet huiusmodi mensura nisi secundum quod sunt entia, non autem sunt entia nisi quia sunt ens, & ideo huiusmodi mensura quantum ad totum non competit nisi soli substantie.

Item illud esse per quod alia predicamenta habent esse est simpliciter sed esse simpliciter est solius substantie, quare sole substantie competit talis mensura que sit totius & vniuersaliter.

Item ad hoc adaptatur & Quartum scilicet quod mensura habet rationem principij, nulla autem principia appropriantur alicui predicamento que sunt, principia totius entis nisi soli substantie, quare solius totius substantie debet queri mensura.

Et ex his consequenter apparet quod illa substantia que est mensura in genere substantie, non est, per se nec directe nec per reductionem in illo genere nec in genere, quia illa substantia est principium substantiarum, principium autem non est directe in genere cum principio, nec per reductionem est in genere, tale principium quod est mensura substantiarum, per hunc enim modum esset limitatum ad illud genus ad quod reduceret, prima autem causa habet vniuersalitatem causalitatis super omnia entia, & ideo non limitatur ad aliquod genus.

Consequenter ex his declaratur secundum quod erat declarandum scilicet quod illa substantia est vna. Omne enim mensurans aliqua in aliquo genere est tale, et est primum tale ut albedo est color, & est color primum, quia ens mensurans substantiam & est ens, & primum ens, ex hoc autem quod est primum ens est simplicissimum simpliciter, sicut & albedo, quia est primum color est simplicissimus, sed non simpliciter sed in genere colorum, quare simplicissimum erit vniuersaliter ens, & quia simplicissimum est, ideo & mensura non plurificatur secundum speciem sed secundum numerum de mensura in colore que est albedo, que & si multiplicetur hoc solum est secundum numerum illud igitur quod est mensura in genere substantie secundum essentiam, & secundum esse, & secundum speciem est vna mensura mensurans omnes substantias, quia etsi mensura multiplicetur hoc solum est secundum nu-

E

Et. 3. huius com. 10.

Ens immediate descendit in 10. predicamenta.

Entis differentie sunt secundum rationem.

F substantia sui generis sola mensura.

Ratio. 1.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

Ratio. 4.

G

Substantia que est mensura est vna.

1. Ratio.

Primum est semper simplicius in genere.

H

A merum huiusmodi plurificatio non est nisi per essentialiam in illa autem prima substantia non est materia, quia tunc esset compositum quid & non simplicissimum, quare omnino non plurificatur, immo est unum. **C** Item mensura semper est una per se, nec plurificatur nisi per accidens, in primo autem principio non est accidens, quia accidens presupponit aliquam compositionem, hec autem mensura substantiarum est deus, quod patet per quatuor que de deo solent dici, scilicet quod est actus purus, cui omnino non admiscetur aliquid de potentia, ut commentator super de cimo methaphisice.

F Item quod in ipso sunt, ut dicit commentator super duodecimo methaphisice, perfectiones omnium generum. **C** Item quod habet virtutem infinitam, ut dicit commentator super octavo phisicorum, & Arist. ibidem. **C** Item quod ipse, est causa omnis entis.

C Primum patet sic, quia omnis mensura est quid tale, & primum tale, quare & mensura substantie, & est ens, & est primum ens, ens autem habet esse quare illud ens aut est suum esse, aut aliud, non aliud quia tunc esset compositum, et non primum, sicut dicimus intelligentiam componi ex finito, scilicet esse recepti, & ex infinito, scilicet ex natura intelligentie, quare primum est suum esse, & non aliud, quare est actus purus sine potentia penitus quia in eo idem est potentia & actus.

C Secundum patet, scilicet quod illud primum congregat in se perfectiones omnium generum. Nam numerus in formis & in quantitate discreta habet modum oppositum, nam numerus in quantitate discreta quanto fuerit maior, tanto habet plures numeros in se, & est magis compositus, & quanto fuerit minor, tanto magis simplex, ut dicitur octavo methaphisice informis est e contrario. Nam quanto forma posterior est continens in se virtutem minoris forme, tanto est simplicior, & est continens in se virtutes & perfectiones omnium formarum precedentium, unde vegetatiuum est in sensitivo, sicut trigonum in tetragono, & ideo sensitiva posterior continet virtutes vegetatiue, & est simplicior ea. similiter est de sensitivo, quia continetur in intellectivo sicut tetragonum in pentagono, quia intellectivum habens virtutem in se minoris numeri continet omnes perfectiones, tam sensitivae, quam etiam vegetatiue, ita quod prima forma que in materia recipitur est minus simplex, & minus habet de perfectione. alie autem posteriores secundum quod plus & minus recedunt, & plus & minus multiplicatur sunt simpliciores, & quia substantia prima, est forma siue actus simplicissimus in infinitum distans a quacunque forma recepta in materia. ideo illa forma habet rationem numeri infiniti, & in ipsa sunt perfectiones infinite, non solum perfectiones omnium entium existentium, immo plures, scilicet omnes que esse possunt, quia secundum commentatorem, super tertio phisicorum, infinitum, non solum continet omnia que sunt, sed etiam que esse possunt. hec arguitur esse solius dei proprietas, quare hec erit mensura substantie. **C** Item sequitur ex hoc, scilicet ipsum habere virtutem infinitam, quod cum ipsum sit purum esse illud esse, est infinitum, cum nihil sit ibi nisi suum esse, erit virtus eius suum esse, erit igitur virtus infinita, sicut & cetera.

C Quartum dicitur de deo, scilicet quod sit causa omnis entis siue entitatis patet, quia causa quare calor non est causa omnis calidi est, quia calor est in materia. Cum igitur causa prima sit ipsum esse penitus separatum ab omni materia & potentia ipsum erit causa omnis entis, & per hec dicta patet solutio ad argumenta.

C Ad primum dicendum, quod licet mobile & immobile non habeant idem commune principium intrinsicum, habent tamen principium extrinsecum, scilicet primam substantiam, que est mensura substantiarum mobilium, & immobilium.

Ad secundum similiter dicitur, quod que mensuratur una communi mensura, communicant in genere, verum est quando mensurantur mensura illis intrinseca. **F** Ad tertium dicitur, quod ratio mensure non consistit in proportionem commensurationis, sed sufficit proportio ordinis mensurati ad mensuram.

Opponuntur autem unum & multa, secundum plures modos, quorum uno, unum & multitudo, & indivisibile, & cetera.

Tex. IX.

Questio. V.

Q VERITUR De uno, & multo & primo, quomodo opponantur & videtur quod opponantur privatiue, quia ut dicitur quinto methaphisice, unum et multa opponuntur, ut privatio & habitus quare, &c.

F Item unum dicitur indivisionem, multa vero divisionem, sed indivisio divisioni opponit privatiue quare &c. **C** Prererea numerus est species multitudinis quare sicut est oppositio in specie, ita oportet quod sit in genere, sed multitudo uniuersaliter opponitur indivisioni privatiue quare &c.

In oppositum arguitur quia nulla relatiua opponuntur privatiue, sed unum et multa sunt relatiua, ergo. **F** Prererea que dicunt positionem, non opponuntur privatiue, sed unum et multa, dicunt positionem, ergo non opponuntur privatiue:

Ad hanc questionem sciendum, quod sicut triplex est multitudo, ita in talibus predicamentis contingit inueniri. inuenitur enim in predicamento relationis, & est in predicamento quantitatis, & est extra genus. Nam multitudo secundum quod dicit excedentiam quandam multitudinis, non secundum quod dicit multitudinem simpliciter, sic est in predicamento relationis, & opponitur paucis sicut est videre in longitudine & breuitate in linea. non omnis linea est longitudo, & tamen secundum quod linea dicit excessum longitudinis & breuitatis ad illud quod excedit ab alio, secundum longitudinem, sic utrunque est in predicamento relationis, & fundatur in longitudine simpliciter. et hoc modo dicitur quedam linea longa, que dam breuis. licet omnis linea sit longitudo simpliciter, similiter multitudo, secundum quod sumitur pro excessu in multitudine et paucitas que opponitur ei, utraque est multitudo simpliciter, unde tam in theatro, quam in vico sunt multi homines simpliciter, in vico tamen pauci dicuntur respectu multorum, in theatro, similiter est de magno et paruo, et de sursum, et deorsum in positione. multum igitur dicitur superexcessum in multitudine, et paucum secundum hunc modum ei oppositum, esse utriusque relatiui ad alterum fundatur in multitudine simpliciter, et opponuntur relatiue, sicut relatiua realia, id est quia videtur quod in utroque relatiuorum ponantur relatiua, secundum rem respectu alterius, unde sunt vere relatiua, secundum esse, et est simile, de similitudine, que fundatur super albedinem, in diuersis suppositis inuenta, que similitudo est in predi-

Deo quatuor attribuantur, 9. huius, c. 2.

C. 18.

T. c. 79. 10. huius, c. 7. Primum,

Secundus

Numerus & forma extra se habent.

T. c. 101

C. 69. & 71.

Tertium,

Quartus

E Ad prim.

Ad 2.

Ad 3.

F

Argum. 1.

T. c. 11. Int. isto. 10. T. c. 9.

G

Multitudo tribus predicamentis.

1. multitudo.

H

A predicamento relationis, & albedo in qualitate. Si autem ista relatio, que est similitudo nominaretur nomine entis, in quo fundatur vt diceretur albedo, sicut hec relatio, que est excessus in multitudine nominatur nomine multitudinis. licet equiuoce, quamuis ista equiuocatio distinguatur, quodam modo per eius proprium correlatiuum appositum quod est paucum, tunc magis lateret in quo genere esset albedo. Est alia multitudo que componitur ex vno quod est principium numeri, et huius multitudinis species e numerus qui est quedam multitudo, & hec multitudo est in predicamento quantitatis, & hec opponitur vni, quod est principium numeri, sicut mensura ad mensuratum, & ista non referuntur adinuicem contrarie, ita quod relatio fundetur secundum rem in vtroque extremo, sic quod vnum ad alterum referatur per se, sed talis multitudo que est mensurata per vnum, referatur ad vnum, vnum autem quod est mensura talis multitudinis non referatur ad multum per se, sed quia multum per se referatur ad vnum, ideo vnum referatur ad multum, sicut scientia per se referatur ad scibile. e contrario vero solum secundum rationem est relatio, quia non potest scientia intelligi referri ad scibile, nisi quodammodo & ex consequenti intelligatur scibile referri ad scientiam. vnde in talibus non ponitur relatio secundum rem in vtroque extremorum, sed in altero secundum rem, & in altero secundum rationem. ideo posita scientia ponitur scibile, sed non e contrario. similiter & in proposito posita multitudine ponitur vnum sed non e contrario. Est & tertia multitudo que componitur ex vno secundum quod vnum conuertitur cum ente, & hec multitudo non est in genere sicut & vnitas non est in genere, immo est extra genus & hec multitudo opponitur sue vnitati sicut habitus priuationi. vnum enim secundum quod conuertitur cum ente a natura priuationis originem trahit. Nam ex eo quod aliquid habet esse ens ex eodem habet quod sit in se indiuisum. i. idem sibi & diuisum ab alijs. ab ista autem in diuisione vnus cuiusque entis a se, que e priuatio diuisionis vel diuisibilitatis suis ipsius assumitur ratio vnitatis que vnitas consequitur totum ens. ideo hec vnitas conuertitur cum ente, a natura tamen priuationis habet orium, non sic autem de vnitate que est principium numeri, quia ipsa dicit rem suam positue & veriori modo dicit entitatem quam vnitas cum ente conuertibilis. & ideo non directe reducitur in vnum quod conuertitur cum ente, quia habitus non directe reducitur in priuationem sed reducitur primo in ens, & ex consequenti in vnum tale, & illud vnum quod est principium numeri, est proprium nomen illius entis, secundum quod ens tale acquirit esse per aduentum quantitatis. omnis enim forma tam accidentalialis, quam substantialis dat aliquid esse compositum, & aliquam perfectionem, & per consequens tale esse. Nam sicut hec forma. s. sapietia dat esse & perfectionem aliquam sapienti. s. esse sapiens, & per hoc ipsum quod dat sibi esse tale dat sibi quod sit diuisum ab alijs. s. stultis, & quod sit in se indiuisum. i. quod sit idem sibi cum hoc sequatur omne ens. ideo vnum sic acceptum conuertitur cum ente. Similiter quantitas adueniens composito dat sibi esse tale. s. esse vnum numeraliter quod vnum est proprium nomen talis entis & habitus & tale esse quod dat quantitas secundum quod perficit rem in se & absolute dicitur vnum tale. vnum autem quod est principium numeri magis est ens positue dictum quam priuatiue, secundum autem quod perficit rem in comparatione ad suas partes sic est diuisibile. omne enim diuisibile quod diuiditur non diuiditur nisi in quantum habet partes, & sic dat sibi aliam vnitatem que est ef

se continuum quod est primum diuisibile. ex hoc autem habet quod sit indiuisum in se. i. idem sibi & ab alijs diuisum. i. non continuum, & vnum quod e principium numeri non transcendit genus quantitatis. si enim excederet genus quantitatis, tunc mathematicus posset se introumittere de substantijs quas consequitur vnum quod conuertitur cum ente quod quidem excedit omne genus, non est mirum in vna quantitate fundari diuersa genera quantitatum, scilicet continuum & discretam cum diuersa predicamenta oriatur ex natura motus vt actio & passio. hanc autem distinctionem triplicem de vno, & multo ponit Aristoteles. x. methaphisice, in fine illius capituli querenda est hic questio de vno & multo. & per hoc potest patere ad argumenta, &c.

Ad primum dicitur quod philosophus accepit ibi multum simpliciter vt quoddam quantum, quod vt sic est diuisibile, & sic ad vnum opponitur priuatiue. Ad secundum similiter quando multum dicit excessum referatur ad paucum, & opponitur illi relatiue. quoniam sumitur, vt dicit quantum simpliciter opponitur vni priuatiue. cum vnum dicat diuisionem, alterum indiuisiorem. Ad tertium similiter multitudo vt est genus numeri, dicit diuisionem ideo priuatiue opponitur, quando ergo vnum dicit passiuum excessum opponitur relatiue, similiter quando est principium numeri, cum dicit ordinem opponitur relatiue ut scientia, sed quando conuertitur cum ente, opponitur priuatiue.

Questio. VI.

QUIA Dicitur est primum principium esse mensuram omnium substantiarum, & omnium entium. ideo queritur vtrum hec ratio mensure competat deo proprie vel transumptiue. & videtur quod transumptiue per hoc quod videtur dicere Aristoteles. x. methaphisice quod ratio mensure transfertur ab vnitate & discretis ad omnia quare &c. Preterea quod est proprie mensura per sui replicationem habet mensurare mensuratum vt de vnitate que replicata mensurat numerum, quare cum primum principium non sic habeat mensurare, competit ei ratio mensure transumptiue. Item perfectiones omnium generum sunt in primo, sicut dicit commentator in quinto methaphisice, sed tales perfectiones non competunt ei nisi in quantum habet rationem numeri quare transumptiue erit mensura. In contrarium arguitur. quonia de ratione mensure est quod sit actu. ergo quod maxime est actu maxime & propriissime habet rationem mensure, sed primum maxime est in actu quare proprie & non transumptiue competit sibi mensura, sunt etiam & alie rationes, sed tales in hac questione statim patebunt.

Ad hanc questionem dicendum quod cum queritur vtrum mensura competat deo per transumptionem vel proprie. dicendum quod hoc nomen mensura potest considerari, vel quantum ad nominis impositionem, vel quantum ad nominis significationem. sicut est videre in hoc nomine natura, vt dicitur quinto methaphisice, quod imponitur ab actu, quia forma non notificatur nobis nisi per actum. quantum tamen ad significationem significat magis forma, quia natura est principium motus, &c. ratio etiam principij magis competit fortune. ideo nomen nature magis significat formam, & hec significatio est que magis intenditur in nomine, propter quod Aristoteles in eodem quinmethaph. reducitur omnia ad formam, que sunt dicta nomine nature. vn materia est natura per respectum ad formam que est natura & motus in naturam quia est via in naturam.

H. ij

E

T. c. 20.

Ad primum

Ad 2.

F

Ad 3.

Argu. 1.

T. c. 3. & 4. Argu. 2.

Argu. 3.

C. 21.

Mensura dupliciter consideratur. Natura dupliciter T. c. 5.

H

T. c. 5.

z. multum do.

Relatio secundum rem est in vno secundum rationem.

z. multum do.

C

Vnum quod est principium numeri dicitur positio.

vnum quod cum ente conuertitur priuationem.

vnum oppositum multo dicit relatio nem.

D

A Nomē mē-
sure dupli-
citer consi-
deratur.

Deo pro-
pensione
competit
ratio men-
sure.

Mensure
rō tria in-
cludit.
Primum.
T.c.3.
Secundus

Tertium.

B

T.c. 4.

T.c. 4.

Cap. 30.
Ethic. pri-
mo ethi-
cap. 10.
T.c. 83.
6. ethi. pro-
totum.

C

Primum.
Mensure.
3. compe-
tunt.
Secundus

Co. 51.

D

Sic dicēdo dico q̄ nomē mēsure p̄rio quātū ad ip̄am
nominis impositionem competit quantitati discrete,
quia composita & sensibilia prius nobis innotescūt.
ideo ab his sumimus nominis impositionem. Si vero
quantum ad significationem nominis loquamur, sic
dico quod per omnem modum primo principio com-
petit ratio mēsure, & non transumptiue per omnimo-
dam similitudinem, quia si illud ad quod fit transla-
tio & a quo essent omnino similia tunc nō esset trās-
latio quantum ad illam similitudinem, cum translatio
fiat per similitudinem defectiuam. Sic autem nō trās-
fertur ad deum, immo omnis mēsure proprietas per
fectissime inuenitur in eo, quod patet per ea que com-
petunt nomini mēsure. s. quod sit manifesta vel notis-
sima, propter quod Aristo. x. methaphisice dicit quod
mensura est per quam cognoscuntur alia. **C** Item q̄
habeat ordinem ad mensuratum & quod sit minimū
propter hoc enim fuit dictū prius quod quia hec om-
nia inueniuntur in vno. s. quod est minimum in discre-
tis quod. s. habeat analogiam ad numerum. Item per
replicationem sui mēsurat numerū. ideo ab ipsa trāsfe-
rebatur ad numerum, & ad quedam alia per replica-
tionem minimi cuiusdam, vt in ponderibus vncia, ad
quedam alia per analogiam, ut alburni in coloribus,
quia alij colores referuntur ad ipsum non quod per
plicationem albi aliquotiens, albi colores habeantur.
De ratione igitur mēsure est quod sit manifesta et p̄
hoc competit quod sit inuariabilis & quod sit prima.
primum autem principium est manifestissimū quia
cum sit ipsum primum uerum, sicut vult philosophus
& Auer. 2. metha. cum volumus videre quid sit pri-
mum oportet videre si alia sint talia propter illud &
si sic, illud est primum, vt patet in igne propter quem
quia alia omnia sunt talia, est primum tale, omne au-
tem verum, est verum, propter verum, primum vt
dicitur. 2. metha. & ex hoc patet quod ipsum est mani-
festum in se, quia oportet omne verum sibi esse mani-
festum, vt dicitur primo priorum, cap. de reduplica-
tione. **C** Item primum est penitus inuariabile & imo-
bile, vt probatur. 8. phisicorum. & propter hoc etiam
philosophus in ethicis ponit iustitiam et virtutes mē-
suras propter sui varietatem. primum autem nō mo-
uetur per se, sicut mouentur corpora, nec mouetur per
accidens sicut mouentur forme corporales, nec moue-
tur ab intra, sicut mouentur substantie separate que
mouentur ab intra per desiderium & appetitum ad fi-
nem vltimum cui intendunt se, quantum possunt as-
similari, & ideo primum est penitus inuariabile. **F** Itē
quantum ad ordinem que habet mensura ad mensu-
ratum, & quantum ad hoc competit mēsure tria,
videlicet quod non dependeat a mensurato. **C** Item
quod possit esse sine mensurato et quod sit minimum
in quolibet genere preter primum quia scientia nostra
dependet a rebus sensibilibus. ideo non est mensura sci-
bilium, sed magis econuerso. & similiter & scientia
quarundam substantiarum separatarum quamuis nō
dependeat a rebus res tamen non dependent ab illorū
scientia, ideo nec eadem scientia est mēsure scibilium.
primi autem scientia causat res & ab eadem depen-
dent res propter quod dicit Auer. super. 12. metha. sciē-
tia primi est causa rerum, nostra autem est causata a
rebus. **F** Item oportet quod mensura possit esse sine
mensurato non econtrario. & propter hoc p̄ctus nō
potest esse mensura, quia non potest esse sine linea, &
ideo nostra scientia non potest esse mensura scibilium,
quia non potest esse sine scibilibus, nisi omnes res cō-
parentur ad nostrum intellectum sicut artificialia ad
scientiam artificis, & tunc omnis nostra cognitio siue
scientia esset mensura omnium rerum, & tunc non de-

penderet nostra scientia a rebus. isto autem modo nō
comparatur nec ad nos, nec ad aliquod, nisi solum ad
primum ad cuius intellectum omnes res comparan-
tur sicut artificata & causata ab eo. & ideo scientia
sua potest esse sine scibilibus.

C Item oportet quod mensura sit minimum in quolibet
genere. in primo autem principio est omnimoda
vniformitas, & omnimoda simplicitas, & penitus in-
diuisibilitas, & secundum has proprietates mēsure
diuersimode transfertur ratio mēsure ad alia omnia
ab ista mensura, quia omnia alia aliquo modo sunt di-
uisibilia, & etiam ipsa vnitas aliquo modo propter
hoc scilicet quod est in continuo. sic igitur quātum ad
significationem nominis quod est mensura omnia,
que sunt de ratione mēsure proprie & principaliter
sunt in primo & ab ipso transferuntur ad alia, quātū
ad nominis significationem. sed quantum ad nominis
i positionem, & quantum ad nos quia primo nobis
sunt nota composita & sensibilia transfertur nomen
mēsure a quantitate discreta ad alia, & propter hoc
patet ad primum argumentum.

C Ad secundum dicendum, quod omnia que sunt in
primo, sunt ibi, vt omnino idem & vnum secundum
rem & non plura nisi per respectum ad intellectum
nostrum, & quantum ad hoc ponimus ipsum sub ra-
tione numeri infiniti cum dicimus quod in eo sunt per-
fectiones omnium generum, & plus. vnde sic ipsum
ponere numerum non tollit in eo rationem vnitatis,
& simplicitatis.

C Ad tertium dicendum quod replicatio sui non inest
mēsure, vt mensura est, sed tali mēsure que est mi-
nimum in quantitate respectu mensurati, vt vnitas re-
spectu numeri. & dico quod mēsure magis est pro-
prium continere quam contineri, vt patet in primo
principio, & in alijs simul & omnium spiritualium. p-
prium est magis continere quam contineri. vnde dicitur
in lib. de anima, quod anima magis continet cor-
pus quam econuerso. ideo primum principium nō est
mensura transumptiue propter hoc q̄ non mensurat p̄
sui replicationem etiam non obstante hoc potest esse
proprie mensura.

Explicit Liber decimus methaphisice.

INCIPIT LIBER
Duodecimus Methaphi.

*Dubitabit autem utique aliquis ex quali nō
ente est generatio, tripliciter enim nō ens.
Si itaque est aliquid potentia attamen nō
ex quocunque, sed alterum ex altero, ne-
que sufficiens, quia simul res omnes, &c.*

Tex. I.

Questio Prima.

DE SVBSTANTIA Quidem theori-
ca est. **F** Hic queritur de illo verbo, quod di-
cit philosophus cōtra Anaxa. quod si materia ē
vna & agens intellectu est vnū q̄ effectus sit vnus
quia diuersitas effectus presupponit diuersam materiā
& videtur q̄ sic, quia vt dicitur. 9. metha. q̄ terra nō
est in potentia ad statuā sed cuprum: quia vnicuique
effectui adaptatur propria materia sua quare &c.

C Pretcrea

E

Tertium.

Mensura
quo ad si-
gnificatio-
nem nois.
in deo re-
peritur.

Quo ad
impositio-
nem nois,
i discreto,

Ad prim.

F

Ad. 2.

In deo plu-
ra etiā in
finita sunt
vnum.

Ad. 3.

Mensura
est conti-
nere non
contineri.

1. de aia.
t. 51.

G

H
Argum.
huius. 120
t. c. 9.

T. c. 12.

A
Argo, 2.
substantiam
in materia
illam est
atque

In matro
silla
chirog
procedit

Primo.

Secundo.

B

Plato, &
Arist. via
opposita.

C

Arist. mundum
dixit
productum

Peripateti
coruz ulta

Placitum
peripateti
eorum.

T. co, 26.

S. phi, co,
49.

D

7. metha,
31.

2. placituz

C Preterea dicitur in libro de causis quod omne quod recipitur in aliquo recipitur per modum recipientis, sed omnis receptio reducit ad materia quare si diuersi debet esse effectus oportet diuersas esse receptiones & diuersa recipientia quare & diuersae materiae. **C** In contrarium est quoniam vnus artifex potest ex eadem materia facere scamnum & archam que sunt diuersi effectus.

Ad istam questionem quidam sic dicunt quod cum omne agens reducatur ad vnum agens primum similiter & patiens vel materia ad vnam materiam primam, & tunc habemus vnum agens primum & vnam materiam primam & hec duo principia sufficiunt ad diuersitatem effectuum, & hoc patet quia materia nihil facit ad diuersitatem rerum sed diuersitas rerum est ab agente quia materia non se extendit ad substantias separatas quia in eis non est effectus, oportet igitur quod huiusmodi diuersitas effectuum non sit a diuersitate materiae sed ab agente. Item quanto agens superius est tanto minus presupponit subiectum in sua actione ut patet in agente, per artem quod est agens debilius quam aliud ideo presupponit in actione sua compositum ex materia et forma, & ideo omnes forme quas inducit artifex sunt accidentia, natura vero que est, agens potentius, & superius non presupponit in sua actione nisi tantum materiam, & ideo potest inducere formas substantiales in materia, cum igitur primum agens nihil omnino presupponat in sua actione quare diuersitatem rerum in suo primordio poterit producere absque diuersitate materiae, sed isti sic dicentes bene dicunt in hoc, s. quantum ad primordium omnium rerum non tamen est secundum viam philosophi, nec est tunc per omnem vim negare viam Aristoteli, modus enim platoniorum & peripatheticorum oppositus fuit in inuestigando, platonici. n. ab intelligibilibus incipientes uolebant inuestigare sensibilia, peripathetici vero e contrario scilicet semper a sensibilibus & ab his que eis apparuerunt in sensu processerunt ad intelligibilia, & ideo omnes positiones Aristoteli semper inueniuntur uere saltem quantum ad aliquas vias eorum que apparent in sensu, & licet Aristoteli non ponat factum mundi secundum quod oporteret ponere, posuit tamen omnia causata ab ipso primo & facta sed non incepisse in duratione, et licet illum factum esse impossibile dixerit hoc esse dixit quia ex apparitionibus in sensu non potuit videre nisi mundum eternum quamuis etiam ex his non possit magis probari hoc quam illud. Et propter hoc pretermisissimis primis rerum primordijs loquamur sic ut loquitur Aristoteli in rebus iam factis, qualiter ex his rerum inuestigat diuersitatem. Inuenerunt vel videntur peripathetici duplex agens in natura vniuersale scilicet & particulare, vniuersale corpora celestia, particulare ut hunc hominem & hunc asinum, vterius videntur quod agens vniuersale nihil eorum que sunt perfecta in genere generare potest sicut homo vel equus & quod nihil agit sine agente particulari conueniente cum generato in specie, propter quod dicit Aristoteli, 2. phisicorum quod homo generat hominem, & sol quauis Auic. diceret quod possibile esset hominem virtute stellarum generari ex terra ut matre quem deridet commentator. Animalia vero imperfecta in genere bene generat agens vniuersale sine particulari ut bubones de vino & apes de uaccis sine particulari agente conueniente in specie scilicet ape vel bubone & huiusmodi, per hoc deueniunt in hoc, quod ista non fiant siue transmutatione & motu, ulterius diuiserunt motum in duos scilicet in motum ad formam & in motum ad situm ita quod motum illum in quo est plus transmutationis attribuerunt agentibus particulari-

bus inferioribus & hic est motus ad formam Alium autem motum in quo est minus transmutationis scilicet motum localem qui non transmutat substantiam mobilis attribuerunt substantijs separatis vniuersalibus, vnde dicunt quod ab agentibus illis non potest in materia aliquis motus vel transmutatio egredi nisi motus localis ad situm & mediante isto causant alias formas & diuersos effectus in inferioribus, ita quod sicut corporeum vniuersale non potest in effectum maxime in genere nisi determinetur per agens particulare. Sic ponebant quod intelligentie separate non possunt in transmutatione ad formam nisi determinentur per motum localem corporis celestis qui motus mediante agente particulari potest perfecta causare, vnde dicit Auer super 5. methaphis. quod nil transmutat materiam nisi per aliud quoddam prius transmutatum scilicet corpus celeste, secundum hoc igitur oportet quod ad diuersitatem rerum, ut iam visum est non solum requiratur diuersitas agentium particularium, & vniuersalium verum etiam diuersitas materiae, que licet sit vna secundum subiectum in omnibus habentibus eam, est tamen diuersa secundum diuersas habilitates & ordinate quoddammodo recipit omnes formas ad quas est in potentia, vnde ex spermate equi non fit homo, nec e contrario ideo materia proxima diuersa est, & quia Anaxagora posuit diuersitatem rerum esse ab agente intellectu ex presuppositione materiae & hanc materiam posuit vnam scilicet vnum chaos, ideo arguitur hac via directe contra eum Aristoteli, quod non erit secundum hoc nisi effectus vnus. **C** Notandum autem quod secundum commentarem materia dicitur medium inter ens actu & non ens purum, quod nihil est & quia creatura est finita & comparata ad primam causam est inter ea infinita distantia eo quod primum est infinitum positue ideo habet esse vel entitatem in intentione vel vigore in infinitum, comparata vero ad nihil comparatur, ad infinitum priuatiue, quia nihil ponit. Nunc autem ita est quod creatura comparata ad primam causam cum prima causa sit infinita in appropinquando ad ipsam non est status, vnde non est ponere aliquam intelligentiam a deo simplicem, & propinquam primo quin sit ponere propinquorem et sic in infinitum, quia in infinitum distat primum simplex, vnde in creatura non est status in appropinquando ad primum sed in distando est status ut ad primam materiam, vnde est de creatura comparata ad nihil, quod non potest esse aliquid propinquius quare dicitur esse medium in omnino nihil, et ens actu, sed non est status in distando, quia infinita possunt esse media inter nihil et causam primam que a natura distat in infinitum et quia est simplicissimum infinite ideo in quantum ens omnino est unum simplex in quantum autem intelligit quauis nihil intelligat nisi se intelligit tamen se esse ens quoddam imitabile ab alijs entibus in quantum ipsum est similitudo et exemplar omnium entium. Et ex dictis est videre quod cum bonum dicat quid posituum et a natura diminuta positua uadit ad magis posituam, quod tandem deuenit ad naturam infinitam posituam propter quod conuenit peruenire ad bonum simpliciter, cui nihil admiscetur de malo penitus, e contrario autem est de malo quod cum dicat naturam priuatiuam uadit deficiente a natura deficiente positua, et quia nunquam erit peruenire ad nihil immo quantumcunque sit priuatio, est tamen carentia in aliquo subiecto quod dicitur priuatum aliqua natura, et ideo non est ponere summe malum cui nihil sit admixtum de bono. **C** Ad argumentum in contrarium dicitur quod non arguit de actione naturali sed artificiali &c.

B

Com. 1.

Effectus diuersi sunt a diuersa materia secundum diuersas habilitates dices.

F

1. phi. co. 70.

Primum infinite distat a creatura.

Appropinquatio ad summum non habet statum.

G
Distantia a primo modo habet statum ipsi nihil contra materia.

Summum bonum quare datur.

H
Summum malum quare non datur.

A Ad secundum dicitur quod sufficit diuersitas partium eiusdem materie numero per indifferentiam.

Postea quecunque ex uniuoco fit substantia. Nam & quae natura sunt substantie & alia, aut enim arte, aut natura sunt, aut fortuna, aut casu. Ars igitur principium est in alio: natura autem principium in ipso &c. Tex. XIII.

Questio II.

Argu. 1.

QVERITVR, vtrum generatum a simili, & non generatum a simili, sint eiusdem speciei. videtur quod sic quia habet. 7. metha. hic sermo quodam ille sunt eadem & sine spermate et cum spermate cum non sint eadem numero erunt eadem specie. p. videtur hoc igni est eiusdem specie cum alio modo quia habent eundem motum in specie primo celi cum ergo animalia ex primi materia et ex femine genita habent eisdem motus erunt eiusdem speciei. p. corpus est propter animam ut habet primo de anima, cum animalia ex femine & sine femine producta habent corpora eiusdem speciei ergo & animas.

Argu. 2.

Tex. 23.

Argu. 3.

Tex. 37.

Tex. 52.

In oppositum videtur esse philosophus & commēta. 7. methaph. Ad hoc quidam dicunt.

Respondetur quidam dicunt quod vniuersaliter sunt eiusdem speciei, quia homines qui generantur ex terra sine homine generante & homines alij sunt eiusdem speciei, cuius opinionis fuit Auic. ut. di. Auer. super. 8. phisicorum, & hoc falsum est, quia celum per se non potest sine agente particulari animalia perfecta producere agens enim particulare cooperatur ad agens vniuersale non solum ad hoc quod citius producatur generatum sed aliquando etiam quod producat. quia aliqua potest agens vniuersale cum agente particulari que non posset agens vniuersale per se solum. Ideo dixerunt alij directe uiam oppositam scilicet quod generatum a simili & generatum non a simili nunquam sunt eiusdem speciei ut mus generatus ex terra, & mus generatus ex coitu, & uerum est quod Auerro. dicit hunc murem & illum non esse eiusdem speciei, sed propter hoc vniuersaliter dicere quod tantum productum ab eodem specie sit idem specie non est conueniens, non enim vniuersaliter conueniens est dicere quod ignis generatus ab alio igne & generatus a motu non sit eiusdem speciei. immo omnis ignis omni igni est idem specie sicut omnis aqua omni aquae propter quod videtur esse tenendum viam mediam. vnde aduertendum quod sicut homo generans hominem ex hoc quod perfectum est in specie hominis, quia generans habet actu formam generati & in materia producit sibi similem formam propter quod tunc dicitur perfectum cum potest in generationem sibi similis. Sic similiter in prima causa ut dicit Auerro. super. 12. metha. congregantur omnes perfectiones quorūcūque generum ita quod est forma omnis forme sic, quod potest quicquid potest quecunque forma ideo per se & sine agente particulari potest in productionem cuiuscunque similis alteri in specie ita quod productum ab ipso per se solum & productum ab agente particulari per se sunt eiusdem speciei penitus. Sed tamen quia non videmus istum modum ad sensum in natura, ideo dicendum est aliter. Sciendum igitur quod vniuersum sic est ordinatum quod semper suprema inferiorum attingit infima superiorum vel supremorum, & ideo secundum Isaac noster intellectus dicitur esse umbra intelligentie & sensus est umbra rationis, vnde dicendum quod corpus celeste per se non potest in animalia perfecta sed potest in imperfecta. Et non est, quia animal imperfectum est sicut non animal vel insensibile perfectum: & quia celum potest in productionem in sensibilis & non animalis perfecti scilicet ignis qui est sicut animal imperfectum. ideo potest in productionem animalis imperfecti & hoc est ultimum posse celi per se sine agente particulari. & ideo licet animal quantuncunque vile sit nobilius igne non tamen est perfecte animal sicut ignis est perfectus ignis. & ideo generatus per motum celi est eiusdem specie cum igne generato ab igne et ita perfectus est in specie ignis vnus sicut alter quod patet: quia vterque potest sibi similem eiusdem speciei producere, non sic est animal per motum celi generatum solum, quia est animal imperfectum. & ideo non est eiusdem speciei cum animali quod potest generare, & ideo mus generatus ex terra per motum celi siue corporis celestis non est eiusdem speciei cum mure generato per coitum propter quod huiusmodi animalia non a simili generata nunquam generant, & ideo cum omnis mula sit sterilis mulus non est eiusdem speciei cum asino, quia asinus generat: & est ratio, quia quando passum non potest propter repugnantiam materie omnino assimilari agenti assimilatur quoquomodo etiam quantum potest, sicut est videre quod corpus celeste agens in hoc cum inferiora non possunt assimilari omnino corpori celesti, participant saltem formam quam per se potest corpus illud efficere per motum scilicet calorem. Similiter causa prima agens in inferiora, cum inferiora non possint assimilari ei participant sicut possunt esse tale. Sic ergo quedam generata non a simili in specie, sunt eadem in specie cum generatis a simili in specie & quod non &c.

Com. 46.

Genita ex patri materia non sunt eiusdem speciei cum alijs.

Can. Auc.

Perfectio naturalis hominis.

Com. 18.

Summa inferiorum attingunt infima superiorum.

Ad primum dicitur quod quedam animalia eadem sunt ex femine & sine femine, eadem genere propinqua non speciei specialissima. Ad secundum patet per dicta quia non est simile de igne & animali nam ignis ex non igne genitus est perfectus ignis ideo est eiusdem speciei non autem animal ex non femine est perfectum animal ipse. Ad tertium dicitur cum Auerro. 8. phisic. quod corpora sunt diuersa specie animalium ex femine & non ex femine producta.

Questio. III.

DE I N D E vltimo queritur Vtrum omnis productio fit ab uniuoco, videtur quod non, quia cum animalia que sunt per putrefactionem cum sint alterius speciei non fiunt ab uniuoco. p. anima fit ex virtute actiua seminis que tamen non est ipsi anime uniuoca ergo. p. masculus fit ex femina que tamen non sunt unius nominis uniuoce ergo. Respondetur de hac propositione Aristoteli. quod omne quod fit fit a conueniente in specie Themistius reprehendit Aristoteli. dicens eum esse diminutum in propositione hac quia animalia generata per putrefactionem non fiunt a simili in specie dicit tamen Alexander ut recitat Auerro. in commento super. 12. metha. quod ista propositio verificatur tribus conditionibus appositis scilicet quod illud non sit a casu & hoc dicit propter animalia predicta que ponit fieri a casu. Item quod non fiat illud ab agente quod quidem agens sit instrumentum. vnde non oportet quod si corrigia faciat dolorem in umbilico quod corrigia sit dolor, sed bene esset forma doloris in agente principali nisi forsan ageret casu, & non ex intentione. Item quod non fiat illud ab agente mediato, sed immediato, quod dixit propter primum quod est agens mediatum. ideo cum his que fiunt non conuenit in specie. & primo quidem illud ultimum verum non est, quia omnia que sunt hic inferius sunt quedam similitu-

Intellectus dicitur umbra intelligentie.

celum non potest animalia perfecta producere

celi ultimi potest

Genita ex non femine non generant.

F

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium G

Argu. 1.

Argu. 2.

Argu. 3.

com. 18.

Productio uniuoca tria requirit.

H

A similitudo primi agentis, & quia Aristo. habet propositionem scilicet omne quod fit fit a sibi simile convenienti in specie, concessit simpliciter, ideo non oportet sic verificare illa quibusdam appositis, causa autem quare Alexan. his conditionibus appositis ipsam verificaverit est, quia in his omnibus que sunt ad ea a quibus sunt querebat omnimodam similitudinem in specie, hanc autem non oportet querere in omnibus fit enim ex viro semina & mulus ex asino, animalia etiam generata per putrefactionem non sunt a casu quia nulla species in natura est a casu, dicuntur autem fieri a simili, quoniam fiunt a corpore celesti in quo quodammodo sunt omnes forme corporales & corruptibiles & pro tanto quia forma celi terminat totum appetitum materie celi ad alias, formas & ideo illa forma facit illi materie quodammodo quod facerent omnes forme corporales si essent, & ideo fiunt a simili quodammodo. Iterum non vidit Alexan. quod forma artis similis est artificiato, ita scilicet quod inquam in omni instrumento referuatur ratio artis secundum intentionem, quia instrumentum non agit nisi in virtute forme artis que est in agente principali scilicet in artifice &c.

B Ad primū dicitur quod generata ex pueri materia sunt ab uniuoco non omnino sed quodammodo in materia putri ē virtus causata a corpore celesti que similis est virtuti existenti in semine sunt ergo ab uniuoco uirtualiter. Ad secundum dicitur quod anima ut ab agente principali sit ab uniuoco semē est agens instrumentale & nō agit nisi in uirtute animalis aquo dicitur quod est agens principale & genito uniuocum. Ad tertium dicitur quod masculus et femina sunt uniuoca

in humine distinguntur solū propter condiciones diuersas materie ex eodem semine alter & aliter passiuo, generatur masculus & femina cum agens non habet cōpletum dominium supra passum generatur femina vel quando semen est remissum in caliditate et ex parte quantitatis uel etatis uel loci vel materie aliquo modo diuerse.

C Hec consideratur in libro methaphisice. Quod difficultas non uenit ex parte rei sed ex dispositione intellectus nostri. Quod prima veritas est causa omnis veritatis. Quod non est procedere in infinitum in aliquo genere causarum neque secundum rectitudinem neque secundum speciem. Que & quot impedimenta adiscendi ueritatem. Quod ydee non sunt uiles generationi.

Quod ydee non sunt. Quod ydee non sunt alique res naturales. Quod incōueniens est ipsas ydeas ponere substantias separatas. Quod inconueniens est ipsas ponere eternas. Quod non sunt pp res artificiales. Quod ydeas quas plato, eē dixit formas non sunt principia rerum naturalium. Quod non sunt principia rerum mathematicarum. Quod non sunt principia rerum. Quod ydee nō sunt causa efficiendi. Quod non sunt causa cognoscendi.

Explicuntur questiones excellentissimi doctoris Egidij Romani super nonnullos libros Methaphisice Aristotelis: Venetijs apud Cominum de Tridino Montis Ferratis. Anno Domini. M. D. LII.

Registrum. A B C D E F G H oēs sunt terni.

Species multa fit a casu.

Ad prim.

Ad secund.

Ad tertii.

B

F

A REVERENDISSIMI DOMINI AEGIDII ROMANI BITHVRICEN-

SIS ARCHIPRESVLIS DOCTORIS IN EXPVGNABI-
LIS ORDINIS EREMITARVM SANCTI AVGVSTINI
DE MATERIALI CEOLI COMPOSITIO.
NE AVRE QVEASTIONES.



VERITVR Vtrum in celo sit materia vel sit celum corpus simplex vt posuit commentator Et videtur qd in celo non sit materia, quia vbi non est compositio potentie, & actus ibi non est compositio ex materia & forma, celum est huiusmodi ergo &c. probatio assumpti. vult enim philosophus. 9. meth. qd actus magis est qm est in contraria dispositione qua quando est in potentia si ergo celum esset huiusmodi, celum indigeret essentiali transmutatione quod est inconueniens. ¶ Preterea philosophus in. 7. meth. dicit qd materia est id per qd res potest esse & non esse, si ergo in celo esset materia, celum posset esse & non esse qd est inconueniens. ¶ Preterea priuatio per se sequitur materiam: ubicuque ergo est materia ibi est priuatio & per consequens potentia ad corruptionem quod de celo dici non potest. ¶ Preterea quando materia est sub nobiliori forma adhuc esse appetit sub viliori vt quando est sub forma ignis adhuc appetit esse sub forma terre ergo si materia esset in celo quantuncunq; esset sub forma nobili adhuc appeteret esse sub forma ignobili & ita celum esset corruptibile quod est inconueniens. ¶ Preterea si in celo esset materia esset ibi aliquid quod de se non haberet formam et ita esset in potentia ad diuersas formas, & per consequens esset celum corruptibile quod non ponimus. ¶ Preterea quia dicebatur celum esse compositum ex materia & forma quod si hoc non esset, celum esset intelligibile in actu. ¶ Arguebatur contra, quia dato qd celum non esset compositum ex materia & forma vt posuit commentator videmus tamen ad sensum qd quod est compositum ex substantia & quantitate & hoc sufficit ad hoc qd non sit intelligibile in actu sed sensibile. ¶ Preterea dicebat respondens qd materia celi est in potentia ad negationem forme celi non autem ad formam aliam. ¶ Arguebatur contra sic quia nunquam materia perdit vnam formam nisi acquirat aliam, si ergo materia celi posset perdere formam celi posset acquirere formam aliam, & ita celum esset corruptibile quod nullus dicit. ¶ Preterea si in celo esset materia: materia illa esset minus in potentia quam materia generabilium cum celum sit incorruptibile generabilia sint corruptibilia. Sed tota causa quare ex materia & forma fit vnum est quia materia est in potentia ad formam. Si ergo in celo esset materia, quia materia illa esset minus in potentia fieret minus vnum ex materia celi & eius forma quam ex materia generabilium & ex eius forma quod est inconueniens. ¶ Preterea sicut res se habet ad esse ita se habet ad agere que ergo sunt principia essendi sunt principia actionis, quare si celum esset compositum ex materia & forma, quia forma ibi esset principium essendi esset ibi principium actionis, & per consequens esset principium motus moueretur ergo celum a forma sua non ergo indigeret intelligentia mouente quod est falsum. ¶ Preterea sicut se habet motus ad motum ita mobile ad mobile.

sed motus celi est simplicior quam motus elementorum ergo celum est simplicius quam elementa. Sed videmus in corporibus duplicem compositionem vnam ex diuersis corporibus sicut mixta composita ex diuersis elementis. Ex potentia & actu sicut elementa componuntur ex materia & forma, corpus autem celeste quia est simplicius quam forma mixta non erit compositum ex diuersis corporibus, rursus quia est simplicius quam elementa non erit compositum ex materia & forma. ¶ Preterea si materia esset in celo vel esset propter esse vel propter motum ad formam vel propter motum ad situm vel propter quantitatem propter esse non, quia materia facit ad non esse, propter motum ad formam non: quia celum est incorruptibile, pp motum ad vbi no, quia acquirere vbi, no est acquirere esse, sed acquirere vbi est acquirere esse no simpliciter sed situatum talis ergo potentia no est substantialis sed accidentalis, materia autem dicit quid in potentia substantialiter rursus non oportet in celo ponere materiam propter quantitatem, quia multa alia a materia sunt extensa nullo ergo modo in celo est ponenda materia. ¶ Preterea si in celo esset materia celum esset corruptibile probatio assumpti, quia si celum esset incorruptibile, vel hoc esset propter formam vel propter materiam, propter formam non, quia cum forma illa reciperetur in materia, reciperetur ibi per modum materie non per modum forme, rursus hoc non posset esse propter materiam, quia vt inuitur circa finem primi phisicorum materia semper machinatur ad maleficium & ad corruptionem, celum ergo cum sit incorruptibile non est compositum ex materia & forma, sed est quedam substantia simplex vt quoddam corpus simplex.

C In contrarium est: quia celum non est actus tantum nec potentia tantum ergo est compositum ex actu & potentia & per consequens ex materia & forma. ¶ Preterea quecunq; sunt in genere substantie sensibiles participat principia illius generis, sed materia & forma dato quod non sint principia substantie simpliciter sunt tamen principia substantie sensibilis. Celum ergo quod est substantia sensibilis, est compositum ex materia & forma. ¶ Preterea ubicuque sunt accidentia se quentia materia ibi est materia, sed in celo sunt accidentia sensibilia qd consequuntur materia ergo ibi est materia.

RESPONDETVR dicendum, quod hanc questionem inuestigat commentator in de substantia orbis vbi principaliter querit ex quibus sit compositum corpus celeste, est autem eius opinio ibidem & in primo celi & mundi & quasi vbi cunq; illam materiam pertractat quod celum sit quodammodo simplex & quedam substantia simplex cuius motor est intelligentia uel anima eius, ita tamen quod ex intelligentia & celo vel ex anima celi, & celo, non sit vnum secundum esse sed solum secundum operationem & motum, uoluit ergo quod ipsum corpus celi esset quasi materia. Intelligentia vero mouens esset quasi forma & addidit vel quasi materia dicens quid

Argum. 1.
T. co. 21.
Argu. 2.
T. co. 22.
B
Argum. 3.
Argu. 4.
Argu. 5.
Argu. 6.
C
Argu. 7.
Argu. 8.
Argu. 9.
D
Argu. 10.

Argu. 11.
F
Argu. 12.
T. co. 26.
Argu. 1.
G
Argu. 2.
Argu. 3.
Cap. 1.
Com. 20.
Postio
Aucto.
H

Com. 12.
1. met. 12.
5. met. 6.8
met. 11. 9.
met. 15. 1.
phi. 67. &
79. 3. phi.
99. 1. uel
20. 94. 95
Primo.
Secundo.
Tertio.

Cap. 1.

Via prima.

1. cap. de
substantia
orbis.
Rerū trās
mutatio
dup.

De substā
tia orbis
cap. 1.
Essentia
materie
suum
posse

Transmuta
tio subie
ctum dup.

D
Deceptio
Auerrois.

A potentie in potentia, ideo celum non meretur dici materia, nec proprie in celo est materia: sed celum meretur dici corpus vel subiectum bene plane dicit in viii. meth. q̄ illa generabilia sunt composita ex materia & forma celum autē ex corpore & forma. voluit autem, q̄ motor celi esset aliquo modo forma celi & q̄ faceret aliqualem cōpositionem cum celo ipsum autem celum posuit esse corpus simplex non compositū ex materia & forma, nec ex pluribus subiectis. Et licet hanc positionem teneat in pluribus locis. specialiter tamen in de substantia orbis pertractat positionē istam. Et quia hanc questionem specialiter mouimus propter ipsum commentatorem, qui in hac parte est contrarius veritati: ideo in questione ista hoc ordine procedemus; quia primo adducemus rationes, quas facit ipse commentator pro se. secundo probabimus quod positio commentatoris ista non potest. tertio soluemus rationes eius.

C Sciendum ergo quod commentator in de substantia orbis quatuor uis venatur, quod in celo non sit materia. vult enim quod celum non sit compositū ex materia & forma: sed vel sit ipsa forma corporalis vel quod idem est sit quoddam corpus simplex. Prima eius via ad hoc ostendendum sumitur ex parte materie. Secunda ex parte forme. Tertia ex parte motus. Quarta ex parte durationis. Prima via est talis vult enim ipse quod principium perscrutationis ad inuestigandum ex quibus rebus componitur corpus celeste: & vtrum ibi sit materia debet sumi ex diuersitate transmutationis, videmus autem, vt ait ipse duplices esse transmutationes in rebus vnam in dispositionibus extrinsecis que dicuntur qualitates quantitates vel alia predicamenta secundum quas dispositiones ipsa transmutabilia: nec mutant nomen nec diffinitionem. Alia transmutatio est in substantia, que dicitur generatio & corruptio, secundū quam transmutationem res transmutabiles mutant nomen & diffinitionem in prima transmutatione subiectum est ens in actu: nam quod subicitur transmutationi accidētum q̄ mutatur de vbi ad vbi, vel de vno in accidente in aliud oportet, quod sit ens in actu: sed quod subicitur in generatione & corruptione, que sunt transmutationes in substantia est ens in potentia tantum, quod. n. expoliatur vna forma substantiali & induitur alia oportet, quod sit potentia ante actum: quia si esset aliquid in actu, ut dicit ibi commentat. nullam formam substantialem reciperet, ideo ait natura huius subiecti id est natura materie substantiat, per posse, ita quod propria differentia substantialis eius est esse in potentia. si ergo nostra cognitio debet habere ortum ex sensibilibus secundum ea que oriuntur ex sensu debemus iudicare de rebus, ibi ergo debemus ponere duplex subiectum. vnum quod sit potentia tantum & hoc proprie non meretur dici subiectum, sed materia, que est potentia, que est impotentia ad formam substantialem, & hoc est quod subicitur transmutationi, que est in substantia. Aliud vero subiectum respectu transmutationis accidentalis, & hoc est ens in actu et est ipsum corpus, quicquid ergo transmutatur ad dispositiones accidentales illud est corpus quicquid autem ad dispositiones substantiales illud est materia vel habens materiam, & quia videbatur commentatori quod ille considerationes essent per se: ideo credidit hec omnia esse conuertibilia tam affirmatiue quam negatiue sequeretur enim secundū ipsum, quod si alicubi est materia quod sit ibi transmutatio in substantia & e conuerso si est ibi talis transmutatio quod est ibi materia & si bene consideratur ratio eius valet hic processus negatiue, vt si alicubi non est transmutatio

in substantia nō est ibi materia & e conuerso, & quod dictum est de materia, que subicitur transmutationi in substantia verū est de corpore, quod subicitur transmutationi secundum dispositiones accidentales, ita q̄ nullo modo sit ibi transmutatio secundum dispositiones substantiales, ibi ita reperietur ratio corporis, quod nullo modo est ibi materia, nec habens materiam, ibi enim nullo modo oportebit ponere materiam, que est quid in potentia tantum, & que subicitur transmutationi substantiali, sed sufficit ibi ponere corpus, quod est quid in actu, & quod subicitur transmutationi accidentali, & quia hoc videmus in celo: quia celum nullo modo transmutatur secundum substantiam sed solum secundum dispositiones accidentales, vt patet ibi igitur in supercelestibus sic reperitur ratio corporis, quod nullo modo est ibi materia, nec habens materiam, celū igitur est corpus sine materia, vel est corpus simplex vel, quod idem est forma non in materia vna ergo via secundum comment. ad inuestigandū quod in celo non sit materia sumitur ex parte ipsius materie, que est potentia tantum, & que subicitur transmutationi substantiali. nam secundum ipsum, nihil tale est in celo. ibi enim nec est transmutatio in substantia, nec est quid, quod sit in potentia tantum, & per consequens, nec est ibi materia. Secunda via eius sumit ex parte ipsius forme. vult enim quod sole forme contrarie habeant subiectum commune, quod patet ex ipsis agentibus. agentia enim expoliāt materiam ab vna forma & introducunt oppositam formam. passa ergo vt dicit commen. in de substantia orbis sunt quodāmodo ipsi agenti contraria, & quodāmodo similia. Nā in principio sunt contraria in fine similia. passum enim in principio habet formam contrariā agentis: sed in fine cum iam denudatū est ab illa forma est simile agenti forme, ergo contrarie habent subiectum cōmune, & sunt generabiles & corruptibiles: ideo cōcludit commen. in de substantia orbis, quod si aliqua corpora sint simplicia quorum forme carerent contrario oportebit, quod ille forme sint nec generabiles nec corruptibiles nec habentes subiectū cōmune, & quia talis est forma celi, quia est forma carens contrarij: ideo forma celi non habet subiectū cōmune cum istis inferioribus. Et quia subiectū, quod est cōmune formis substantialibus est ipsa materia ideo celū est forma carens materia ergo secundū cōmen. si celum non habet materiā cōmunem cū istis inferioribus sequitur quod nullā habeat materiā. voluit enim cōmen. quod in materia non esset distinctio, nisi acciperetur materia equiuoce pro ente in actu, secundū quē modū ipsum corpus celi vocatur materia, quia subicitur motui, vel est materia anime eius mouentis ipsum, sed accipiēdo materiā non pro ipso corpore, nec pro ente in actu sed pro ente, quod est in potentia tantū voluit cōmen. si bene considerantur dicta ipsius, quod illa esset cōmunis omnibus habentibus materiā est ergo intentio cōmen. quod si celū haberet materiā, quod haberet eā cōmunem cū istis inferioribus, & si haberet materiā sic cōmunem haberet formā habentē contrariū, cū ergo celū non habeat formā habentē contrariū nō hēt materiā cōmunē, & si non habeat materiā cōmunē, non habet materiā ergo secundū eū celū est corpus simplex vel est sine materia & forma ex parte igitur ipsius forme celi quia est forma carens contrarijs arguit cōmē. quod celū sit corpus simplex carens materia. Tertia via ad hoc idē sumitur ex parte motus celi, vult. n. quod motus debeat responderē mobili, & quia motus celi est motus simplex & ipsa corpora celestia sunt corpora simplicia neque gra-
uia,

B
F
Cap. 1.
Via secunda.
Cap. 1.
cōditiones agentium.
cap. 1.
G
cap. 1.
Cap. 1.
Auer. in celo ponit in subiectum.
H
Via. 3. Cap. 1.

A uia neque leuia, & quia corpus habens materiam est corpus compositum eo ipso quod celū est corpus simplex sequitur quod ibi non sit materia. Quomodo autem motus celi sit motus simplex ex tribus apparet videlicet ex equalitate ipsius, & ipsius duratione, & ex eius subiecto, nam simplex secundum quod huiusmodi est vniiforme, & compositum secundum quod huiusmodi est habens diuersitatem, & per consequens diffinitatem motus ergo celi propter sui equalitatem quia semper motus ille in equalibus temporibus abscondit equales angulos, & quia non est motus ille velocior vno tempore quā alio sequitur quod sit vniiformior omnibus alijs motibus motus enim alij qui sunt hic inferius non sunt omnino equales, quia vel sunt naturales vel violenti, si sunt naturales sunt velocior in fine quam in principio, velocius enim mouetur lapis circa finem sui motus cum appropinquit centro quam circa principium cum distat centro motus autem violenti e contrario velociores sunt in principio cum superabundat violentia impulsione quam circa finem cum iam deficit violentia illa, motus igitur alij propter sui inequalitatem sunt in se ipsis difformes, motus autem celi propter sui equalitatem est in seipso vniiformis, & per consequens simplex ex equalitate ergo illius motus arguitur eius vniiformitas, & simplicitas, rursus hoc idem arguitur ex duratione eius, nam quedam difformitas est nunc incipere nunc desinere, & quedam vniiformitas est semper eodem modo se habere & semper perpetuari, & quia alij motus nunc incipiunt nunc desinunt ideo in eorum duratione habent difformitatem, motus autem celi quia semper eodem modo perpetuatur, & nunquam interruptus est ex quo incipit in ipsa duratione eius habet quandam vniiformitatem & quia vniiforme secundum quod huiusmodi potest dici simplex ipse motus celi simplex dici potest.

B Amplius hoc idem apparet ex subiecto, nam hoc quod subicitur motui celi est corpus circulare, & ipse motus proprius celo est motus circularis, motus autem proprius elementis, & elementaris est rectus vel non est circularis, linea autem circularis est simplex, & vniiformior omni linea, nam si sit linea tortuosa, & sit nature circularis in seipsa difformitatem habet, si vero sit linea recta difformitas est ibi, quia non quilibet pars est medium non quilibet principium non quilibet finis non quilibet punctus in linea recta est in principio non quilibet in medio non quilibet in fine sed in circulo, vbique est principium vbique medium vbique finis vbique ergo vniiformitas, est ergo motus circularis magis vniiformis quam alij motus, & per consequens magis simplex.

C Arguamus ergo sic, motus celi est motus simplex ergo debetur corpori simplici ergo corpus celi est corpus simplex sed si illa sit intentio commenta, est arguere secundum logicam ex quibusdam communibus ex talibus enim rationibus non aggeneratur scientia, possumus autem profundius incedere, & ex simplicitate motus possumus subtilius, & magis ex proprijs arguere simplicitatem celi. Aduertendum ergo quod commenta, dicit motum celi, esse motum simplicem, quia non est sicut motus grauium, & leuium ideo ex differentia motus celi ad motum grauium, & leuium si volumus procedere ex proprijs inuestiganda est simplicitas motus celi, & ex simplicitate motus inuestiganda est simplicitas corporis videmus quod graua, & leuia mouentur a generante, & a seipsis sed a generante proprie a seipsis per accidens, generans enim quod dedit grauitatem corpori graui dedit ei quod moueretur deorsum eo quod a forma gra

ui sequitur talis motus illud enim agens quod inducit per se formam substantialem in materia dicitur per se inducere omnia accidentia, que sequuntur ad illam formam, & quia motus deorsum est accidens consequens formam grauis illud agens quod per se dedit talem formam dicitur per se dedisse talem motum, graue igitur mouetur a generante per se sed a seipso mouetur per accidens nam si ponatur graue sursum medium quod est inter locum deorsum, & ipsum graue prohibet graue deorsum esse sed graue sursum positum scindit medium scindendo medium remouet prohibens remouendo prohibens facit seipsum deorsum, ergo graue mouet seipsum deorsum remouendo prohibens, & scindendo medium sed causa remouens prohibens est causa per accidens, & ideo graue mouet seipsum per accidens verum est ergo quod graue mouet seipsum nam propositiones dato quod sint per accidens non propter hoc sunt false immo vere qualitercunque accipiantur per accidens, nam per accidens est quod homo sit albus vel niger vel medio colore coloratus.

Et cum hoc verum est, & contrarium falsum, quilibet enim homo est albus vel niger vel medio colore coloratus, & per accidens est quod vadens ad forum inueniat debitorem, & tamen contingit quod vere inueniat ipsum verum ergo est quod graue mouet seipsum quantumcunque sit hoc per accidens.

Motus ergo grauis vt comparatur ad ipsum graue non est simplex, quia ibi graue non se habet vno modo quia non se habet vt mouens tantum, nec vt motum tantum, sed ut mouens, & motum.

Sed motus celi vt comparatur ad celum est simplex, quia celum se habet vno modo, corpus enim celeste se habet ut motum tantum non ut mouens seipsum, si enim corpus celi moueret seipsum sicut mouet seipsum graue idem esset iudicium de motu celi quod de motu grauis facti in vacuo, hoc autem posito moueret se celum in instanti sicut motus grauis in vacuo esset in instanti vt probatum est, in quarto philisocorum.

C Quando enim aliquid mouet seipsum ad aliquem terminum oportet quod quantum est de se semper sit in illo tamen vt graue mouet se deorsum quantum est de se semper est deorsum, quod autem non sit deorsum hoc est propter medium prohibens, & quia si esset vacuum tunc nihil esset prohibens statim graue faceret se deorsum.

Et quia in motu celi nihil est prohibens si celum moueret seipsum sicut graue motus celi fieret in instanti, & quia hoc est falsum, & impossibile ideo impossibile est quod celum moueat seipsum celū ergo in suo motu se habet ut motum tantum non ut mouens, motus ergo celi comparatus ad ipsum est simplex, & motus grauis comparatur ad ipsum est quodam modo compositus.

Ex hac autem simplicitate probabimus sequendo positionem commenta, quod celum sit corpus simplex carens materia, & graue sit corpus compositum habens materiam, nam si graue mouet seipsum, tria est ibi considerare, primum est quod ipsum graue subicitur motui, secundum est quod ipsum graue in tali motu se habet ut mouens.

Tertium est quod se habet vt motum ut autem graue subicitur motui sic est corpus quia quicquid mouetur est corpus sed ut subicitur motui non est vno modo sed vt duobus modis quia in tali motu ipsum graue est agens & patiens quia est mouens & motū oportet quod sit corpus compositum, quia nihil idem agit & patitur, corpus ergo graue si mouet

Motum ce li simplicem esse tripliciter.

1. Ratio.

Violentus motus cur su principio velocior e contra naturalis.

2. Ratio.

Solus primus motus unifor mis.

3. Ratio.

Argumenta logica.

ex cōsibus non sit scientia.

Graue genera mouetur per se.

grauē quō mouetur a seipso per accidens.

Motus ce li quō est simplex.

T.co. 74.

Ching.

motus grauium quō compositus.

cap. 1.

H In graui motu tria considerantur.

A seipsum oportet quod per aliud sit mouens, & per aliud motum, quia est mouens per formam, & motum per materiam ergo graue est corpus compositum ex materia, & forma quod comprehenditur ex motu eius. Sed in celo est duo considerare, primum est quod subicitur motui, secundum est quod in tali motu se habet vt motum tantum, quia ergo subicitur motui est corpus sed prout in tali motu se habet vno modo, quia se habet vt motum tantum, arguitur quod sit corpus vnum simplex non compositum ex diuersis ergo ex simplicitate motus celi arguitur simplicitas corporis eius.

C Si diceret ex eo quod graue in motu suo se habebat vt mouens arguebatur eius forma ex eo quod se habebat vt motum arguebatur eius materia, & ideo ex motu grauis arguebatur autem graue esse forma in materia, quia in motu eius se habebat ut mouens, & motum, ergo si celum in motu suo se habet vt motum tantum, non erit forma in materia sed erit materia tantum.

C Ad quod respondet commentator quod materia que arguitur esse in graui est materia subiecta forme, & ideo est materia proprie & est ens in potentia tantum sed materia que arguitur in celo est materia subiecta motui, & ideo est materia equiuoce, & est corpus & ens in actu quia nil mouetur nisi corpus, celum ergo est corpus simplex non compositum ex materia, & forma sed est ipsa forma non in materia vel si uolumus ipsum appellare materiam non erit materia subiecta forme sed materia subiecta motui vel sequendo positionem commentatoris si uolumus concedere quod celum sit materia subiecta forme sicut accipitur ibi materia equiuoce pro materia subiecta motui sic oportet quod accipiat forma equiuoce pro ipso mouente & hoc modo commentator assignat materiam & formam in celo vt ipsum celum se habeat vt materia & ipsa anima celi vel ipsa intelligentia vt mouens se habeat vt forma patet ergo quomodo ex simplicitate potest argui simplicitas eius.

C Quarta uia ipsius commentatoris ad hoc idem sumitur ex parte durationis siue ex parte perpetuitatis qua videmus tam in celo quam in motu eius, dicit enim commenta. concessum esse quod omnis virtus in materia est finita, & subdit quod nulla differentia est in hoc quod sit actiua aut passiuua scilicet receptiua. Ex quibus concludit scilicet quod si corpus celi recipit mouere infinitum ut declaratum est in phisicis, necesse est quod non sit compositum ex materia, & forma sed sit simplex subiectum, dicit enim quod omne compositum ex materia, & forma est finite receptionis, sicut est finite motionis id est sicut est finite actionis sicut ergo motor celi est forma non in materia sic id quod mouetur ab eo secundum commentatorem est corpus simplex non compositum, & est sine materia, nisi accipitur materia equiuoce.

C Post qua addidimus omnes rationes quas fecit commentator pro se, ad ostendendum quod in celo non sit materia uolumus adducere rationes ad probandum quod positio commentatoris stare non potest probauimus enim triplici uia quod necesse est, in celo dare materiam.

C Prima uia sumitur ex quantitate celi, & hec uia inititur uerbis ipsius commentatoris in de substantia orbis.

C Secunda uia sumitur ex spissitudine, & diaphanitate celi, et hec uia inititur uerbis philosophi in secundo de generatione.

C Tertia uia sumitur ex indiuiduatione vel ex sensibilitate ipsius celi, & hec inititur tam uerbis philosophi

quam etiam ipsius commenta. in primo celi, et mundi. Prima uia sic patet dicit commenta. in de substantia orbis reprobans Auicenn. dicentem quod necesse est primam formam existere in prima materia antequam dimensiones existant in ea quod ex hoc accidunt multae impossibilia quorum vnum est formam non diuidi diuisione materie quapropter non reciperet diuisionem vult ergo plane commenta. ibi quod forma in format, & perficit talem materiam qualem inuenit, & quia inuenit materiam quantam perficit eam quam, licet ergo proprium subiectum generationis, sit per se ma, & accidat forme quod inueniat materia quantam attamen quia materia nunquam expoliatur a quantitate semper preintelligitur quantitas in materia ante aduentum forme attamen quia omnia determinatur per formam ipsa quantitas intelligitur indeterminata ante aduentum forme quod quomodo sit intelligendum alibi diffusius diximus ad presens autem scire sufficit quod nunquam recipitur forma nisi in materia quanta & quod quantitas precedit formam substantialem aliquo modo in materia non quod precedat eam quantitas vt determinata sed vt indeterminatam vnde plane dicit ibi commentator quod dimensiones indeterminate precedunt formam substantialem in materia ipse itaque dimensiones vel ipsa quantitas aliquomodo vt se habet subesse indeterminato secundum opinionem commenta. precedit formam substantialem in materia, & est plane positio commenta. quod si materia prius reciperet formam quam quantitatem, quod nunquam forma diuideretur diuisione materie & quod remaneret forma indiuisibilis. Ex uerbis commentatoris arguamus contra ipsum sic quod omnis substantia vel est materia vel forma vel compositum vt vult philosophus secundo de anima, & ut in multis alijs locis hec distinctio tam a philosopho quam a commentatore ponitur celum ergo uel est substantia composita vel substantia simplex si sit substantia composita ex pluribus substantijs erit compositum ex materia, & forma sed dicit commentator quod est substantia simplex aut ergo dicit aliquid in actu aut dicit quid in potentia tantum non potest dici quod dicat quid in potentia tantum cum sit subiectum motus vel si diceret quid in potentia tantum haberemus intentum quod esset idem quod materia, & quod in celo esset materia sed vt commentator ait celum dicit aliquid in actu ergo secundum commentatorem celum est substantia simplex, & est substantia de se habens aliquam actualitatem ex eo quod substantia simplex non est substantia composita ex eo quod de se habet aliquam actualitatem, non est substantia que est materia.

Et ideo dicebamus supra quod idem est dicere quod celum sit corpus simplex, & quod sit forma sine materia.

P His ergo declaratis arguamus, constat quod celum habet quantitatem quia hoc negare esset homines, allucinantes facere, & negare sensum, & substantia celi sequendo positionem commenta. non est substantia composita nec est substantia que est materia sed est substantia que est forma, vel ergo quantitas celi reciperetur in substantia celi ita quod substantia celi erit fundamentum quantitatis eius vel ipsa quantitas celi erit fundamentum substantie non potest dici quod quantitas sit fundamentum substantie, quia ex hoc dicta est substantia quia omnibus alijs substat, & omnia alia in ipsa fundantur oportet ergo quod substantia celi sit fundamentum quantitatis eius sed secundum opinionem commenta. si materia prius reciperet formam quam quantitate nunquam diuideretur forma illa

Idem uo. uel seipsum no in quantum idem.

Obligatio. contra se

B cap. 1. fol. 11. 3. met. 12.

Materia & forma quod in celo. s. e. quiuoce.

cap. 1.

Via. 4.

cap. 1.

3. phisic. tex. 79. ad finem.

Omne co. positum e. finite act. nis.

. 2. princ. pale.

Rationes contr. A uerr.

T. co. 92. 93. 94.

E cap. 1.

Via. 1.

quantitas ante formam est in terminata

cap. 1. co. Auer. per princ. pia Auer.

F

T. co. 28

Etiam. 7. metha. 7. & 44.

G

celum est substantia non materia uel forma compositum.

H

cap. 1.

A
Forma sine
quantitate
quælibet, in
diuisibili.

illa diuisione quantitatis si ergo forma in materia recepta dum tamen prius recipiatur in materia quã quantitas nunquam potest diuidi diuisione quantitatis multo magis forma in materialis, & non recepta in materia diuisione quantitatis non poterit diuidi ipsa ergo forma secundum se existens & non recepta in materia non potest esse susceptiua quantitatis quia tunc forma sine materia esset quanta, & diuideretur quod plane patet esse falsum ex verbis commen. quod si vellemus ad hoc adducere verba Arist. adducemus verba eius in. 7. metha. vbi ait quod forma non diuiditur nisi per materiam si ergo substantia celi est substantia quanta, & substantia diuisibilis ut apparet ad sensum oportet quod non sit forma tantum sed sit forma in materia ex ipsa ergo quantitate celi tã ex verbis commenta. quam ex verbis philosophi concluditur quod celum sit forma in materia. ¶ Secunda via ad hoc idem sumitur ex spissitudine, & diaphanitate celi vult enim philosophus q̄ stella sit spissior pars sui orbis ergo celum suis partibus habet compositionem quia vna pars est spissior alia omnis aut talis compositio secundum philosophum in. secundo de generatione presupponit aliquid vnum, & idem. i. presupponit materiam esse in vtriusque vnde philosophus in. secundo de generatione ait contra empedoc. q̄ si elementa sunt comparabilia secundum quantitatem vt quod aqua sit spissior aere vt q̄ ex vno pugillo aque fiant decem aeris oportet q̄ aliquid vnum & idem ut materia sit in ambobus per quam mensuratur ambo vt ideo dicatur vnum spissius alio quia plus de materia est in vno quam in alio elementa enim spissiora plus habent de materia quam rariora si ergo in celo est talis compositio quia vna pars est spissior alia eo q̄ stella sit spissior pars sui orbis oportet q̄ in partibus celi sit materia secundum quam possint talem compositionem recipere. Queremus ergo ab illis qui dicunt celum esse formam sine materia vnde est q̄ vna pars est spissior alia constat enim quod in corporibus que plus habent de forma plus habent de loco & si virtute diuina stella rarefieret vel loquimur magis proprie stella fieret diaphana & fieret inde orbis forte ex vno pugillo stelle fierent. x. vel centum pugilli orbis forma ergo non poteremus saluare spissum, et diaphanum in celo sed solum ex materia. ¶ Sed diceret vnde est quod influentia est magis a luminoso cum stelle celi, & partes lumine eius plus habeant de materia quam partes diaphane videtur ergo ex hoc quod influentia, & actio sit magis quam a forma. Dicendum ergo q̄ etiam in istis inferioribus plus coherit ferrum ignitum quod est materia densa quam stippa ignita que est materia rara totum autem celum influunt nam tam partes lumine quam diaphane suam influentiam habent. Sed si informis debilibus & habentibus contrarium est, maior actio & fortior impressio a materia spissiori quocumq̄ hoc contingat siue sit per accidens multo magis a stellis luminosis, & a spissioribus partibus celi deriuabitur influentia maior, vtrum hoc autem sit per se vel per accidens vel sit per accidens vno modo sed per se alio presens speculatio non admittit. ¶ Tertia via ad hoc idem sumitur ex indiuiduatione celi vel ex sensibilitate eius, dixerunt enim aliqui & magis improbant opinionem commen. q̄ si celum esset forma simplex, & non esset forma in materia q̄ celum esset quid intelligibile non quid sensibile. Sed ad hoc respondet commen. quod licet celum non sit compositum ex diuersis substantijs ut ex materia, & forma est tamen compositum ex substantia, & quantitate ratione cuius est quid sensibile. Et ideo aliud est dicere quod si celum esset forma in materia, & sim-

plex quod non esset susceptibile quantitatis nec sensibile qualitatis, & aliud est simpliciter asserere q̄ si celum esset forma non in materia quod esset quid intelligibile non sensibile si enim posset esse forma substantialis cum quantitate, & cum qualitatibus sensibilibus sine materia sicut posuit commen. de celo illud esset quid sensibile. Sed dicemus contra commen. quod forma sine materia non est susceptiua qualitatum sensibilibus vt plane vult philosophus in primo celi, & mundi vbi ait q̄ cum celum sit, quid sensibile est pars partium mundi, & omne sensibile vt ipse dicit est sensibile per materiam vnde. & comment. ibidem ab ipsa veritate coactus ait quod omne sensibile est sensibile per materiam & idem ibidem dicit quod omne sensibile est compositum ex materia, & forma nec ualet quod commen. diceret celum est compositum ex materia quia intelligentia est ibi tanquam forma, & celum tanquam materia, nam a mota intelligentia adhuc celum esset quid sensibile, & adhuc celum sentiretur a nobis, & videretur a nobis. Si ergo omne sensibile est compositum ex materia, & forma & a mota intelligentia adhuc celum remaneret sensibile ergo preter intelligentiam adhuc in ipso corpore celi oportet ponere compositionem ex materia, & forma sed sic istam rationem componendo non imus ad profundum intentum philosophi nam philosophus non tantum arguit compositionem in celo ex materia, & forma ex sensibilitate celi quantum ex indiuiduatione & particularitate eius, vult enim ipse ibidem quod cum dico celum dico formam sed cum dico hoc celum dico materiam intellectus enim vniuersalis rei est per formam sed signatio, & particularis est per materiam, dicemus ergo quod quedam forme indiuiduantur ex eo quod recipiuntur in materia, & ille sunt forme sensibiles tales autem forme eo ipso quod recipiuntur in materia sunt apte nate multiplicari per diuisionem materie celum autem non est celum particulatum, & sensibile omne autem tale est forma in materia vnde plane vult philosophus ex particularitate, & indiuiduatione celi quod celum sit forma in materia, & q̄ celum sit multiplicabile ratione forme imultiplicabile autem ratione materie quia constat ex tota materia sua ergo si consideretur quantitas celi, & si consideretur spissitudo, et diaphanitas eius, & hoc si consideret in ipsius indiuiduatione patet q̄ celum est forma in materia. ¶ His omnibus prelibatis restat soluere rationes commentatoris, que de leui soluuntur nam multa incitant nos ad inueniendum aliquid quo inuenito non astringimur solum ad illa que incitauerunt nos ad inueniendum illud sed etiam ad alia nam transmutatio ad locum incitamentum dedit ad querendum locum. Querimus tamen locum non solum rebus que mouentur sed etiam rebus stantibus vt si celum semper mouetur, & terra secundum se totam stat semper male argueret qui vellet quod celum esset in loco, & non terra eo quod celum mouetur, & terra stat, immo sequendo opinionem commen. magis est in loco terra que est in loco per se quam celum quod secundum eum non est in loco fuit ergo motus secundum locum incitamentum ad querendum naturam loci, & forte si non fuisset motus secundum locum ignorata fuisset a nobis natura loci.

Sed postquam iam cognouimus naturam loci non solum ex motu ad locum sed etiam ex continentia loci dicemus aliqua esse in loco vt si nunquam terra mouetur de loco ad locum, nisi quia continetur a loco terre debet esse in loco sic, et in proposito transmutatio vrget et impellit nos ad inuestigandum naturam materie

B

A tex. 92 ad. 95.

com. 95.

omne sensibile per materiam

F

T. co. 92.

Intellectus rei uniuersalis est per formam.

G
celum in pluribus sensibile per materiam.

p. principale.

Inuentum propter unum inuenit ad plura.

4. phi. 43.

H

A ita quod si non fuisset talis transmutatio forte natura materie esset nobis ignota, sed postquam cognita natura materie cognouimus proprietates eius intelleximus quod accidentia sensibilia de necessitate consequebantur materiam. Et quia nouimus quod forme in materiales accidentium sensibilibus subiectum esse non possunt, ideo non solum ex transmutatione ad formam, sed etiam ex quantitate & accidentibus sensibilibus ponimus in rebus esse materiam. Prima ergo ratio comen. arguit ex insufficiency quia licet in celo non ponamus materiam propter transmutationem ad formam tamen quia ibi est quantitas & accidentia sensibilia, cogimur ibi materiam ponere quia talia sine materia esse non possunt, nec in hoc negamus sensum immo negant sensum negantes materiam in rebus sensibilibus, rursus in nostro processu non recedimus a sensibilibus immo ex sensu oritur illa cognitio ut ex accidentibus sensibilibus queramus materiam in omnibus quibus sunt accidentia illa & sic est soluta ratio prima. Secunda autem ratio eius de leui soluitur nam forme contrarie habent materiam communem ut est coniuncta priuationi & ut est subiectum generationis, & corruptionis cum ergo forma celi sit carens contrarietate, unde arguitur quod celum non habet materiam coniunctam priuationi, vnde arguitur quod celum non habet materiam vt subiectum, generationis & corruptionis, sed quod nullo modo habeat materiam ratio hoc non probat, in rebus igitur sensibilibus diuersitas est ex parte forme sed vnitas ex parte materie omnia enim sensibilia habent materiam communem non communem per vnitatem forme sed per in differentiam, quia si materia vnus corporis esset absoluta ab omni forma & materia cuiuscumque alterius esset sic absoluta non haberent per quid different hec materia & illa, vnitas ergo est ex parte materie sed diuersitas ex parte forme, quia in aliquibus sensibilibus materia subicitur forme non contrarie vt in supercelestibus in aliquibus autem subicitur materia formis contrarijs ut in istis inferioribus, & quia semper priuatio est annexa forme contrarie, in istis inferioribus in quibus est contrarietas, est materia annexa priuationi vel est in eius materia appetitus ad aliquam formam, in supercelestibus vero vbi est carentia contrarietatis, est materia sine priuatione vel est in materia sine appetitu ad aliquam formam. Tertia ratio de leui soluitur nam ex natura motus inuestigabimus in grauibus & leuibus materiam duobus modis in supercelestibus vero vno modo, grauia enim & leuia quia mouentur ab alio per se & quia mouentur a seipsis per accidens oportet ea esse composita ex materia & forma, quicquid enim mouetur ab alio per se non est ex materia tantum nec ex forma tantum sed est compositum ex vtriusque materia enim sine forma non potest esse subiectum motus quia quod subicitur motui est ens in actu materia autem si ne forma non est ens in actu sed ens in potentia, rursus forma sine materia non potest esse subiectum motus quia forma non diuiditur nisi per materiam si enim esset dare formam sine materia illa esset impartibilis & in diuisibilis & constat quod nullum impartibile mouetur ut satis declaratum est in phisicis. erit igitur omne quod mouetur compositum ex vtriusque dato igitur quod grauia non mouerentur a seipsis per accidens, sed solum ab alijs per se ita quod grauia in suis motibus non se haberent ut mouentia sed vt mota tantum oportet ea esse composita ex materia & forma, vna ergo via inuestigandi in grauibus & leuibus compositum ex materia, & forma ex natura motus est, ex eo quod mouetur ab alio per se. Alia autem via est ex eo quod

mouetur a seipsis per accidens, nam cum moueant seipsa per accidens erunt simul mouentia, & mota quia quicquid mouet seipsum est simul mouens, & motum non erit ergo hoc secundum eandem rationem, sed erunt mouentia per formam mota autem per materiam, celum autem licet non moueatur a seipso per accidens eo tamen ipso quod mouetur ab alio per se sufficienter arguitur quod in ipso sit compositio ex materia & forma, ratio ergo comen. ex omni parte deficit quia dato quod in celo ex natura motus non possumus ibi inuestigare compositionem materie, & forme, possemus tamen hoc alia via vt ex quantitate & ex alijs accidentibus sensibilibus inuestigare ibi talem compositionem esse, sensus igitur & ratio comen. non claudunt omnem viam inuestigandi talem compositionem ex parte motus quia licet non possumus ibi inuestigare talem compositionem ex parte motus quia celum non mouetur a seipso per accidens possumus tamen ibi inuestigare talem compositionem ex parte motus quia celum mouetur ab alio per se. Quarta etiam ratio comen. leuiter tollitur. nam quod res materialis habeat infinitam receptionem quantum ad durationem ut possit recipere infinitam durationem & in infinitum durare vel hoc est per positionem principij conseruatiui & sic per naturam est impossibile, impossibile est enim quod aliquid de se corruptibile manens tale possit in infinitum durare vt quod possit ei imprimi aliqua virtus naturalis que possit ipsum naturaliter in infinitum referuare, & secundum hoc habent veritatem verba comen. quia non est, differentia virtutis talis potentia receptiua sit actiua vel passiuia quia si corpus corruptibile haberet potentiam talem receptiuam quod posset recipere naturaliter virtutem sic preferuantem ipsum oportet quod illa virtus sic recepta esset actiua & esset quodam modo infinita, in materia ergo esset quodam modo infinita virtus actiua sed dicere quod possit in infinitum durare non per ponem principij preferuatiui sed per amotionem principij corruptiui non repugnat nature materie & hoc modo celum est perpetuum non quod de se sit incorruptibile & quod habeat aliquam virtutem preferuantem ipsum a corruptione sed hoc est per amotionem principij corruptiui, nam quod materia machinetur ad maleficium, & quod appetat esse sub alia forma, & quod ex hoc res materiales sint corruptibiles hoc est ratione priuationis quam habet in se vt inquit tam philosophus quam commentator circa finem primi phisicorum et quia in celo est materia sub forma sine priuatione admixta, ideo propter amotionem priuationis que est principium corruptibile.

C Ad primum dicendum quod duplex est potentia. abiciens actum, & coniuncta actui, potentia autem abiciens actum est in contraria dispositione quando est in actu & talis potentia non est in celo respectu forme sed respectu vbi, sed potentia coniuncta actui non in aliqua dispositione quam quando in actu.

C Ad secundum dicendum quod materia est id per quod res potest esse, & non esse sed non quocumque modo sumpta, sed vt est coniuncta priuationi, & vt est sub forma contraria que in celo esse non potest.

C Ad tertium dicendum quod priuatio non sequitur materiam nisi ut est sub forma contraria, nam materia per se non contrariatur forme, & ideo per se ei non est annexa priuatio forme, sed quia semper vni contrariorum est annexa priuatio alterius contrarij, pro ut materia est sub vna forma contraria habet annexam priuationem alterius forme contrarie sed quia forma ce li caret contrarietate ideo ratio non est ad propositum.

C Ad quartum dicendum quod non est tota causa quod forma celi facta

Nota materia non sciuntur proprietates eius.

Ad prim. Arg. Auc.

Ad secun.

B Forme contrarie habent materiam priuationi compositam non sic forma celi, in sensibilibus diuersitas est ex parte forme.

Materia quod una per in differentiam.

C

Ad tert.

6. ph. t. 86

D Omne quod mouetur est compositum

E

Cap. 15

Ad quart. F

cap. 10

celum perpetuum non in de se incorrupti, positum sed negatur. G

T. co. 80.

Ad prima. principia. Potentia coniuncta actui & actum abiciens.

Ad secun.

Ad tert.

H Forma ce li caret compositio.

Ad quart.

Ariet appetitum materie celi quia est forma nobilior quam alie forme sed quia est carens contrarietate, & non habet priuationem annexam. **C** Ad quintum dicendum quod materia celi est in potentia ad formam non ad formam quam non habet sed solum ad formam quam habet nec est in potentia abiciente a actu que est respectu forme non habite sed solum in potentia coniuncta actu que est respectu forme habite. **C** Ad sextum dicendum quod si concedatur celum esse compositum ex substantia & quantitate & negetur ipsum esse compositum ex materia & forma ut ponebat commē. non habebitur ex hoc quod celum sit quod intelligibile sed quid sensibile sed dicimus illa duo esse impossibilia quod aliquid sit compositum ex substantia & quantitate & tamen non sit compositum ex materia & forma quia nunquam quantitas recipitur in forma sine materia sed semper recipitur in materia subiecta forme. **F** Ad septimum dicendum quod materia celi est in potentia ad negationem forme non per agens naturale per quod possit corrumpi & aliam formam acquirere sed per agens super naturale per quod potest ad nihilari & suam formam perdere vel possumus dicere quod si vellet deus posset in materia celi inducere formam cuiuscunque alterius corporis quia virtute diuina potest omne corpus immutari in omne corpus ut potest haberi ab Aug. septimo super gene. ad literam. Ad octauum dicendum quod materia celi potest considerari dupliciter vel secundum suam nudam essentiam vel ut est coniuncta forme secundum suam nudam essentiam, sic est pura potentia & hoc sufficit ad hoc quod faciat unum cum forma sua per se & essentialiter, tamen ut est coniuncta forme est in potentia ad aliam formam ut materia generabilium & ex hoc fit magis unum ex materia celi & eius forma cum celum sit incorruptibile contrarie quam ex materia generabilium & forma ipsorum. **C** Ad nonum dicendum quod forma celi est principium essendi & principium agendi sed non habetur ex hoc quod celum moueat seipsum per formam suam quia forma corporalis non est ratio mouendi proprium corpus nisi per accidens, ea autem que sunt per accidens contingit non celum ergo motum ab intelligentia per formam suam agit in alia & mouet illa sed non mouet seipsum quia in motu suo non habet aliquid prohibens sic etiam nec graue moueret seipsum per accidens nisi esset medium resistens & prohibens. **C** Ad decimum dicendum quod motus celi est simplicior quam motus istorum inferiorum non quod diuidatur diuisione sui subiecit sicut diuiditur motus in istis inferioribus sed motus ille est simplicior quia est diuturnior & minus habens de varietate & est magis perpetuus sicut etiam et celum est corpus simplicius quam ista inferiora non quod non sit compositum ex materia & forma sicut illa, sed quia est diuturnus inuariabilis & magis perpetuus quam illa. **F** Ad vndecimum dicendum quod in celo est materia propter esse & propter motum. Et si dicatur quod materia facit ad non esse dici debet quod materia ut est sub forma facit ad esse & ut annexa priuationi facit ad non esse & ad corruptionem & quia materia in celo sic est coniuncta forme quod non est ibi annexa priuatio ideo materia ibi ita facit ad esse quod non facit ad non esse & ad corruptionem. Possumus etiam dicere quod oportet ibi ponere materiam propter motum ad vbi. Et si dicatur quod est potentia accidentalis. Dicendum quod illa potentia accidentalis nunquam separatur a materia que est potentia substantialis quia nihil mouetur ad vbi loquendo de motu ut nos loquimur nisi quod est compositum ex materia & forma, possumus tertio dicere quod oportet ponere materiam propter quantitatem. Et si dicatur quod mul-

ta alia a materia sunt extensa dici debet quod nihil aliud a quantitate est extensum nisi ipsa materia vel quod est in materia vel quod est aptum natum in materia esse. **C** Ad 12. dicendum quod ut patet ex fine primi phisicorum materia non machinatur ad maleficium nisi ratione priuationis annexe possumus ergo in celo ponere materiam sine corruptione quia ponimus ibi materiam sine priuatione annexa. **Q** VERITVR Secundo dato quod in celo sit materia vtrum illa materia sit eadem per essentiam cum materia istorum inferiorum. Et videtur quod non quia secundum commentum transmutatio fecit scire materiam vbi ergo est alia & alia ratio transmutationis ibi est alia, & alia ratio materie sed in celo est transmutatio solum ad vbi in istis autem inferioribus est transmutatio ad esse ergo equiuoce est materia hic & ibi & alia est ratio materie vtriusque. Preterea secundum Aug. xij. confess. materia primo facta vocatur celum & terra quia inde facta sunt celum & terra ergo si in sacra scriptura materia vnde facta sunt omnia non nominatur eodem nomine quia non dicitur celum tantum nec terra tantum sed celum & terra sufficienter ut videntur datur intelligi quod non eadem sit materia vnde sunt facta omnia illa corporalia. **F** Preterea vnitas generis est quasi vnitas materie vt innuit philosophus in Quinto meth. c. de vno que ergo non sunt eadem genere non habent eandem materiam sed corporale & incorporale differunt genere ut dicitur in x. meth. ergo non habent eandem materiam. **F** Preterea secundum differentiam, diuerse operationes arguunt diuersitatem substantie ergo multo magis diuersitas potentiarum arguit diuersitatem substantie, sed materia in celo & in istis inferioribus diuersificatur secundum potentiam ergo diuersificatur secundum substantiam & secundum essentiam. Quod autem diuersificetur secundum potentiam patet quia in materia celi non est potentia ad aliquam formam sicut in istis inferioribus. **C** Preterea si in celo esset materia esset omnino equiuoce quia materia illa non differt a forma, nam potentia non differt ab actu nisi quia potest esse sub alio, vt genus non differt a specie nisi posset saluari in alia specie ergo materia non differt a forma, nisi posset esse sub alia forma ergo vel in celo non est materia vel si est ibi materia est omnino equiuoce quia est idem quod forma cum non possit esse sub alia forma. **C** Preterea secundum philo. in lib. de generatione que communicant in materia sunt ad inuicem transmutabilia celum et ista inferiora non sunt ad inuicem transmutabilia ergo & c. Preterea si in celo esset eadem materia cum istis inferioribus materia illa posset esse sub alia forma quia si aliqua esset causa quare materia existens sub forma celi non posset esse sub alia forma hoc ideo forte esset quia materia celi quodammodo virtualiter continet omnes alias formas, sed hoc non obstat quia illud continere non esset nisi sub quodam modo vniuersali sicut conclusiones continentur in principijs sed habere aliquod vniuersale non faciat appetitum quia quoad scimus aliquid in vniuersali non quiescimus donec sciuerimus illud sub propria forma, ergo materia habens in se formam celi quam tuncque ex hoc habet formas elementorum, & omnes alias vniuersales non faciabitur cum non habeat eas sub propria forma. **F** Preterea sensitium continet vegetatiuum et intellectuum continet sensitium, sed quoniam materia est sub forma sensitui adhuc appetit esse sub forma vegetatiui ut quando est sub forma animalis adhuc appetit esse sub forma plante, & quoniam est sub forma hominis, adhuc appetit esse sub forma vermīs ergo

Ad quint.
Ad sextum.
Ad septim.
celum de se corruptibile.
B
Ad 8.
celum incorruptibile contrarie.
Ad 9.
Forma non est ratio mouendi nisi per accidens.
C
Ad 10.
Motus celi simplex & diuisibilis.
Ad 11.
Materia inuenta priuationi facit ad non esse.
D
H

E
Ad. 12.
T. co. 80.
Argu. 1.
3. meth. t. co. 12.
Argu. 2. cap. 19.
F
Argu. 5. T. co. 10.
T. co. 26. Argu. 4.
Argu. 5.
G
Argu. 6. Lib. 1. te. 53. & 54. Argu. 7.
H
Argu. 8.

A non obstante quod forma celi contineat omnes alias formas materia existens sub forma celi appetit eē sub alijs formis sicut non obstante q̄ intellectiuum continet sensitiuum materia existens sub forma hominis adhuc appetit esse sub forma vermīs & non obstante quod sentiuum continet uegetatiuum nihilominus tamen materia existens sub forma aialis adhuc appetit esse sub forma plante, nulla est ergo materia in celo, quia si esset ibi materia ad huc appeteret esse sub alia forma. ¶ Preterea philosophus in. 8. methaphi. vult quod alius sermo sit de materia in substantijs naturalibus & in eternis, nam in substantijs eternis secundū eum non est materia sed est ibi motus in loco tantum in celo ergo, loco materie est, ipsum corpus motum materia ergo hic, & ibi, non erit secundum eandem rationem. Preterea de ratione materie est quod sit in potentia ad omnes formas quod patet quia si esset de nudata ab omni forma non magis esset in potentia ad vnam quam ad aliam sed quod est de ratione alicuius non potest tolli ab eo ergo vel in celo non erit materia vel si ibi erit materia non erit secundum eandem rationem quia illa materia esset, in potentia ad omnes formas sicut & illa & per consequens esset celum corruptibile quod est inconueniens. ¶ Preterea si est in potentia ad omnes formas nunquam faciabitur nisi simul omnes habeat, sed hoc est impossibile quod materia simul recipiat omnes formas, ergo est impossibile quod alicubi sit materia & tamen sit ibi facta quod non appetit aliquam formam. ¶ Preterea si in celo esset materia, & esset eiusdem rationis cum istis inferioribus posset ex elemento fieri celum quia dato quod ex celo non posset fieri elementum quia forte forma celi faciat materiam suam tamen ut videretur posset ex elemento fieri celum quia forma elementi suam materiam non faciat. ¶ In cōtrarium est quia secundum philosophum in. 1. metha. in fundamento nature nihil est distinctum tota ergo distinctio ex forma est, ammore ergo omni forma eadem remanebit materia celi cum istorum inferiorum. ¶ Preterea que communicant in accidentibus multo magis commnicant in materia sed celum communicat in diaphanitate cum istis inferioribus vt vult philosophus in secundo de anima ergo multo magis commnicant in materia. ¶ Preterea secundum philosophum. 12. metha. sunt numero equalia & genere eadem principia in sempiternis & in istis inferioribus, ergo sicut illa in feriora componuntur ex duplici principio materiali, & formali, sic & illa & principia ibi sunt eadem genere cum principijs istis.

Responso dicendum quod in hac questione sic procedimus quod primo ostendemus quod nulli antiquorum doctorum, nec phisicorum nec sanctorum de his qui peruenerunt ad nos secundum ea que vidimus fuerunt huius positionis quod in celo esset materia & quod corpus celi circumscripta intelligentia esset compositum ex duabus substantijs ex materia scilicet, & forma & tamen materia illa esset differente per essentiam ab ista sicut aliqui & magni moderni doctores posuerunt antiqui enim doctores vel negauerunt in celo esse materiam vt posuit commentator vel si posuerunt ibi materiam dixerunt eam esse eandem cū materia istorum in feriorum ideo in hac questione primo recitabimus tam sanctorum quam phisicorum sententiam, secundo adducemus quāsdā rationes quas facit commen. in primo celi & mundi que videntur contraria pōni cui adherere intendimus in hac parte videlicet quod eadem materia sit hic, & ibi. Tertio adductis rationibus ad partem oppositam adducemus rationes ad partem propositam, & ostendemus

q̄ eadē est materia per essentiā in celo & in istis inferioribus, Quarto soluemus rōnes cōmē. quas faciunt moderni doc. pro se ad ostendendū non esse eandē materiam in supercelestibus & in istis. Propter primū sciendū prout dicebamus q̄ nulli antiqui doctores. Dixerunt in celo esse materiam & esse differentē per essentiā a materia, nā cōmē. huius pōitis non fuit nec posuit in celo materiam sed dixit celū esse corpus simplex. Vnde hoc modo posuit in celo esse materiam q̄ ipsum corpus celi esset materia intelligentie immo si bene consideratur intentio cōmentatoris inde substantia orbis cōmen. ne poneret materiam celi esse eadē cū materia isto rū inferiorū & ne poneret celū corruptibile negat oīo celū habere materiam credens q̄ si corpus celi esset compositū ex duabus substantijs ita q̄ forma celi esset forma in materia q̄ de necessitate forma illa haberet cōtrarium & q̄ materia illa esset eadē cū istis inferioribus ergo & cōmē. in hoc cōuenit cū pōne nostra q̄ si in celo esset materia q̄ esset cōis inferioribus & supercelestibus. Scriptura. n. sacra & dicta sanctorū hāc doctrinā sapiunt, nā ex materia in visa vel ex maria in formi testatur scriptura oīa hec sensibilia facta esse huic etiam sententię consonant verba Aug. xij. cōfess. qui ait q̄ illa informitas. i. illa in formis materia vocatur celū & terra quia inde factū est celum & terra & idē in eodē libro assignans multos modos exponentes quō in principio fecit deus celū & terrā ait q̄ in principio fecit deus celū & terrā idest verbo suo sibi coerno fecit in formā materiam creature corporalis vbi confusum erat adhuc celū & terra & idē eodē libro, ait qui possunt intelligant materiam rerū primō factā, & appellatā celū & terrā quia inde facta sunt celū & terra sed quidā conantur exponere verba scripture sacre & dicta sanctorū dicentes q̄ vna est materia ex qua facta sunt celū & terra non vnitrate essentie sed cuiusdā ordinis vnitrate, nā sicut totus mundus nec cōpletus dicitur vnus vbi tamē tanta est distantia quia supercelestia tantū differunt ab istis inferioribus sic quādo mundus erat in illa materia confusa illa tota materia debeatur vna & tamen ibi erat maxima differētia quia materia illa vnde factū fuit celū, differebat per essentiā a materia vnde facta sunt hec inferiora. Sed hec positio non est secundū mentē Aug. quia plane vult. 7. super genesi ad literā q̄ oē corpus possit transmutari in omne corpus quod nō esset nisi omnium corporū esset eadē materia sic. n. ait in libro prefato. c. x. oē quippe corpus in omne corpus posse mutari non desuerunt qui assererent, corpus aliquod siue terrenum siue celeste conuerti in animam, nec quēquā sensisse scio, & idē eodē libro. omne quippe corpus in omne corpus mutari posse credibile est, quodlibet autem corpus mutari posse in animam credere absurdissimum est virtute ergo diuina credibile est secundum Augu. quodlibet corpus posse mutari in quodlibet corpus quod non esset nisi omnium corporum esset eadem materia quia hoc est mutari corpus in corpus q̄ corpora illa communicant in materia & quod materia que est sub forma vnus fiat sub forma alterius, sancti ergo hoc sentiunt q̄ hic eadem omnium corporum sit materia. Auicē, etiam hoc plane dicit, nam in primo libro sufficientie sue, ait quod yle est communis omnibus naturalibus, aut generatis ex corruptibilibus, aut etiā illis que suūt de numero perpetuorum, vult. enim ibi Auicē, q̄ materia ut est subiectū generatiōis & corruptionis nō est cōis generabilibus & perpetuis. Sed ut est yle & ut cōsideratur omnino primo & p̄ essentiā & absque omni forma, nec habet per quod differat hic & ibi sed est cōmunis vtrobique. nam si nō esset cōmunis tunc secundū Auicē, esset alia materia prior, que

Argu. 9.
T. c. 12.
Argu. 10.
Argu. 11.
Argu. 12.
T. co. 17, 7. meth. t. c. 3. 49.
1. de gñā te. co. 65, 68.
T. c. 69.
T. 22.
Rñso per articulos quatuor.
Primo.
Secundo.
D
Tertio.

E
Quarto.
Articu. 1. notandum.
Cap. 11.
cap. 12.
F
cap. 19.
cap. 28.
pō querens dam.
Impugnatio.
cap. 10.
G
cap. 16.
cap. 4.
H
Articu. 2.

A que esset communis. **C** Viso quod antiqui doctores nec sancti, nec philosophi hoc senserunt, quod in celo esset materia, & tamen esset alia ab istis inferioribus volumus adducere rationes quas facit cōmen. in primo caeli & mundi per quas videtur in probari hec positio, quod eadem sit materia per essentiam in super-celestibus, & in istis sunt autem huiusmodi rationes tres. Quarum prima sumitur ex contrarietate formarum. secunda ex potētia passiva materie. tertia ex potētia actiua agentium. Prima via sic patet, quia vt ait comment. forme in materia sunt contrarie, si ergo in celo esset materia, & esset eiusdē rationis materia illa & ista, tunc sicut illa est subiecta formis contrarijs, sic & illa ergo forma caeli esset forma habēs contrarium, esset ergo celum generabile & corruptibile ex ipsa ergo contrarietate quam in istis formis reperimus & non in forma caeli, videtur argui sufficienter quod vel celum non habet materiam vel si habet eā non erit eiusdē rationis cum illa: nec eadem per essentia cum ea. Secunda via sic patet. nam si eadē esset materia per essentiam in celo & in elementis non repugnaret materie caeli, vt materia est quin posset esse sub forma elementi, quod si hoc repugnaret illi materie & non repugnaret isti: non est eadem per essentiam, illa materia cū ista. Cogimur ergo dicere, quod si eadem est per essentiam materia illa cū ista, quod posset esse illa materia sub forma elementi, sicut potest & illa, erit ergo aliqua potētia in materia caeli, que nunquam reduceretur ad actum: quia materia caeli ac hypothesi stante poterit esse sub forma elementi, que nunquā tñ erit sub forma tali natura ociosa ergo egisset, quia fecisset potētiā in materia nunquam reducibilem ad actum. Hoc est ergo, quod commentator ait, quod si substantia materie est in potētia, tunc est aliqua materia cuius potētia nunquam existit in actu talis potētia est ociosa & superflua. Tertia via sumitur ex potētia actiua agentium dicit enim comment. quod si poneretur huiusmodi materia in celo, quod esset dare ens sine propria actione, quod hoc modo sequitur, sequendo dicta ipsius vult enim ipse quod non sit in materia aliqua potētia passiva cui non respondeat in natura aliqua potētia actiua, si ergo in celo esset vna materia, esset ibi vna potētia actiua ad aliquam formam ista autem potētie passivae materie oportet, quod correspondeat aliqua potētia actiua naturalis, & quia illa potētia passiva materie nunquam exibat in actum, quia nunquam celum corrumpitur, secundum substantiam vt sit sub alia substantiali forma, potētia actiua agentis, que correspondet isti potētie passivae materie, nunquam aget ex quo posuimus potētiā passivā ociosā necesse est etiam ponere, & actiua potētiā ociosā, & quia illa omnia sunt inconuenientia, vt videtur, non est ponenda materia, in celo eadem per essentiam cū materia ista. Has autem rationes facit comment. non quod ex his velit cōcludere corpus caeli esse compositum ex materia & forma, & tamen materiam illam non esse eandem per essentiam cum ista: sed ideo adduxit eas vt neget materiam a celestibus, & concludit ea esse corpora simplicia, sed licet intēdat hoc comment. possunt tamen rationes sue adaptari ad questionem propositam & ostendere per eas, quod materia caeli non sit eiusdē rationis cum illa. Adducunt autem quidam rationes plures, quod habet vnam materiā diuersam, tamen per essentiam ab illa, sed quia rationes ille non habent difficultates a rationibus cōmen. ideo pretermittimus eas. Postquam ostēdimus, quid senserunt antiqui doctores, circa questionem propositam, & adduximus rationes per quas videtur ostē-

di quod non sit eadem materia celestium, & istorum antequam solvamus rationes adductas volumus adducere rationes ad propositum, ac ostendere, quod necesse sit ponere eandem materiam hic & ibi propter quod. Sciendum, quod principium huius inuestigationis est vt in celo sit aliquid, quod secundū essentiam sit potētia tantum, dicebatur enim in premissa questione, quod circumscrip̄ta intelligentia adhuc celum non est corpus simplex: vt posuit cōment. quod probamus & ex quantitate eius, & ex sp̄situdine, & ex dyaphanitate quam videmus in ipso, & ex in diuiduatione ipsius, nec in hoc discordamus ab alijs theologis & doctoribus: quia loquēdo de illis doctoribus, quorum descriptiones ad nos peruenerunt omnes theologī Doctores posuerunt celum non esse corpus simplex, sed esse compositum ex duabus substantijs ex materia. s. & forma. Sed tunc queramus de illa materia: aut dicit puram potētiā: aut non quod se cundum essentiam suam nō dicat puram potētiā, sed in actu. Arguemus contra eos ex eorum dicto, quod nunquam ex duobus in actu sit vnum per essentiam. Quod si dicatur, quod ponentes materiam in celo et dicentes eam non esse eandem per essentiam cū ista ponunt, quod ex duobus in actu possit fieri vnum per se, quia ponunt pluralitatem formarū dicemus, quod hoc ponunt solum in anima rationali, & de illa secus est. Sed de forma que diuiditur diuisione materie, & que extenditur extensione subiecti, nūquam aliquid ponentium materiam celestem esse aliam a materia ista posuit, quod ex talibus duobus in actu fieret vnum per essentiam. Et quia inconueniens est dicere, quod ex materia caeli & eius forma non fiat vnum per essentiam inconueniens est dicere, quod materia caeli non dicat puram potētiā, sed dicat aliquid in actu. Ad huc dato, quod concederemus, quod ex duobus in actu fiat vnum per se oportebit, tunc quod in ipsis per se sint gradus, ita quod magis fiat vnum per se ex potētia pura & actu, quam ex actu et actu. Nam tota causa, quare ex duobus fit vnum est, quia vnum illo rum respectu alterius se habet vt potētia: aliud vero vt actus, nec est in hoc alia causa querenda: ideo dicit in secundo de anima, quod non oportet querere quomodo ex figura cere, & cera fiat vnum, quia ex eo ipso, quod cera est in potētia ad figuram fit vnum ex eis, si ergo ex ratione potentialitatis ad actum sumitur ratio vnitatis in rebus compositis ex potētia & actu, vbi inuenitur essentialis ratio potentialitatis ibi inuenitur essentialis vnitatis: ideo ex forma accidē tali & subiecto non fit ibi vnum essentialiter & per se, sicut ex forma substantiali & materia, quia in materia reperitur essentialis ratio potentialitatis respectu forme, quā in subiecto respectu accidentis. Et ideo ponentes differre in rebus formam generis a forma specierum coguntur ponere, quod magis fiet vnum ex forma generis & materia, quam ex forma specierum & eius subiecto, vt si corporeitas dicat formam generis & igneitas & aqueitas dicant formam specierum magis fiet vnum ex corporeitate & materia quam ex igneitate & corpore. nam hoc ponentes dicunt, quod semper manet corporeitas eadem in materia non tamen semper manet igneitas. Et si ponamus quod anima rationalis vniatur materie mediāte aliqua forma corporali, si possit ei vniiri anima rationalis materie absque tali forma magis faceret vnum cum ea, quā vnita mediante tali forma semper enim immediatum, secundum quod huiusmodi est fortius, quam mediatum. Reuertamur ad propositum & dicamus, quod ex potētia pura & forma magis fit vnum ceteris paribus quā ex duobus in actu & quia

E
De substantia cab. ca. p. 1. & 2.

Theologorum & philosophorum consensus cōis.

F
Vt dicitur in philosophia...

T. 67
De anima...

G
Ex potētia & actu est unitas rerum.

Potentia
et materia...

Potentia
et materia...

H

A non solum est inconueniens dicere, quod ex materia celi & eius forma non fiat vnum essentialiter & per se, sed etiam est inconueniens ponere quod non per omnem modum magis fiat vnū & idem ex materia celi & eius forma, quam ex materia elementi & forma ipsius, & ideo inconueniens est dicere celum non esse cōpositum ex potentia & actu, celū ideo ex duobus in actu, est igitur in celo aliquid quod est potentia pura & materia celi puram potentiam nominabit. Hoc viso statim possumus concludere propositū, vt videamus que sit natura materie et que sit ratio eius. Vult enim commen. quod materia substantiatur per posse, et quod potentia sit eius differentia substantialis. Sicut ergo homo substantiatur per rationale & differentia eius substantialis est rationalitas, & sicut animal substantiatur per sensibile, & differentia eius substantialis est sensibilitas sic materia substantiatur per posse & differentia eius substantialis est esse in potentia pura sicut ergo quicquid est sensibile est animal et econuerso & sicut quicquid est sensibile participat eandem rationem animalis cum ceteris animalibus, & sicut accipiendo proprie rationale quicquid est rationale est homo & econuerso ita quod omne quod est rationale est eiusdem rationis cum ceteris hominibus, sic quicquid est in potentia pura est materia, & cuiuscunque contingit esse in potentia pura ei conuenit esse eiusdem rationis cū quacunque materia accipiendo materiam proprie prout yle & potentia pura materia dicitur, eo ergo ipso q̄ in celo ponimus aliquid quod in se acceptum est pura potentia, quia aliter fieret minus vnum vel non fieret ita vnum ex materia celi & eius forma, sicut ex materia elementi & forma ipsius, quod esset inconueniens dicere. Eo ergo ipso, quod ponimus ibi puram potentiam oportet quod ponamus ibi vnam materiam, & oportet quod illa materia sit eiusdem rationis cum materia istorum inferiorum, quia tam illa quā ista substantiatur per eandem differentiam substantialem videlicet per esse in potentia pura, & constat quod hoc est quod facit aliqua esse eiusdem rationis substantiari per eandem substantialem differentiam: nec est hic aliquis modus euidendi: nec aliqua fuga, quia sorte diceres quod tam materia celi quam materia istorum inferiorum substantiatur per hanc substantialem differentiam videlicet per esse in potentia pura, tamen poteria pura: hic & ibi equiuoce dicitur. hoc enim stare non potest, quia tunc in potentia pura essent gradus, vt si potentia dicitur equiuoce, prout reperietur in intellectu potentia li & in materia oportet quod in potentia illa sint gradus ita quod potentia que reperitur in intellectu possibili habet aliquā actualitatem, nam ipse intellectus possibilis aliquam actualitatem nominat cum huiusmodi intellectus quedam perfectio sit in essentia anime quod esse non posset si nullam actualitatem diceret, sed potentia que est materia prima nullam actualitatem dicit, quid mirum, ergo si potentia hic & ibi dicatur equiuoce, cum potentia reperta in intellectu possibili sit actualitas aliqua: potentia vero reperta in materia prima sit actualitas, in illa erunt, tunc gradus in potentia hic & ibi quod si sic vellemus dicere de materia celi, & istorum inferiorum in aliqua illarum materiarum poneremus actualitatem aliquam, & in illa non esset potentia pura, quod ponendo contradiceremus fundamentis nostris & positionibus antedictis videlicet quod oportet non solum in istis inferioribus, sed etiam in celo dare aliquid quod sit potentia pura, verum quia intellectus hominis nō quiescit nisi quasi palpet & tangat, quod sibi offertur. Volumus adhuc magis hanc viā declarare, dicemus enim

quod hoc est equiuoce, & non secundum eundem modum, nec secundum eandem rationē accipitur, secundum hoc ergo dicimus quod intellectus noster possibilis est potentia pura, & materia prima est potentia pura sed equiuoce, quia hoc non est secundum eundem modum: nec secundum eandem rationem. nam intellectus possibilis est potentia pura in genere intelligibilium materia vero prima in genere entium, intellectus ergo noster est quid in actu, quantum ad genus entium, sed est pura potentia in genere intelligibilium, ita q̄ non potest actualiter intelligi a seipso, nisi in forma aliqua specie, sed materia prima per se nec est actu ens: nec actu potest a nobis intelligi illud ergo, quod non dicit potentiam et eandem rationem, ponit in ipsa potentia gradus. nam quedam est potentia pura in genere entium, & simpliciter vt potentia materie prime, quedam est potentia pura non simpliciter, nec in genere entium sed in genere intelligibilium, vt potentia ipsius intellectus possibilis secundum ergo alium & alium modum inueniet aliam & aliam potentiam puram: ita tamen quod vna potentia est potentia pura simpliciter, alia autem secundū quid, vna nihil habebit de actu alia habebit actum admixtum sed si accipiat potentia pura secundum eundem modum vel secundum idem genus loquendo de genere, vt hic loquimur, secundum quod totū esse dicitur vnum genus entium ratione analogie que reperitur in entibus, et secundum quod totus ordo intelligibilium dicitur vnum genus, sic eodem genere reperire duas potentias puras non eiusdem rationis est omnino impossibile, in genere enim intelligibilium nō potest reperiri potentia pura nisi eiusdem rationis cum alia potentia pura, et per consequens multo magis vt in proseguendo patebit in toto genere entium nō reperitur potentia pura nisi eiusdem rationis cum alia potentia pura ex quo probatum est, quod materia que est in celo est potentia pura, et est potentia pura simpliciter quia nihil habet de actu vel non faceret vnum per se cum forma sua, quia ex materia in actu et forma corporali non fit vnum per se, vtrum autem et qualiter materia in actu possit facere vnū per se cum anima rationali vt in homine, presens speculatio nō admittit. erit ergo materia celi eiusdem rationis, et istorum inferiorū, quia vtraque est potentia pura in genere entium. **C** His itaque prelibatis licet satis ex iam dictis possit apparere propositum volumus tamen ad maiorem elucidationem dictorum inuestigare triplici via quod materia celi et istorum inferiorum est eadē per essentiam et eiusdem rationis et est vna hic et ibi vel quod idem est si absolueretur ab omni forma hec et illa non haberet per quid differret. nā secundum commen. xij. metha. vbi pertractat hanc questionem materia non est vna numero in omnibus habentibus eam propter aliquam vnam formā numero vel propter vnitatē alicuius forme indiuidualis, sed est vna per indifferentiam, quia si esset absoluta ab omni forma non haberet per quid differret, secundum ergo huiusmodi indifferentiam. dicenda est materia vna et eadem per essentiam et dicēda est esse eiusdem rationis Reuertamur ergo ad propositū et dicamus quod triplici via volumus declarare nostrum intentū. prima assumitur ex eo quod materia consideratur per se. secunda vero ex eo quod comparatur ad primum principium. tertia autem ex eo quod est quoddā medium inter ens et nihil. **Prima via** sic patet. nā materia per se est potentia pura, sed actus est qui distinguit. tolle ergo actum tollis omnem distinctionem, vt probat philosophus. 7. metha. et quia materia celi est potentia pura et materia istorum inferiorum est potentia pura

de sub-
stantia or.

B

Vbi potē-
tia pura
ibi mate-
ria & cō-
uertitur.

Quo ali-
qua sunt
eiusdem
rationis. s.
differentia

C

Potentia
tas mate-
rie est pu-
ra.

Potentia
tas intelle-
ctus actua-
litate per-
mixta.

D

E

In poten-
tialitate
sunt gra-
dus.

F

Potentia
pura sim-
pliciter a
materia.
Potentia
pura secu-
dum quid
intellectus

G

Rationes
pro cōclu-
sione tres.

com. 14.

H

Prima ra-
tio.
T. 49.

A si absoluerentur ab omni forma materia hec & illa non haberent per quid differrent, quia in pura potentia non potest esse distinctio, cum ergo dictum sit, qd vnitas materie & idempnitas eius accipienda sit per indifferentiam eo ipso, quod materia celi absoluta ab omni forma non haberet per quid differret a materia istorum inferiorum sic absoluta oportet quod sit vna materia & eadem per essentiam, & eiusdem rationis hic et ibi, & si aliquando inueniamus materiam hic, & ibi non erit eiusdem rationis, hoc non est referendū ad ipsam essentiam materie, sed ad ipsam formā cui subicitur materia, vnde & nos meminimus sic aliquando locutos fuisse, quod concedebamus eandem materiam esse per essentiam hic & ibi, & cum dicebamus, quod per comparationem ad formam poterit sustineri, vt dicitur ibi esse diuersitas rationis huic autem veritati, quod materia celi, & istorum inferiorum non possit differre per essentiam, eo quod vtraque sit potentia pura. Alludunt verba philosophi non solum in 7. methaphisice; vt adductum est, quia ibi plane probatur, quod actus est qui distinguit, sed etiā in primo methaph. primo nā sequendo distinctionem librorum, secundum translationem commēti, dicitur in primo methaphi, quod in fundamento nature nihil est distinctum; neque quantum: neque quale; neque substantia plane, ergo vult ibi philosophus, quod tota distinctio in entibus sit accipienda in rebus predicamentorum ex actu, vt ex substantia in actu, & ex quantitate in actu, & ex alijs rebus predicamentorū in actu est accipienda distinctio, & quia in fundamentō nature id est in ipsa materia per se nō est aliqua res predicamēti in actu, nec ipsa per se est quid in actu, ideo ab ea, secundum quod huiusmodi negatur omnis distinctio vel ergo ignorant naturam materie vel naturam potentie pure, vel nescit modum distinctionis rerum qui materiam celi & istorum inferiorum dicit non esse eādem per essentiam, hanc etiam veritatem exprimunt verba August. xij. confes. Qui vult quod vbi nullus actus est, & nulla forma, quod ibi nulla est distinctio, ait enim ibi loquens de materia, de qua sunt celum & terra loquens de vnitate talis materie quod ibi nulla species naturalis quod est hoc, & illud ibi nulla est distinctio, si ergo materia celi & istorum inferiorum essent absolute ab omni forma, quia ibi esset nulla species, non esset ibi hoc, & illud, id est non esset ibi assignare distinctionem inter hanc materiam & illam. ¶ Preterea vbicumque est distinctio, ibi est ordo aliquis omnis autem ordo secundum Augu. ex actu & ex forma sumitur, tolle autem formam omnem a materia celi, & ab istis inferioribus tollis omnem ordinem, & per consequens omnem distinctionem. vnde Augustinus eodem libro loquens de informitate materie ait, quod vbi nulla forma ibi nullus ordo. Fuerunt autem aliqui, qui hanc viam de indistinctione materie conati sunt soluere dicētes, quod aliter distinguuntur principia, & aliter composita ex principijs, quia cōposita ex principijs distinguuntur per principia: principia vero seipsis materia ergo & forma distinguuntur seipsis sic materia celi & istorū inferiorum, vt aiunt seipsis distinguuntur. Sed sic dicentes incidunt in quandā veritatem in nihilo tamen derogāt vie tacte, nec aliquo modo solūnt rōnem factā, verū est n. q. principiata, distinguunt principijs, principia vero seipsis, materia ergo et forma distinguuntur seipsis, sed hoc non obstāte oīs differētia est ex actu. Sed differre per actū hoc est dupliciter. nam aliqua differunt per actū, quia vtrūque est quidā actus: sed non idem actus, & sic differunt diuerse forme. Inde est, quod forme differūt seipsis: quia cum omnis

differentia sit per actus, et ipse forme sint quidā actus diuerse forme differūt seipsis, quia seipsis sunt diuersi actus. Rursus differunt per actus ipsa composita, non quia ipsa sint actus, nec sint forma, sed habent actum & formam, composita igitur que habent alium & alium actum, & aliam & aliam formā: ideo per huiusmodi actum differunt, & per huiusmodi formam. forme ergo sunt principia compositorum, & non est distinctio nisi per actū, sed quia forme sunt ipsi actus ideo differunt seipsis, composita vero quia non sunt ipsi actus nec ipse forme, sed sunt habentia actum & formam. ideo differunt non seipsis, sed per sua principia id est per suos actus et suas formas: materia etiam & forma, quia sunt principia differunt seipsis, sed hoc non est nisi ratione actus, nam quia forma seipsa est actus. materia vero seipsa caret actu. ideo materia & forma seipsis differūt, & hic differre sumitur per actū quia quodocunque ista duo differunt hoc modo non est nisi per actum. Quod tripliciter etiā contingit. Nā vel vnum differt ab alio, quia vtrunque est actus, sed est aliud & aliud actus & sic differt forma a forma, vel quia vtrunque habet actum, sed non eundem actum, & sic differt compositū a composito, vel quia vnum est ipse actus, alter vero est potentia, & carēs actum & sic differt forma a materia: materia autem a materia non habet, per quid differat per essentiam, quia materia secundum essentiam non dicit aliquem actū immo sua essentia est esse in potentia. Soluunt autem & illud aliter dicentes, quod ipsa materia secundum suam essentiam est aliquid, quia est quedam potentia, & quidam defectus rei, et ex hoc volunt arguere, quod possit saluari differentia inter materiam celi et istorum inferiorum, sed quod huiusmodi dictū arguit oppositum, non propositum in sequenti via vel ratione patebit. Secunda via ad inuestigandum hoc idem sumitur ex ipsa distantia materie a primo principio. Sic enim imaginatur Augu. in. xij. confes. quod totus defluxus rerum et totus ordo entium, et tota distinctio essentialis in rebus accipiarur, secundū quandam ordinē ita, quod in hoc ordine natura angelica tenet ordinem supremum, materia vero prima ordinem infimum, ideo eodem libro et capitulo. Aug. ait duo fecisti domine vnum prope te, scilicet naturā angelicam, aliud prope nihil. s. materiā informem imaginabimur ergo, quod sicut omnes numeri procedunt ab vnitate ita omnia entia procedunt a deo, ita quod ipse solus est vere vnum, et omnino simplex, sicut ergo non sunt duo numeri essentialiter differentes, nisi quia vnus magis distat ab vnitate quā alius, vt ideo quaternarius differt essentialiter a quaternario, qa plus distat ab vnitate quam quaternarius sic nunquā sunt duo entia essentialiter differentia nisi vnum plus distet ab vno quam aliud, et dicimus essentialiter differre, et loquimur de habētibus ordinem essentialē, quia inter ea que sunt eiusdem speciei, proprie et per se non est essentialis ordo, si ergo materia proprie est potentia pura, et est prope nihil, et per consequens tantum distat a primo: principio quantum distare potest impossibile est, quod materia absoluta ab omni forma differat ab alia materia sic absoluta, vel quia vna pura potentia differat ab alia essentialiter pura potētia. nam si ordo essentialis rerum sumitur secundum analogiam et distantiam ab vnitate id est ab actu primo, et a primo principio, due pure potentie, per se non possunt essentialiter differre, quia habent eandem distantiam ad primum principium respectu vnus, et eiusdem actus puri, nec poteris dare duas primas potentias essentialiter differentes, qd si velles saluare duas materias primas, et duas potēcias puras, essentialiter

E Differre per actum dupliciter.

F Principia seipsis differunt.

G Ratio. 26. Cap. 7.

H Cap. 7.

I In specie non est ordo essentialis.

B T. 6. 17.

C Materia fundamentū nature.

D Cap. 13.

E Cap. 12. & 15.

F confirmatur ratio.

G composita distinguuntur p. principia.

H D

A
Due pure potētie pe-
sunt dnos
puros a-
ctus.

differentes potētiās duos actus puros, & duo prima principia et duos deos, & dicas quod hoc modo hic potētia pura differt essentialiter ab illa potētia pura quia hic deriuatur ab illo actu primo & ab illo deo: illa autem deriuatur ab illo alio actu, secundo & ab illo deo, sed quādiu ponis vnum actum purum, & vnum deum, quod necesse est ponere ponas vnam materiam primam, & vnam potētiā puram, quod etiam necesse est dicere. Ex hac autem via declaratur quod dicebatur in precedentibus preambulis dicebatur enim quod si in genere intelligibilium non possumus ponere potētiā puram, que non sit eiusdem rationis cum alia potētia pura, quod multo magis nō poterimus hoc ponere in genere entium, nam potētia pura in genere intelligibilium non est potētia pura simpliciter, sed habet actum admixtum, sed potētia pura in genere entium nullum habet omnino actum admixtum, ideo inter talia nullam differentiam essentialē assignare poterimus.

C Ex hac autem secunda via fortificatur magis prima via concedens: quod omnis distinctio sit per actum, quia hoc est ita clarum et notum, quod quasi ratio predicari clauditur in subiecto hoc est de ratione actus, quod distinguat. Vnde ratio distinctionis ex actu accipitur, & inde est quod ratio generis per quā non distinguuntur ea, que sunt in genere sumitur ex potētia, sed ideo differentie per quam distinguuntur que in genere collocantur, sumitur ex actu. Concedet ergo forte saltē ab ipsa veritate coactus, quod omnis distinctio sit ex actu. Sed forte diceret, quod per eomparationem ad actum non solum differt forma a forma, & compositum a cōposito, & materia a forma, sed etiam materia a materia, dicens enim, quod per eomparationem ad actū possunt aliqua differre quadupliciter, quorum tres modi assignabātur superius sed est quartus modus distinctionis non ex eo, quod vterque est actus sicut differt forma a forma, nec ex eo, quod vterque habet actum sicut differt compositum a composito, nec ex eo, quod vnum est actus & aliud non actus, vt differt forma a materia, sed eo, qd vtrunque habet ordinem ad actum, si non ad eūdem actum, & sic forte diceret differre materiam a materia, vt si materia celi & istorum inferiorum, siue elementorū esset absoluta ab omni forma diceret, quod ad huc essentialiter differunt, & quod sumitur illa distinctio per eomparationem ad actum, vt quod ideo differant, quia vtrunque haberet ordinem ad actum & ad formam, sed non ad eundem actum & ad formam eandem, quia materia celi haberet ordinem ad formam complementem totum appetitum materie elementi ad non complementem, sed hec instantia nulla est nec in aliquo derogat dictis nostris. Nam si materia celi esset in sua essentia nuda & materia elemēti esset absoluta ab omni forma, et existeret in sua nuda essentia, et tamen vna ex sua essentia haberet ordinem ad perfectiorem formā, alia vero ad imperfectiorem ergo per essentiam esset vna dignior & perfectior, quā alia, & per consequens vna esset propinquior, primo quam alia. Nam distantia & propinquitas ad primū non sumitur secundum longitudinem spatij, sed secundum perfectionem nature, vt illa sunt propinquiora, primo que habent perfectiorem substantiam, eo ergo ipsa, quod vna illarum materialium esset dignior secundum substantiam esset propinquior, primo et per consequens minus distat ab actu, ergo haberet plus de actu quam materia alia, non esset pura potētia sicut alia, sed ponendo vtranque puram potētiā nullam distinctionē inter eas saluare poterimus. Ex hoc etiam patet, quod instantia illa de defectu primi con-

cludit oppositum non propositum, voluerūt enim vt dicebamus, quidam & magis saluare distinctionem inter materiam, & materiam etiam per eomparationem ad actum, dicendo quod quelibet materia proprie habet aliquem actum, scilicet actum sue essentie & existentie in quantum non est purum nihil, sed est quidam defectus rei, sed forte accipiendo aliquid large, secundum quod quelibet essentia, potest dici aliquid posset sustineri, quod materia secundum suam essentiam sit aliquid, sed ex hoc nullo modo arguitur quod vna materia per essentiam sit aliud a materia alia, immo ex hoc videtur magis oppositum quā propositum. Nam si materia per suam essentiam esset aliquid, quia est quidam defectus rei, id est est quedā res distans ab actu primo non potest esse, quod vna materia sit aliud per essentiam cum nō plus deficiat, nec plus distat ab actu, vna quam alia quelibet enim distat, & deficit quantum potest ab actu, quia quelibet est potētia pura, & nihil habet de actu. Tertia via ad hoc idē sumitur ex eo, quod materia est quid medium inter ens, & nihil vt ostendit commentator primo philosophorū, hoc ergo intelligimus nomine materie prime aliquid quod sit medium inter ens & nihil. Sua ergo substantialitas, oportet quod sit punctalis, & quod in ea gradus reperiri non possit. Nam si substantialitas materie posset habere gradus, vel hoc esset, vt comparatur ad ens, vel vt comparatur ad nihil illi enim gradus vel sumitur ex eo, quod vna materia plus haberet de entitate quam alia, vel ex eo, qd vna plus deficeret quam alia, & vt ponimus in terminis materia istosum inferiorum est potētia pura, & ideo est media inter ens & nihil non enim est proprie ens, quia non est quid in actu, nec est omnino nihil, quia est quid in potētia, si ergo est dare materiā, quecunque sit illa differentem per essentiam ab illa hoc esse non poterit, nisi illa materia, plus habeat de entitate, vel plus deficiat quam illa, quia si non haberet plus de entitate, nec plus deficeret, quam illa, nō esset alia per essentiam quam illa, si ergo illa materia que ponitur essentialiter differens ab illa plus habet de entitate, quam illa, tūc illa que sic ponitur esse materia, non erit materia, quia non erit media inter ens & nihil, sed erit media inter ens & materiam, si autē plus deficit ab entitate, quam illa adhuc non erit materia, quia non erit media inter ens & nihil, sed inter materiam & nihil. Et vt magis clare ostendamus propositum dicamus, quod potētia pura nō potest perficere in entitate, nisi fiat ens in actu, nec potest in aliquo deficere in entitate, nisi fiat nihil, quia ex quo materia est pura si esset aliquid, quod esset minus ens quā potētia pura, illud statim esset nihil, quia nec esset actus neque potētia, sed si plus habeat de entitate, quā potētia pura oportet, quod sit aliquid ens in actu materia ergo sic est constricta & coacta, et sic habet esse punctale inter ens et nihil, quod si in puncto proficiat statim vadit ad vnum extremum, et fit ens in actu. Si vero in puncto deficiat statim iret ad aliud extremum, et sic fieret nihil, imaginari itaque plura talia essentialiter differentia est omnino ridiculum. Postquam ostendimus, quod antiqui doctores, tam sancti quam philosophi non senserunt, quod essent plures potētie pure essentialiter differentes, vel quod esset dare plures materias proprie dictas differentes per essentiam: & adduximus rationes commenti, que possunt applicari contra positionem nostrā, et assignauimus rationes confirmantes positionem, quā credimus esse veriore restat exequi, quartum et vltimum, videlicet soluere rationes commenti, et rationes alias, contra positionem istam, et tunc habebit finem, questio

E
Entitas materie quedā distans a primo.

F
Ratio. 3.
com. 70.
73. 79.

G
Essentia, lis differentia ex maiori vel minori actualitate.
Materia quomodo mediat inter ens & nihil.

H
Minus potētia pura est nihil.

I
Artic. 4.
Primo cō. ii. cō. 20. de substantia or. cō. 1. & 3.

B
Propositio per se nota.

Obiectio.

Distinctio quadruplex.

C

Solutio.

Distantia a primo ex spatio perfectio- nis.

D

A nostra, iuxta ordinem, in principio preactum, propter quod sciendum, quod principium huius veritatis est inuestigare corruptionis causam non propter aliud dubitamus utrum insupercelestibus sit materia, & utrum sit eadem per essentiam cum ista, nisi quia videmus illa incorruptibilia, hec autem corruptibilia esse. Videmus autem quod causa corruptionis, aliquando attribuitur forme, aliquando materie, aliquando priuationi forme, quod videtur philosophus attribuere corruptioni in plerisque suorum librorum sententijs, ut in primo phisicorum, in xij. metha. & in libro de generatione, & in multis alijs locis, ubi vult quod generationes & corruptiones sunt ex contrarijs in contraria, & quod non est corruptio proprie, nisi a contrario cum enim contrarietas non sumatur ex materia, sed ex forma, iuxta dictum commentum in primo phisico. ubi adducens Alex. ait, quod substantia substantie est contraria est verum, secundum formam non autem secundum materiam, licet enim perfecta ratio contrarietatis non sit in substantia, aliquis tamen modus contrarietatis est in ipsis substantijs non secundum materiam, sed secundum formam. si ergo ratio contrarietatis ex forma sumitur, que corruptionem contrarietati attribuit videtur rationem corruptionis assignare forme, ergo ex dictis philosophi haberi potest, quod ratio corruptionis sit forma, nisi enim res haberet formam habentem contrarium res illa incorruptibilis esset, rursus ex dictis philosophi habetur quod ratio corruptionis sit materia, sic enim vult esse in vij. metha. quod habere potentiam ad esse & non ad esse hoc in quolibet est materia, si ergo materia est id, per quod res potest esse & non esse ratio corruptionis est attribuenda materie. tertio dicere possumus, quod ratio corruptionis est attribuenda priuationi, nam priuatio est illa que de se est non ens, et priuatio est illa propter quam materia machinatur ad corruptionem rei, et ad maleficium eius, ut vult philosophus primo phisico. ut ergo in tot diuersis testibus appareat veritas dicamus, quod cum corruptio priuationem imponeret ex priuatione oportet accipere rationem corruptionis essentia enim materia de qua magis videtur, quod sit ratio corruptionis quam essentia forme non est huiusmodi ratio nisi per priuationem, ut plane vult philosophus in primo phisicorum, ubi ait quod materia appetit formam sicut femina marem & turpe pulchrum, non quia in se est turpis neque femina, sed per accidens id est ratione priuationis, ubi commentator vult quod materia in se non est turpis, sed turpitudine accidit ei ex priuatione sibi annexa. Dicamus ergo, quod forma est aliquo modo causa corruptionis sui ipsius, plus tamen materia, omnia tamen illa sunt huiusmodi corruptionis causa, propter priuationem, forma enim eo ipso, quod est habens contrarium habet priuationem annexam, & quia habet priuationem annexam simul informat materiam cum priuatione forme, contrarie ergo informat materiam, modo diminuto materia autem sic priuata, & sic diminuta appetit se perfici forma illa qua est priuata & diminuta, ubi ergo forma contraria habet priuationem annexam, materia sic perficeretur vna forma, quod non esset diminuta, nec priuata, alia ex priuatione ergo, & ex diminutione materie est accipienda ratio corruptionis corruptio, ergo plus est attribuenda materie, quam forme & plus priuationi, quam materie ratio enim corruptionis plus est attribuenda materie quam forme. Nam materia est causa corruptionis eius in quo est & appetit corruptionem eius in quo est, sed de forma, licet possumus aliquo modo saluare, quod sit causa corruptionis eius in quo est nullo modo tamen possumus salua-

re, quod huiusmodi corruptionem appetat est enim aliquo modo talis corruptionis causa ipsa forma in quantum habet priuationem annexam forme contrarie ratione cuius materia machinatur ad maleficium, et appetit corruptionem eius in quo est, ipsa tamen forma hoc non appetit, nec ad hoc machinatur pius est ergo causa corruptionis materia quam forma. Rursus ratio corruptionis plus est attribuenda priuationi quam materie, nam quod materia sic appetat, & sic machinatur hoc non est nisi propter priuationem. Si ergo volumus loqui de ratione corruptionis dicemus quod illa tria se habent per ordinem forma materia & priuatio. Nam forma non est ratio corruptionis, vel si est hoc est propter materiam, nam forma si est ratio corruptionis. Hoc solum est ratione priuationis annexe, ipsa autem priuatio annexa forme non facit, quod forma appetat corruptionem, sed quod materia que informat per priuationem illam, ergo forma non erit ratio corruptionis, nisi propter materiam. Nam prout est huiusmodi ratio, quia adducit secum priuationem forme contrarie ratione, cuius priuationis materia appetit esse sub forma contraria. Rursus materia secundum essentiam suam non est causa corruptionis nisi propter priuationem admixtam, ut patuit per philosophum & commentatorem, in primo phisico. qui volunt quod turpitudine & femineitas, & machinatio ad maleficium, & ad corruptionem non competunt materie nisi per priuationem, tolle ergo priuationem a materia, tollis omnem corruptionis causam. His autem visis de leui soluuntur rationes commentat. licet illas rationes non faciat commentator, ut ponat duas potentias puras per essentiam, vel ut ponat duas materias sumptas in modo quo diximus essentialiter differentes, sed facit eas ut neget a celo materiam proprie dictam, & ut probet celum esse corpus simplex, tamen quia aliqui nituntur rationes illas trahere ad hoc, quod sit vna materia in celo, & tamen sit alia per essentiam ab illa ideo soluimus rationes illas. Nam cum primo arguitur, quod si in celo esset materia, & esset eiusdem rationis, cum illa tunc materia celi esset substantia forme contrarie sicut est illa, & tunc celum esset generabile & corruptibile, sicut sunt sola inferiora. Dicit debet, quod materiam celi esse eiusdem rationis cum materia ista intelligitur vel secundum essentiam nudam et ut consideratur absoluta ab omni forma, vel ut est priuationi admixta, & ut subicitur transmutationi, primo modo est eiusdem rationis, & sic currit questio nostra. secundo modo non & sic procedebat ratio facta non est autem de ratione essentie materie, quod sit subiecta forme contrarie, sed hoc est de ratione materie, ut habet priuationem admixtam, non priuationem admixtam habere non posset, nisi esset subiecta forme contrarie. Et ex hoc patet solutio eius, quod in eadem ratione rangebatur. videlicet quod celum esset generabile et corruptibile, nam ut patuit forma non est causa corruptionis, nisi propter materiam: nec materia, ut dicebatur per essentiam suam est ratio corruptionis, nisi propter priuationem admixtam, & quia in materia celi non est admixta priuatio quantumcunque in celo sic sit natura essentie materie, & natura essentie forme, tamen quia deficit ibi tertium principium scilicet priuatio, ideo oportet celum esse incorruptibile, iucorruptibilitas ergo celi sumitur propter defectum priuationis admixte, quod autem non sit ibi talis priuatio admixta non contingit ex materia, sed magis ex forma: nam quia forma celi est forma non habens contrarium, & ideo ex forma non habens priuationem annexam. Dicemus itaque quod contrario contingit de corruptione in istis inferioribus, et de corruptione in supercelestibus. nam hec forma si est

Que sit
corruptio-
nis rerum
causa.

a. phi. i. c.
51. 12. me
tha. l. 6. et
53. 1. de ge
ne. l. c. 21.
a. phi. c. 6.
52.

B
contrarie-
tas substantie
est per
formam. 1.
p. priuatio
nez forme
alterius.
1. phi. a. 7.
et ad. 77.
T. c. 22.
T. c. 30.

C
Te. c. 31.

Cap. 31.

prima cor-
ruptionis
causa pri-
uatio.

D

B

F

c. 31.

Soluuntur
rationes
comen.
Ad 1. A.
uer.
Duplici-
ter.

G

Materia
celi nuda
est eiusdem
rationis.

H

In celo de-
ficio tertium
principium
ideo incor-
ruptibile.

causa corruptionis, hoc est propter materiam: ibi autem est causa incorruptibilitatis propter formam, totum tamen hoc contingit, quia in istis inferioribus est admixta priuatio, in supercelestibus vero est carētia priuationis, ideo illa sunt perpetua hec autem corruptibilia. Si ergo vis assignare causam, quare ista sunt corruptibilia & non illa non assignes hoc ex diuersitate materie, quia eadem est materia per essentia hic & ibi sed assignes, hoc ex diuersitate forme, vt quia forma ista habet contrarium, & habet priuationē annexam: illa autem forma non habet contrarium, nec priuationem annexam: ideo ista sunt corruptibilia nō illa, & ista est sententia Auic. in primo libro sufficientie sue. ibi determinat de communitate principiorum vult enim ibi, quod materia sit eadem in supercelestibus, & in istis sed quod illa sint incorruptibilia & nō ista hoc non est ex parte celi materie, sed ex parte forme eius, que contrarietatem non habet, vnde ait ibidem eodem lib. & ca. quod nō corrumpitur. s. celum, ideo contingit, quia ipsum celum est adiunctum forme, que non habet contrarium, & subdit ibidem dicens ergo causa, quod non generatur & non corrumpitur. s. celum erit ex parte lue forme non ex parte materie. Secunda autem ratio de leui soluitur, nam cum dicitur si eadem esset materia per essentiam in supercelestibus, & in elementis, tunc materia celi posset esse sub forma elementi, & quia hoc nunquam erit, tunc illa potentia est ociosa, & est aliquid frustra in natura. Dicit debet quod potentia materie, vt materiatur per formam. hoc contingit per essentiam suam non enim cadit priuatio media inter essentiam materie & essentiam forme, sed potentia materie, vt expolietur vna forma & induatur alia, vel potentia materie non quantum ad perfectionem forme quam habet, sed quantum ad acquisitionē forme quam non habet. Ista talis potentia non potest fundari in nuda essentia materie, quia materia per essentiam suam, nunquam appeteret expoliari vna forma, vt induatur alia, sed hoc conuenit materie ratione priuationis admixte, vt probauimus per philosophum & commen. in primo phisic. & quia in celo non est priuatio admixta: non est ibi naturaliter loquendo potentia ad aliam formam. potentia ergo ad aliam formam frustra & ociosa in celo non est, quia non est ibi talis potentia, esse enim frustra presupponit esse, deus autē posset hoc facere, quia cum ipse in agendo non presupponat materiam, sed presupponit eius aptitudinem naturalem, potentia tamen vel aptitudo naturalis ad formam aliam nulla est in celo. Tertia etiam ratio commen. de leui soluitur nam cum dicitur, quod cuiuslibet potētie passiuę. Responder potentia actiua dici debet, quod in celo naturaliter loquendo non est potentia passiuā ad aliam formam, ideo nullum est agens naturale, quod posset ipsum facere sub alia forma, nihil ergo est in naturali ociosum: nec est aliqua potentia naturalis frustra, nec passiuā, & hoc de questio sufficiant. ¶ Ad primum dicendum, quod multe sunt cause deueniēdi in cognitionem alicuius cum re cognita non astringimus nos ad causas illas, vt transmutatio secundum locum fit causa querendi locum, & deueniēdi in cognitionem loci cognita tamen natura loci querimus locū rebus quiescentibus magis quam mobilibus, vt querimus per se locum ipsi terre est, que immobilis secundum se totam: celo autem quod mouetur secundum se totum non damus locum. s. per se, sed dicimus ipsum esse in loco, quia terra est in loco, vt vult comment. super iij. phisic. vel qd idem est dicimus celum esse in loco nō quia sit in aliquo, sed quia sit circa aliquid & sic est de transmutatione ad situm, que fecit scire locum ita

suo modo est de transmutatione ad formam, que fecit scire materiam, nisi enim res transmutaretur secundū formam ignota esset natura materie, quia nec quesiuissemus eā, cognita tamē nature materie, ideo astringimus nos ad hanc causam, immo ponimus materiā etiam in his, que non transmutantur per formam vel possumus dicere, quod ex hac ratione non arguitur, quod nullo modo in celo sit materia, sed solum arguitur, quod non sit ibi materia vt est coniuncta priuationi, & vt transmutatur secundum formā, vel vt est substantia transmutationis ad formam. ¶ Ad secundum dicendum, quod materia primo producta non fuit omnino informis. Vnde Aug. xij. cōfes. vult quod materia primo creata erat informis non priuatione omnis forme, sed comparatione formosorum, aliquā ergo formam habebat materia producta. primo, licet incōpletam & imperfectā: & quia habebat aliquam formā aliquā diuersitatē habebat in suis partibus, ita quod in parte superiori, vnde erat formandū celū erat illa materia posterior, in inferiori vero, dum debebat formari terra erat prior, vna ergo erat materia per essentiam, sed propter diuersitatem quā habebat in suis partibus diuersa vocabula sibi conueniebat. ¶ Ad tertium dicendū, quod vnitas generis est, quasi vnitas materie, nā ille forme circūcernunt eandē materiam, que sunt apte nate se inuicē expellere, & quia contraria sunt apta nata fieri circa idē forme contrarie se ad inuicē expellentes aliquo modo circūcernunt eandem materiā, cū ergo cōtraria sint sub eodē genere, vt probatur in x. meth. Hoc modo potest intelligi, quo vnitas generis sit quasi vnitas materie, quia forme habētēs cōtrarietate ad inuicē sunt in eodē genere, quia circūcernunt eandē materiā. Dicimus enim, quod albu & nigrū sunt in eodē genere, quia circūcernunt eandē materiā, vt super sicie, sed qualitas & quantitas non sunt in eodē genere: quia non circūcernunt eandē materiā, nā quantitas, tanquā in propria materia & in proprio subiecto fundatur in substantia, qualitas vero in quantitate ex vnitate ergo materie possumus venari vnitate generis & propinqui & remoti, secundū quod diuersificatur materia, vnitas ergo generis est quasi vnitas materie, & ex vnitate materie venatur vnitate generis non quocunque modo ex vnitate materie, vt est transmutationis subiectum, vt ille forme sunt in eodē genere, que se inuicē in materia expellunt, & quibus vicissim materia subijcitur, celi, ergo & elementa, quia differunt genere non conueniunt in materia, vt est transmutationis subiectū, sed ex hoc non arguitur, quod non sit eadē materia per essentia. hic & ibi, quia ex materia considerata per suā nudā essentia non est inuestiganda vnitas generis. ¶ Ad quartum dicendū, quod hec diuersitas potentiarum, & diuersitas actionū, arguunt diuersitatē substantie, dū tamen ille actiones, vel ille potentie per se habeant ordinē ad substantias illas, vt quia calefacere, & infrigidare sunt operationes diuersę ignis & aque, quorū sunt operationes proprie habent substantiā diuersam non substantiā, que est materia, sed substantiam que est forma non conueniunt enim in materia ignis & aque, differunt autem secundum formā sed si calefacere & infrigidare respicerent ipsam materiam, secundum se non autem, vt est coniuncta forme non possit ignis calefacere, & aqua infrigidare, nisi haberent diuersam materiam, per essentiam sic & in proposito, si potentia transmutationis ad formā fundaretur in ipsa essentia materie, secundū se & non in essentia materie, vt est priuationi coniuncta, ita qd ipsa materia secundum se machinaretur ad maleficiū & ad corruptionem forme, ex quo in materia celi nō

Cap. 4. Auicenna sentit euz Egidio.

Ad 2.

B

Com. 8.

Ad 5. In materia celi nulla est potentia passiuā.

Ad argumēta principalia ad primum.

D

Cap. 43. Celum quomodo est in loco

Ad 2. cap. 6.

Ad 3. R.

T. 6. 14.

Vnitas generis est vnitas materie quomodo.

G

A

H

Potentia transmutationis ad formam, nō est per se in essentia materie.

A est talis machinatio ad maleficium, nec est in potentia ad aliam formam sicut est in materia elementorum oporteret quod illa materia per essentiam diuersificaretur ab ista, sed cum talis potentia ad formam aliam fundaretur in materia mediante priuatione non ex ipsa essentia materie sed ex priuatione accipienda est illa diuersitas, materia ergo celi non habet potentiam ad aliam formam sicut, materia ista sed hoc non est ratione essentie materie sed ratione priuationis, ut ideo contingit ibi diuersitas inter istam materiam, & illam, quia isti materie est ammixta priuatio, & non illi.

Diuersitas materie in superioris & inferioris est ex priuatione.

Ad. 5.

C Ad quintum dicendum quod non est simile de genere respectum specierum, et de materia respectu forme quia genus in specie est idem realiter cum specie si ergo forma generis debet realiter differre a forma specierum hoc non est in illa specie sed ut saluatur in alia ut nunquam animal differt ab homine realiter nisi animal ut est in asino, vel quod est in alia specie ab homine sed non est sic de forma, & materia quia forma que est in materia cum informet, & perficiat eam realiter oportet quod sit realiter differens a materia in qua existit supponebat ergo ratio falsum quia supponebat esse simile quod non erat simile.

B

Ad. 6.

C Ad sextum dicendum quod que non sunt ad inuicem transmutabilia non conueniunt in materia verum est ut est transmutationis subiectum, & ut est priuationi coniuncta, sed non oportet quod non conueniant in materia ut consideratur secundum suam nudam essentiam.

Ad. 7.

C Ad septimum dicendum quod causa quare materia celi non appetit, nec potest esse naturaliter sub alia forma est quia non est sub forma habente contrarium, nec est priuationi ammixta. Ideo dicitur forma celi omnes continere formas quia cum careat contrarietate nec habeat annexam priuationem ita faciat materiam ac si esset in ea omnis forma arguere ergo de continentia in vniuersali vel de alijs modis continentie, non est ad propositum, quia huiusmodi continentia formarum, in tantum facit ad facietatem materie in quantum fundatur super carentia contrarietatis.

Forma celi queritur uicem cuius forme sum.

Ad. 8.

C Ad octauum dicendum quod quando sit vna forma continens aliam quod forma continens habet contrarietatem vel habet priuationem annexam alterius forme talis forma continens non potest facere materiam, & quia sic sensituum continet vegetatiuum, & intellectuuum sensituum quia ad omnes tales formas sunt annexe alique contrarietates, & priuationes aliarum formarum ideo tales forme appetitum materie facere non possunt, forma autem celi que contrarietate caret sic materiam perficit quod materia illa propter carentiam priuationis ad maleficium illius forme machinari non potest, nec potest appetere esse sub alia forma.

Forma in superiores quare non faciant appetitum materie.

Ad. 9. 16. 20. 22.

C Ad nonum dicendum quod non debemus imponere philosopho quod negauit in celo esse materiam cum ipse plane dicat in primo celo, & mundi quod celum est forma in materia & quod celum est vnum quia constat ex tota materia sua, cum ergo alibi non dicat expressius contrarium huius nec ibi, expresse tenendum est hanc fuisse suam opinionem quod vere in celo sit materia, verba autem sua in 8. methaphisice sunt exponenda possumus igitur distinguere de materia, dicemus enim materia potest accipi ut est subiecta forme, & ut est subiecta transmutationi, & vtraque est duplex, nam cum duplex sit forma substantialis, & accidentalis materia subiecta forme substantiali est materia proprie subiecta forme accidentali est materia large secundum quod ipsum compositum, & ipsum corpus dicitur esse materia in qua fundatur accidens sic etiam cum duplex sit transmutatio ad vbi, & ad formam substantialem respectu transmutationis ad formam substantia-

D Materia probe ad formam substantialem.

le sumitur materia proprie respectu vbi sumitur materia large, nam motus ad vbi fundatur in ipso composito in celo ergo respectu forme est materia proprie & large quia est ibi materia subiecta forme substantiali que est materia proprie, & subiecta forme accidentali que est materia large prout materia dicitur corpus respectu autem transmutationis non est ibi materia proprie, quia non est in celo transmutatio cui proprie sit subiectum ipsa materia, quia non est ibi genere est autem ibi hoc modo materia large, nam cum non sit ibi nisi transmutatio ad situm cui transmutationi non subicitur materia proprie sed large secundum quod ipsum corpus, & ipsum compositum potest dici materia, in celo ergo respectu transmutationis non est materia nisi corpus, est enim in celo multiplex forma sed non est ibi multiplex transmutatio in celo itaque possumus saluare materiam etiam proprie secundum quod materia perficitur per formam sed in celo respectum transmutationis non possumus saluare materiam nisi large secundum quod ipsum corpus dicitur materia, quia nulla est ibi transmutatio cui subicitur ipsa materia sed solum est ibi transmutatio cui subicitur corpus, et hec videtur esse intentio philosophi in 8. methaphisice qui in substantijs eternis dicit quod est aliquod genus proprium ad materiam quia, ille sunt motus in loco tantum.

E

T. co. 12.

F

Ad. 10.

Materia tripliciter

C Ad decimum dicendum quod naturaliter loquendo materia secundum nudam essentiam suam non contingit quod sit in potentia ad omnes formas, dicitur ergo quod materia tripliciter potest considerari vel secundum suam nudam essentiam vel ut est subiecta forme carente contrarietate cuiusmodi est forma celi vel ut subicitur forme contrarie cuiusmodi est forma elementi vel forma mixti materia autem secundum suam nudam essentiam si esset absoluta ab omni, forma non perficeretur nec posset naturaliter perfici nec esset naturaliter in potentia ad aliquam formam, ita quod agens naturale nihil in ea posset agere plane dicit commenta. in 8. phisicorum vbi vult quod si materia esset absoluta ab omni forma quod non posset esse alicuius transmutationis subiectum si vero materia sit sub forma non habente contrarium potest perfici, & perficitur per illam formam quam habet sed non est in potentia naturaliter ad formam si non sit sub forma habente contrarium, & est in potentia ad omnes formas, non ad omnes forma simpliciter quia talis materia non est naturaliter in potentia ad formam celi sed est in potentia ad omnes formas contrarias.

Com. 4.

Ad. 11.

C Ad vndecimum dicendum quod materia non facitur nec habet omnes formas ad quas est naturaliter in potentia sed quia materia celi eo quod est sub forma non habente contrarium non est naturaliter in potentia ad aliam formam ideo sola illa forma faciat appetitum eius.

Ad. 12.

C Ad duodecimum dicendum quod materia existens sub forma contraria non est in potentia ad omnes formas simpliciter sed ad omnes formas habentes contrarium materia ergo existens sub forma elementi non est naturaliter in potentia ad formam celi eo quod forma celi contrarietatem non habet.

FINIS.

Domini Ægidij Romani, Archiepiscopi Bithuricensis Diui Augustini ordinis, de materiali celi compositum questiones feliciter expliciunt.

H

K

REVERENDISSIMI DOMINI MAGIDII ROMANI BITHVRICEN

SIS ARCHIEPISCOPI DIVI AVGVSTINI ORDINIS

DE VTRIVSQVE INTELLECTVS PLVRALITATE

CONTRA AVERROISTAS QVAESTIO MI-

RABILIS ET DOCTRINA ET RATIO.

NIBVS INSOLVBILIBVS FOR-

CVNDISSIMA.



VIA enim nonnulli dubitant quomodo intellectus variatur variatione corporum cum philosophus dicat; simplicem, & in materialem ipsum. Idcirco intendimus hanc questionem perquirere. Primo ponemus argumenta quedam non multum cogentia ad utram-

que partē. **C** Arguitur enim primo quod intellectus non numeretur numeratione corporum quia nunquam potentia est magis abstracta quam essentia. Sed potentia intellectiva non est actus corporis ergo nec essentia in qua huiusmodi potentia radicitur. Non enim est multiplicatio aliquorum nisi quia in eis consideratur potentia ammixta actui, & actus potentie, & ita vnus existentis in potentia pura, & in actu puro non est multiplicatio. vnde vna est materia omnium habentium eam, & vnus est actus purus qui omnia produxit in esse. Sed in ordine intelligibilem intellectus noster se habet quasi materia pura in genere entium & tenet gradum infimum. Deus autem est actus purus, & tenet gradum supremum, intelligentie autem tenent locum medium ita quod non sunt potentia pura: nec sunt actus purus. Deus igitur est vnus, & intellectus noster pari ratione vnus. Intelligentie vero medie poterunt plurificari. **P** Preterea non est plurificatio in rebus nisi in eis que sunt generabilia, & corruptibilia, quia ad hoc conceditur in talibus multiplicatio talis vt que non possunt in se saluari saluentur in suo simili. Sed noster intellectus omnino est incorruptibilis, quia secundum philosophum. Est alterum genus anime, & separatur ab alijs sicut perpetuum a corruptibili ergo non est causa quare multiplicetur. **P** Preterea si intelligere non concitatur corpori nec virtus intellectiva communicatur corpori, quia si calefacere non cōpeteret corpori, nec etiam forma substantialis ignis ad quam de necessitate color communicaretur corpori. Si igitur intelligere non est actus corporis: nec partis corporis potentia intellectiva ad quam de necessitate sequitur talis potentia non est perfectio corporis ex si sic non multiplicatur multiplicatione corporum. In contrarium est quia diffinitio communis anime est, quod sit actus corporis, & actus primus. Sed non est intelligibile quod multiplicentur corpora nisi multiplicentur eorum perfectiones prime ergo &c. **C** Preterea philosophus appellat intellectum partē anime qua cognoscit, & sapit anima sed non est pars essentialis, est igitur est anima in homine plures habens potentias per quam animam homo vivit, & intelligit. Sed anima per quam homo sentit multiplicatur multiplicatione corporum ergo, & anima per quam homo intelligit cum sit vna et eadem multiplicabitur multiplicatione corporum. **P** Preterea, intellectum comparat materie prime. Sed si in materia prima esset aliquid in actu propter istud quod est in potentia non esset vna nu-

mero in omnibus, cum igitur intellectus sit aliquid in actu propter istud quod est in potentia quia non est pura potentia simpliciter sed sicut pura potentia in genere intelligibilem quia non est actu aliquid intelligibilem antequam intelligat non igitur intellectus est vnus numero in omnibus.

Respōdeo dicendo quod ut appareat veritas huius questionis totam istam questionem in partes quatuor dividemus. Nam primo assignabimus rationes quas commentator facit pro se, & quas facit contra se, & ipsarum solutiones, secundo declarabitur commenta. postremo, tertio adducuntur que sint rationes facte contra commenta. & ostendetur quod non improbant ipsum ut debent. quarto, & ultimo adducuntur ipsius commenta, rationes, & per consequens rationes alie quas moderni, addiderunt ad fulcimentum, rationis ipsius.

Sed antequam fiat quod dictum est ne in equiuoco laboremus quot modis dicitur intellectus distinguemus. Ad cuius euidenciam est. Notandum quod philosophus accipit quatuor modos intellectum, & commentator duos alios modos addidit vno enim modo secundum philosophum accipitur intellectus pro intellectu materiali vel potenciali, & iste est intellectus de quo dicit philosophus quod est omnia fieri, secundo autem modo accipitur intellectus pro intellectu agente, & iste est intellectus de quo ait philosophus quod est omnia facere.

Tercio modo accipitur intellectus pro eo quod intelligit & non informat, & de hoc dicit philosophus quod in separatis a materia idem est intelligens, & quod intelligitur.

Quarto modo accipitur intellectus pro imaginatione, & iste dicitur intellectus passivus de quo dicitur, quod intellectus corrumpitur. His autem quatuor acceptionibus intellectus commentator duas alias addidit scilicet intellectum speculatiuum, & intellectum adeptum. Intellectus autem speculatiuus secundum ipsum componitur ex intellectu materiali seu possibili, & intellectu in actu, intellectus vero adeptus est compositus ex intellectu materiali, & lumine intellectus agentis imaginabatur enim ipse quod sicut aer recipiendo speciem recipit lumen sic intellectus materialis siue possibilis simul recipiendo speciem recipit lumen intellectus agentis. Et post receptionem talis luminis vocatur adeptus.

His ergo visis notandum quod commentator ex rationibus positionem suam roborat, et vult ostendere quod intellectus qui dicitur possibilis est vnus numero.

Prima enim sua ratio talis est. Nihil multiplicatur multiplicatione corporum nisi quod est virtus materialis sed intellectus est, simplex, & in materialis igitur non multiplicatur multiplicatione corporum.

C Secunda

Ratio.

Ordo cendosuz
F

Articu. 1.

intellectu
quadrupl.
secundum
philosopu

Primo.

Secundo.
G
Tertio.

Quarto.

intellectus
secundum
Auerro.

Rōnes A
uerro. pro
intellectus
unitate.

H
1. Ratio.

A **Ratio. 2.** ¶ Secunda uero ratio talis est quod non est corpus nec virtus in corpore non multiplicatur. intellectus est huiusmodi igitur &c.

Ratio. 3. **C** Tertia ratio talis est. Nam si intellectus multiplicaretur tunc ea que essent in intellectu non essent in actu, cuius ratio est quia si intellectus multiplicaretur esset virtus materialis, & esset hic et nunc, sed ea que sunt hic & nunc sunt in intellectu in potentia ergo &c.

Ratio. 4. **C** Quarta ratio talis est. Nam si intellectus esset multiplicatus tunc idem seipsum moueret.

Ratio. 5. **C** Quinta autem ratio talis est, quod idem seipsum reciperet: quia ille intellectus omnes formas materiales recipit, si igitur, & ipse intellectus multiplicaretur esset forma materialis, & idem seipsum reciperet. Sed ista quinta ratio modicum differt a quarta.

Ratio. 6. **C** Sexta & vltima ratio talis est. Si potest ostendi quod vna, & eadem species intelligibilis informat omnes intellectus tunc sequitur quod sit vnus intellectus in omnibus numero. Vnde licet non sequeretur quod eadem res videretur ab oculo omnium hominum si vnus esset oculus omnium hominum bene tamen valeret quod si vna species informaret oculum cuiuslibet hominis quod vnus esset oculus cuiuslibet hominis, ergo a simili si igitur vna species informat intellectum omnis hominis omnes homines habent vnum intellectum. Quod autem vna species informat intellectum omnis hominis patet, nam possibile est quod plures homines intelligant lapidem tunc ergo quero aut est per vnam speciem lapidis aut per aliam, & aliam sic per vnam habeo intentum si per aliam, & aliam tunc ille due species oportet quod differant numero. Et communicant in forma cum ducant in cognitionem vnus nature sed quotiescunq; aliqua dicunt differentiam in numero, & communicant in numero seu in specie tunc nullum eorum habet intellectum in actu, & habent tantum intellectum communem ideo nulla illarum specierum est in intellectu in actu sed habent intellectum communem. Et tunc quero de illo intellectu communi cum possit intelligi vtrum intelligatur per eandem speciem, vel per aliam sed non est ab ire in infinitum standum est igitur, in primis quod vna species potest informare intellectum plurium hominum, & pari ratione omnium, igitur omnes homines habent vnum intellectu numero.

B **C** Contra se autem, tres adducit rationes. Ad quas intelligendas valet distinctio de intellectu superius posita.

C Nam prima ratio contra ipsum talis est quia si vnus esset intellectus possibilis numero, tunc intellectus speculatiuus esset eternus, & in generabilis, & incorruptibilis ex quo recipiens est eternum, & agens est eternum, necesse est ut receptum sit eternum, & quia intellectus speculatiuus componitur ex intellectu materiali, & intellectu in actu, & habet esse ex eo quod intellectus materialis recipit per intellectum agentem igitur intellectus speculatiuus est in generabilis & in corruptibilis & eternus quod est impossibile.

A **Ratio. 2.** ¶ Secunda ratio contra ipsum talis est quia si perfectio prima fuerit numerata necesse est vt secunda numeretur. Et si secunda numeratur secundum numerationem hominum & intellectus numerabitur secundum numerationem hominum. Et si intellectus est etiam numeratus oportet quod illud quod scit vnus scit & alter: sequitur quod homo sciat antequam sciat.

D **Ratio. 3.** ¶ Tertia ratio contra ipsum est quam Themistius ponit quia si intellectus nullam habet formam de se: non distinguetur a materia prima. nam intellectus secundum istum modum ponendi non multiplicatur: quia non est hic: & recipit materiale formam sed si sic tunc videbitur habere naturam potentie pure & non

C differt a materia prima. **C** Inducit et & quartam rationem quia secundum istum modum intellectus noster vnitur organo fantastico sicut instrumento: sed vni motori non attribuitur nisi vnum instrumentum in eadem hora. nam si eadem potentia vni actui attribueretur ut vni motori plures naues: tunc illud esset ociosum. Iterum videmus quod vni motori corporis celestis attribuitur solum vnum corpus celeste: ergo & vni intellectui non possent attribui tot notitie nisi sit ociositas in natura. Has autem rationes soluit comen. concedens quod sit inconueniens intellectum speculatiuum esse eternum: quia si intellectus speculatiuus esset eternus: intentiones essent eterne, & si sic tunc intentiones imaginatiuarum virtutum essent eterne. Et si sensationes essent eterne: tunc sensata essent eterna quod est conueniens ideo intellectus speculatiuus e generabilis & corruptibilis. Quod vero obijcitur quod si agens est eternum, & recipiens est eternum quod receptio est eterna propter quod volebat concludere Themist. quod intellectus speculatiuus esset eternus. Respondet comentator quod intellectus speculatiuus constituitur per duo, scilicet per intellectum agentem & imaginationem, licet ergo intellectus agens sit eternus tamen quia intentio imaginata est generabilis & corruptibilis ideo intellectus speculatiuus e generabilis & corruptibilis.

C Ad secundum quod obijcitur quod oportet quod ego sciam quod tu scis non oportet, quia ut ipse dicit nos sumus dicti potentia intelligentes a primo die a principioque nostre natiuitatis. vnde duplici potentia puer intelligitur vno modo quia forme imagine in eo sunt in potentia in intellectu. Alio modo quia intellectus materialis qui natus est recipere in intellectu intentionem illius forme imagine eam recipi in potentia & est coniunctus ei in potentia. Ex quo colligitur quod nos intelligimus ex eo quod intellectus nobis coniungitur, & quia aliter coniungitur vni & alter alteri & per alias & alias intentiones imaginatas, sequitur quod non oportet quod vnus sciat quod alter scit nec sciat antequam sciat.

C Tertia autem ratio contra ipsum soluitur quia nunquam intellectus materialis est absque omni forma quoniam opinati sumus secundum eum: quod intellectus materialis est vnus omnibus hominibus. Et ex hoc sumus opinati quod species humana est eterna: ut determinatum est in alijs locis. necesse est ergo ut intellectus materialis non sit denudatus a principijs naturalibus comunibus toti humani speciei scilicet a primis propositionibus. Et ideo nunquam intellectus remanet idem cum materia prima.

F Prererea possibilitas intellectus non est eiusdem rationis cum potentialitate materie ut et ipse vult. & ideo non oportet quod sit eadem.

C Quarta uero ratio soluitur ita scilicet quia omnia organa fantastica respondent ei vt vnum instrumentum: nam si rotam celum responderet intelligentie vt instrumentum vnum: non est inconueniens quod tota humana species que est nihil respectu totius celi, responderet intelligentie in fine, siue nostro intellectui ut instrumentum.

B **4. ratios**

Soluuntur rationes contra Auer.

Ad prim.

intelleus speculatiuus quid

F

Ad secund.

Ad tert.

G

Ad quart.

Articu. 2.

H

Po Auer.

D

k ij

Exemplis pulcrum
Differen-
tia dup-
formarum
Corpora-
lis nature
et spiritua-
lis differ-
entia.
F
Prima.
differen-
tia, 2o
Pro com-
mentato-
re.
Primum
declaran-
dum.
G
H
Species
forma in-
tellectus
candum
Auerro.

talis similitudo sit per unitatem forme non perfecte
assequitur genitum gignentis unitatem forme, ex eo
quod illa actio non attribuitur forme sed composito li-
cet illius actionis forma sit ratio. Sed in generatio-
nibus in intentionalium, genitum perfecte consequitur si-
militudinem gignentis, sicut similitudo in speculo ge-
nita perfecte consequitur gignentis similitudinem.
In duobus differt forma intentionalis a reali quia for-
ma intentionalis non recipit numerationem a subie-
cto ut realis, nec educitur de potentia materie cum per
se loquendo non requiratur ibi motus nec transmuta-
tio. Visa igitur differentia inter formas reales, & inten-
tionales ex qua differentia forme intentionalis duo
consequuntur, primū quod quia non extenduntur ex-
tensione subiecti, secundum aut quod nō numeratur
numeratione subiecti sed potius numeratione rerum
in quarum cognitionem ducunt, siue eorum a quibus
sunt, nam illa intentio albedinis in illa parte aeris exis-
tens differt numero ab illa intentione albedinis in ea-
dem parte aeris existente non ratione subiecti quia in
eodem subiecto sunt sed ratione diuersarum albedi-
num in quarum cognitionem ducunt, & a quibus tra-
xerunt originem. Restat igitur videre quomodo dif-
ferat natura intellectualis a natura corporali, propter
quod sciendum est primo quod natura intellectualis
seu spiritualis potest simul esse cum corporali absque
eo quod natura corporalis sibi cedat vnde illi qui di-
cebant animam esse corpus secundum philosophum
ponebant duo corpora in eodem, natura enim corpo-
ralis simul cum alia natura corporali esse non potest.
C Secunda autem differentia est quod natura spiri-
tualis, potest esse simul, & semel in diuersis dummodo il-
la diuersa habeant ordinem ad aliquid vnum. Sic con-
cedimus vnam, & eadem essentiam anime esse in di-
uersis partibus corporis prout ille partes habent ordi-
nem ad vnum totum ita, & illi qui ponebant dato-
rem formarum cum ponerent quod vnus, & idem
dator operatur in diuersis simul, oportet eos dicere
quod ille dator simul esset in diuersis in quantum il-
la diuersa ordinantur ad vnum ut forte ad susceptio-
nem vnus forme, natura enim corporalis nunquam
secundū se tota simul potest esse in diuersis in quantum
illa diuersa ordinantur ad vnum aliquid.
His ergo visis restant quinque declaranda vt commen-
tatoris ratio facilis habeatur. Primum est quod vna
& eadem intentio informat imaginationem, & intel-
lectum, nam ut dicebatur intentiones illius non reci-
piunt numerum a subiectis in quibus sunt, & tamen
due intentiones solo numero differentes possunt esse
in eadem parte aeris, & vna, & eadem intentio si-
mul posset esse, & in aere & in aqua non cederet ei
nec econuerso.
Cum igitur natura corporalis ut organum fantasti-
cum non cedat nature spirituali ut intellectui ita illa eadē
intentio que informat phantasmata informare pote-
rit intellectum.
Ad hoc etiam valere potest quod superius fuit tactum
quia huiusmodi intentiones numerum recipiunt ab
illis in quorum cognitionem ducunt. Et quia species
in intellectu ducit in cognitionem nature sine conditio-
nibus materie, species autem in phantasia ducit in co-
gnitionem nature cum conditionibus materie sicut
vna, & eadem natura est que consideratur cum con-
ditionibus materie, & sine illis ita, & species vna &
eadem esse poterit que informat phantasmata, & intel-
lectum, & tunc intellectus copulabitur nobis per for-
mam suam, & ista est scientia commentato, quia vult
quod intellectus copuletur nobis per intentiones imaginatas
quod sunt quasi forma ipsius. Et quia intellectus copula-
tus non
bis per

sic enim vnietur nobis intellectus per formam suam
si ipsum phantasma poterit informare, sed ut illa infor-
matio, & vnitas intellectus nobis aliquo modo ratio
nabilis appareat duo per ordinem sunt videnda, pri-
mo enim est videndum quomodo differant forme rea-
les a formis intentionalibus, secundo quomodo diffe-
rat materia spiritualis vt intellectualis a materijs cor-
poralibus. C Propter primū ergo. Notādū qđ forme
intentionales nō numerātur numeratione subiectorum
nec extenduntur extensione ipsorum quia que sic
numerantur non possunt esse plura numero in eodem
subiecto ideo philosophus, quinto methaphi. vult
quod quecumque habent esse in eodem subiecto,
differunt specie, & non numero solum, sed huiusmodi
intentiones solo numero differentes sunt in eadem par-
te aeris, vnde probatur in perspectiua quod licet al-
bum multiplicet speciem suam per totum medium,
ita quod duo corpora alba in eodem medio posita
quodlibet illorum per totum medium suam similitu-
dinem multiplicabit, cum ergo albedines eorum dif-
ferant in qualibet parte medijs, erunt intentiones solo
numero differentes. Ponitur exemplum etiam ab ali-
quibus de luminibus quod in eadem parte medijs reci-
pitur vtrumque lumen, & sic est possibile quod in ea-
dem parte medijs sint due intentiones solo numero
differentes, ita si esset possibile quod duo corpora es-
sent in eodem loco ut aer, & aqua ita quod vnum
non cederet alteri, vna & eadem intentio esset in his
duobus corporibus scilicet in aere, & in aqua.
Non solum autem ille intentiones non numerantur
numeratione subiectorum sed etiam proprie loquen-
do non extenduntur extensione eorum. Quia ex quo
quolibet forma multiplicat se per medium, & per
quamlibet partem medijs tota est in toto medio, & to-
ta in qualibet parte medijs, si autem rationem dicti sei-
re volumus. Sciendum quod causa quare extenditur
forma extensione subiecti est, quia forma illa ducitur
de potentia materie quia quicquid educitur de poten-
tia materie educitur tota de toto, & pars de parte
ideo sequitur quod omnis forma materialis de poten-
tia materieeducta diuiditur diuisionem materie. Et
sic tota est in toto, & pars in parte, causa autem quare
forme numerantur numeratione subiecti est, quia ipse
forme non generantur sed generatur totum composi-
tum, vnde non generatur albedo nec nigredo sed ge-
neratur lignum album, & lignum nigrum, quia esse
est generationis terminus. Esse enim formarum, con-
iuncto attribuitur cui per se competit generatio, quia
sicut ex diuersa ratione quidditatis sumitur diuersitas
speciei ita ex diuerso esse sumitur diuersitas numera-
lis. Et quia huiusmodi esse composito attribuitur sequi-
tur quod diuersitas numeralis in formis ex diuersita-
te subiectorum esse habeat, cum igitur hoc sit propriū
omni forme reali quod ipsa non generatur, sed com-
positum, ideo in omnibus formis realibus competit
numerari numeratione subiectorum, verum quia non
omnes forme reales de potentia materie educuntur
nam omnes forme reales extensione corporis exten-
duntur, sed quia forme intentionales sunt ille quibus
cōpetit gñatio quia nō generatur aer sic intencionaliter
coloratus sed ipsa coloris intencio in aere gñatur. Et hec
est ratio quare in realibus totū cōpositum generatur
quia totū cōpositū gñat sed in intentionalibus sola in-
tentio generatur, quia sola forma generat. Vnde dicitur
quod ipsa albedo generat albedinem suam in ae-
re. Secundum quod perspectiuus hoc probat. Ista au-
tem veritas ex quodam signo manifestari potest, vide-
mus enim in realium generatione, quod genitum non
perfecte sequitur similitudinem gignentis, quia cum

Forme re-
ales quō
ab intencio-
nibus
differant.

Duo acci-
dentia nu-
mero in
eodem su-
bictio.

Forma
cur exten-
ditur exten-
sione su-
bictis.

Forme
cur nume-
ratur nu-
meratione
subictis.

forma in-
tenciona-
lis genera-
tur et nu-
meratur.

A bis per formam suā sequitur ex hoc q̄ intellectus sit forma quodam modo nostra licet non eodem modo si cut alie forme sunt forme materie vnde ipse dicit q̄ actus equiuoce dicitur de intellectu, & alijs formis. Declarato ergo quod vna, & eadem forma in format intellectum, & imaginationem, & quod intellectus est quasi forma nostra secundum quod restat declarandū ut eius positio intelligatur, est quod vnus & idē intellectus p̄t esse vnus i omnibus hominibus nam licet natura corporalis non possit esse in diuersis quantumcunque illa diuersa ordinentur ad aliquid vnum, natura tamen spiritualis bene potest vt est, per habita manifestum. Ideo non est, inconueniens quod vnus & idem intellectus numero est omnibus hominibus vnus. Et hoc est quod dicit commentator opinati sumus quod intellectus materialis sit vnus omnibus hominibus.

2. declarandum.

3. declarandum.

B Homo intelligit p̄ animā nō animā ipsā. Ratio, 1.

com. 63.

Ratio, 2.

T. c. 24.

15 agendi forma, & materia.

Forma principaliter rō agēdi.

Intentio imaginata forma intellectus.

4. declarandum.

D

C Tertium quod restat declarandum est quod homo magis proprie intelligit quam intellectus intelligat cuius ratio duplex potest esse. Vna est quia intellectus ex tali vnione quodam modo efficitur forma nostra & quia forme proprie non est agere sed compositi per formam ideo non est intellectus intelligere nec anime sed magis intelligit homo per intellectum seu per animam vnde ipse commentator vult super primo de anima quod si videremus ipsa membra intrinseca que laborat in intelligendo sicut videmus mēbra extrinseca in texendo vel edificando sicut non concedimus quod anima texit vel filat sic non concedimus quod anima intelligat.

Secunda autem ratio ad hoc idem esse potest quia secundum philosophum in. 2. de anima, non solum sanatur sanitate sed etiam corpore sic non solum scimus anima quantumcumque enim scientia sit ab anima, & actus sanationis sit a sanitate attamen quia sanitas est in corpore ad ipsum actum sanationis cooperatur corpus sic etiam quia scientia est in anima ad actum sciendi cooperatur anima quia nullus est actus forme qui aliquo modo non communicetur materie vel proprio subiecto ita quod secundum eum non solum forma est ratio agendi sed etiam ipsa materia. Nam ex quo forma non potest actionem propriam nisi in materia propria seu in subiecto proprio exercere, non solum ipsa forma sed etiam materia, & subiectum ipsum est ratio agendi nihilominus forma est ratio principalior agendi quam ipsa materia, & subiectum cum igitur intelligere seu actus intelligēdi egrediatur de potentia intellectiua informata specie, cum magis principalis ratio agendi sit forma quam materia seu subiectum, ipsa intentio informans intellectum magis est ratio intelligēdi quam potentia intellectiua, igitur cum illa intentio que intellectum informat sit natura, & sit forma in nobis quia vt habitum est intellectus vnitur nobis per formam suam idest per intentionem imaginatam seu existentem in imaginatione ergo proprie intelligimus, & magis proprie quam intellectus quanto magis forma est magis ratio intelligēdi quam materia.

C Quartum restat declarandum quod intentio que plurificatur ex parte imaginationis habet esse vnum ex parte intellectus cuius ratio est, nam licet huiusmodi species intentionales recipiant numerum per se loquendo ab his a quibus sunt, per accidens tamen aliquando iste numerus impeditur, quia licet in eadem parte aeris possint esse due intentionales albedines solo numero differentes, ex eo quod ille due intentiones sunt a diuersi formis numero tamen si aer reciperet hic, & nunc cum non possint esse in eodem subiecto duo abstracta solo numero differentia tunc ille due intentio-

nes fierent vna intentio. Et si esset possibile quod aqua esset simul cum aere, & aer non cederet aque, & aer reciperet ut hic, & nunc, licet vna, & eadem intentio aliter, & aliter accepta posset informare aerem, & aquam, tamen posset esse quod per ea que sunt plura ex parte aeris esset vnum ex parte aque. Ita quod si due intentiones solo numero differentes informarent aerem cum informarent aquam fierent vna intentio.

Vnde, & commentator dicit quod huiusmodi intellectiua sunt vnum secundum intentionem recipientis & multa secundum intentionem receptam, & appellat ibi secundum intentionem receptam intentionem imaginatam quia eadem est que est in imaginatione & que informat, & que in intellectu recipitur.

P Quintum quod declarandum restat est, quod non semper intellectus de nouo recipit quando aliquis homo de nouo intelligit, sed actus forme aliquando est ibi noua receptio.

Aliquando autem est ibi sola noua vnio absque noua receptione quod ex habitis satis patet.

Nam ex quo intentiones plurificantur ex parte imaginationum, & vniantur ex parte intellectus non est nisi vna receptio omnium specierum differentium solo numero.

Et ideo si tu intelligis vnum lapidem, prius autem non oportet quod intellectus de nouo recipiat speciem lapidis quia forte habebas speciem lapidis antequam intelligeres lapidem, & ut dictum est non possunt intelligi plures species numero differentes.

Ideo ex quo de nouo tu intelligis lapidem cum prius nō intelligeres ipsum vnitus est tibi intellectus cum primo non esset tibi vnitus non tamen est ibi noua receptio, igitur est ibi noua vnio absque noua receptione sed potest etiam per simile declarari in natura verbi gratia.

Nam si aliquis homo de nouo generatur tunc non inciperet homo esse simpliciter, cum prius homo sit etiam quando de nouo tu intelligis esset species lapidis in intellectu ita quod in eo prius non esset sed intellectus per huiusmodi speciem incipit habere nouam relationem ad rem, & esset vnitus tibi, & esset inte cum prius non esset tibi coniunctus vt per ipsam speciem copulatus. Habitis igitur istis quinque, primo quod vna & eadem intentio informat intellectum, & imaginationem ex quo vel propter quod intellectus quodam modo efficitur forma nostra, secundum quod vnus & idem intellectus potest esse vnitus omnibus hominibus.

C Tertio quod ista est magis propria scilicet homo intelligit quam intellectus.

P Quarto quod intentiones que plurificantur ex parte imaginationum possunt esse vnum ex parte intellectus, sed aliquando est ibi noua receptio aliquando autem sola vnio absque noua receptione, apparet positionem commentato. aliquo modo esse rationabilem nec aliquo modo ut videret eius positio rationabilior ostendi potest. Quod si ea per que probabilis est, manifestam etiam calumniam habent, quia sine dubio aliqua ibi dicta habent calumniam, huiusmodi positio ex hoc irrationabilior apparet, verum tamen omnia eius dicta vel habita pretendunt aliquam veritatem probabilem.

Expeditis igitur prima, & secunda parte huius questionis quia adducte sunt rationes commenti pro, & contra.

Et declarata est eius, positio restat tertium prosequi ut scilicet rationes facte ab alijs contra ipsum magis probabiles inducantur.

B

3. anima co. 5. ad longum.

5. declarandum.

F

In noua intentione dat mouē uni onē nō receptiones nouā.

exemplo ostenditur

Prima, **G**

Secunda,

Tertia,

Quarta,

H Art. 3.

rōnes cōtra Auer,

A Ad cuius evidentiati notandum quod contra ipsum commenta. consueverant adduci sex rationes inter alias meliores. Quarum prima, est cōcludens quod homo non intelligit. Nam ex tali vnione quam commentator ponit intellectus ad nos non sequitur quod homo intelligat sed quod magis intelligatur, & est ratio, nam secundum cōmentatorem intellectus copulatur nobis per phantasmata sed intellectus comparatur ad phantasmata sicut oculus comparatur ad colorē quia in ipso existit ita quod intellectus noster vnitur nobis per phantasmata que in nobis sunt. Sed ex vnione quam habet oculus ad colorem siue ad parietem non sequitur quod color seu paries videat sed quod videatur ergo ex vnione quā habet intellectus ad nos nō sequitur quod intelligamus sed quod intelligimur. Vnde dicunt isti q̄ commentator fuit deceptus per fallaciā accidentis, nam si nos intelligimus oportet q̄ habeamus intellectum quasi formam nobis vnitā. Sed accidit ut respicit phantasmata quod vnitur nobis eo quod non vnitur nobis secundum huiusmodi phantasmata respicit, sed magis sicut a nobis separāt, quia quādiu species est in phantasia non est forma intellectus possibilis, ut autem huiusmodi species a fantasia est separata, et abstracta sic efficitur forma intellectus possibilis accidit tamen intellectus ut est vnitus nobis respicere phantasmata quia illo modo magis est separatus quam vnitus.

Prima.

3. de aīa. com. 5.

3. de aīa. 18. & 31.

B

Ratio. 2.

C Secundo arguitur sic & ostendetur per aliam rationē q̄ homo non intelligit, quia hoc q̄ dico homo aut est nomen totius aggregati scilicet corporis animati, & intellectus, aut est nomen animati corporis solum, aut est nomen intellectus solum. Si igitur est nomē totius aggregati tunc homo non intelligit quia secundū positionem eorum sic dicentium non plus fit vnum ex intellectu cum corpore quam ex naua cum nauī hoc autem aggregatum non intelligit sed solum naua, ergo totum aggregatum ex intellectu cum corpore nō intelligit sicut est homo cum sit nomen totius aggregati secundum modum istum sequitur quod homo non intelligit. Si autem homo dicit nomē animati corporis solum adhuc non intelligit homo. Nam quia intelligere dicitur esse actus non transiens in exteriorē materiam, cum ergo corpus animatum nostrū respectu intellectus sit materia exterior intelligere nō transibit in ipsum igitur homo non intelligit cum hoc q̄ dico homo sit nomen corporis talis. **C** Preterea si aliquis veller dicere proteruendo q̄ ille actus intellectus nostri qui est intelligere transit in exteriorē materiam, adhuc propter hoc non sequitur quod homo intelligit sed quod intelligitur quia omnis actus transiēs in exteriorē materiam denominat secundum appositam demonstrationem. Et ideo videmus q̄ calefacere quia transit in exteriorē materiā sequitur q̄ corpus in quod transit non calefaciat, & edificare q̄ transit in exteriorē materiam quia in edificium non sequitur quod edificium edificet sed q̄ edificetur. Si ergo homo ponitur exterior materia intellectus, intelligere non transibit in hominem, quia sit hominē, quia si transiret hominem tunc transiret in exteriorē materiam non sequitur q̄ homo intelligat, sed q̄ intelligatur igitur hoc q̄ dico homo secundum istum modū positionis non dici aggregatum neque corpus animatum. Si autem diceret aduersarius quod diceret intellectum ipsum hoc stare non potest, quia secundum philosophum. 6. metha. ad rationem hominis pertinet carnes & ossa sequitur quod hoc nomen homo non sit nomen intellectus solum. **C** Preterea si hoc quod dico homo esset nomen intellectus solum, cum corpus comparatur ad intellectum sicut instrumentum, & sicut

C confirmatur.

Ratio. 2.

D T. 60. 2.

confirmatur 6. 2.

mobile ad motorem, & homo non esset compositus ex intellectu, & corpore, sed esset intellectus vtens corpore vel mouens corpus Sed intellectus non mouet nisi per appetitum, & voluntatem, si ergo solum per talem motum intellectus vnitur corpori, & intellectus est sibi iunctus per voluntatem, ergo cum intellectus voluerit sibi vniri corpori vnietur, & post vnionem quando voluerit ipsum abicere abiciet, & post abiectonem ipsum reassumere poterit quod videtur inconueniens, quia tunc videtur quod esset possibilis resurrectio mortuorum.

C Tercio contra ipsum sic arguitur, si vnus esset numero in oibus cum igitur intellectus humanus secūdu philosophum fuerit ab eterno iste intellectus incepit recipere speciē quod falsum est. Cum philosophus ponat ipsum esse in potentia ad omnia intelligibilia.

C Quarta ratio contra ipsum est, quia ab vna, & eadē essentia uel virtute duo actus solum numero differentes progredi non possunt. Cum igitur duo homines possunt intelligere vnam, & eadem rem tunc intelligere illorum duorum differt numero aut non, non est enim intelligibile quod nō differant numero cum supposita eorum numero sint distincta. Si autem differēt numero cum isti non intelligant nisi per intellectus, ponatur vnus numero sequitur quod ab vna, & eadem virtute numero diuersi progrediantur actus solum numero differentes quod est impossibile.

C Quinta ratio contra ipsum est quia sicut passio facit nos scire materiam ita actio nos facit scire formā igitur ex actione propria alicuius debet quis inuestigare formam eius. Sed propria actio hominis videtur esse intelligere, igitur ex intelligere debemus inuestigare formam hominis, ergo ipse intellectus est propria forma hominis. Sed non est intelligibile quod aliquid multipliciter, & non multipliciter propria forma eius ergo ad multiplicationem hominis sequitur multiplicatio intellectus.

C Sexta ratio, & ultima contra ipsum aliquo modo virtualiter in rationibus precedentibus continetur. Nam ponere sic nobis intellectum vniri non est ponere nobis ipsum vnitum, sed a nobis separatum, quia quādiu species in fantasia existit non est a conditionibus materialibus abstracta, & intellectum non informat sed informat ipsum vt abstracta sed abstracta est a nobis separata ergo, & intellectus est magis nobis separatus quam coniunctus.

Quod autem istas rationes commenta. soluat, & vt appareat earum solutio.

Aduertendum quod omnes rationes preactae nihil concludunt nisi hoc supposito quod homo proprie acceptus intelligat. Nam ex ista super positione argumenta procedunt vel dicunt ad in conueniens quod homo non intelligit vel ex suppositione illius veritatis que est q̄ homo intelligit ducunt ad ista inconuenientia.

Nam prima ratio adducit ad hoc inconueniens quod homo non intelligit ex eo quod ex tali vnione hoc non potest saluari quod actus intelligendi nobis cōueniat.

Item secunda ratio ad hoc idem inconueniens quia intelligere non transit in exteriorē materiam.

Item tertia ratio ducit ad hoc idem scilicet quod homo non intelligit, quia si intellectus plenus est eo, quia ab eterno fuit, & intelligere meum non est nisi ex eo, quod intellectus meus recipit speciē cum ipse intellectus nullam speciē recipere possit, sequitur, quod homines, qui nunc sunt, nihil intelligant. **C** Sexta autē ratio ad istud inconueniens vult ducere, quia cum arguit ex dicto comenti magis sequitur, quod intellectus sit a nobis separatus, quā nobis vnitus, ad hoc inconueniens vult ducere: quia cū

non

Ratio. 3.

Ratio. 4.

F

Ratio. 5.

Ratio. 6.

G

Inconueniens ex prima.

Inconueniens ex secunda.

Inconueniens ex 3.

Inconueniens ex sexta.

A non agimus, nisi per ea, que sunt a nobis separata, sequitur quod actus intelligendi non conueniat nobis, quarta ratio, & quinta ex hac suppositione, quod homo intelligit ducunt ad inconuenientia. ¶ Nam quarta ratio ad hoc inconueniens ducit ex illa suppositione, quod diuersi actus numero simul & semel ab vna et eadem virtute progrediantur, cum contingat plura indiuidua habentia, simul vnam & eandem rem intelligere. ¶ Quinta autem ratio ex eadem suppositione, scilicet quod homo intelligit, ducit ad hoc inconueniens, quia si propria operatio hominis est intelligere, tunc propria forma eius est intellectus cum actio fecit scire formam, quod si non est inconueniens simpliciter, scilicet propriam formam hominis esse intellectum. Cum tamen commenta. dicat, quod prima perfectio intellectus a primis perfectionibus aliarum virtutum differat, & hoc quod nomen perfectio dicitur de eis equiuoce, ita quod vt patet intellectus, secundum commen. non est forma nostra.

B Declaratum est ergo, quod omnes ille rationes vel ducunt ad inconueniens illud. scilicet quod homo non intelligit, vt prima & secunda & tertia & sexta conclusio vel ex ista suppositione. scilicet quod homo non intelligit ducunt ad illa inconuenientia: vt quarta & quinta ratio, Et ideo predicti, qui illas rationes sanare volebant, concedunt quod homo proprie sumptus non intelligit sed solummodo intellectus intelligit, cum ipse intellectus sit separatus non habens organum, quod quidem in prima vniuersalitate intellectuum satis manifeste probat substantiam eius & operationem esse abstractam, quod cum non ita intellectus intelligat, vt sensus sentit, licet possumus concedere, quod homo proprie sumptus sentit, non tamen debemus concedere, quod homo proprie sumptus intelligat. Et si aliqua verba Arist. hoc sonare videntur, quod homo intelligit, quia ipse vult, quod non intelligat anima, sed homo per animam, & quod intellectus est illud quo primo intelligimus vel anima intellectiua, quia anima est principium, quo sentimus & quo intelligimus, quod pro tanto dictum est, quia intelligere non fit sine phantasmate, & sine organo corporali, non quod ipse intellectus phantasmate indigeat vt subiecto, sed vt obiecto, & propter istam indigentiam, dicit intellectum non intelligere, cum tamen homo proprie intelligat, quod si tamen aliquando inueniatur, quod hec intelligit aliquo modo concedi potest: cum inueniamus, quod corpora supercelestia intelligant, nullum dubium est, quod ipsum intelligere proprie sit ipsarum substantiarum separatarum orbis mouentium. Nam secundum sententiam commen. ex anima intellectiua, & corpore nostro non fit plus vnum, quam ex motore celi, & celo, igitur sicut ipsum intelligere est ipsius substantie, que celum mouet: ita intelligere conuenit proprie intellectui, qui circa phantasmata operatur. ¶ Et si tu dicis immo homo intelligit, quia vnusquisque in seipso experitur, quod intelligit, respondent non est verum, quod ego experiar me intelligere, ita quod actus intelligendi mihi conueniat, sed experior me intelligere, pro tanto verum est, quod experior intellectum esse mihi realiter vnitum. ¶ Hoc autem manifestato. scilicet quod homo non intelligit, tunc argumenta pretaeta soluuntur per illud quod scribitur primo philosophorum. scilicet vno inconuenienti dato plura sequuntur. ¶ Et ideo si ex suppositione eius, quod est inconueniens concluditur inconueniens non est inconueniens nam suppositio sumit inconueniens scilicet hominem intelligere, cum non intelligat proprie accipiendo. ¶ Argumenta que ostendunt hominem non intelligere responsione non indigent, affirmant autem hoc verum, vt quod homo non intelligat.

C Isti autem sic soluentes tripliciter deficiunt, primo, quia sibi contradicunt, secundo quia ponunt illud, quo concessio nullus, cum eis disputare potest sicut nec cum plantis, tertio, quia hoc faciunt, vt commen. defendat & positionem commenti non retinent.

C Primum enim sic patet, nam isti concedunt, quod homo non intelligit, & tamen dicunt quod percipiunt intellectum eis esse naturaliter coniunctum, sed percipere intellectum eis esse conuenientem non potest esse nisi per actum intelligendi: quia ad percipiendum intellectum, vel intelligibile non se extendit actus sensus igitur hoc percipiendo intelligimus: & prius concesserunt, quod non intelligimus ergo sibi contradicunt, cum secundum eos intelligamus, & non intelligamus, quod si tamen suam defendere vellent positionem non haberent pro inconuenienti negare, quod prius concesserunt. scilicet quod percipimus intellectum esse nobis naturaliter vnitum: cum ad hoc ponendum ipsa ratio eos cogat: quia si hoc dicunt vel hoc percipiunt & tunc sibi contradicunt, vel phantasmate loquuntur, & tunc non sunt audiendi, vt nec conditor ipse fabularum.

C Secundum inconueniens contra eos est, quia nullus cum eis disputare debet, quia cum disputatio non fit nisi inter eos, qui intelligunt, cum ipsi fatentur se non intelligere verbum eorum non est attendendum, & cum eis non est magis disputandum, quam cum irrationabilibus, vel cum plantis. tertio positionem commen. isti non retinent, quia vt ex positione commen. videtur sequi magis, quod magis sit propria illa homo intelligit quam illa intellectus intelligit. Nec commen. huius positionis fuit, quod homo non intelligat, si quis diligenter sua dicta perquirat, & quod ipsi arguunt, quod intellectus non est virtus organica sicut sensus, & ideo licet sit ista propria homo sentit non tamen est illa propria, homo intelligit satis apparet, quod ratio non habet stabile fundamentum. nam licet intellectus non sit perfectio organi, est tamen perfectio essentie anime: et quia ipsa essentia anime est actus corporis, ex hoc sequitur, quod ipse homo intelligat: & quia cuius est ipsa essentia, eius est potentia, & cuius est potentia eius est actus, quia essentia, & potentia anime est nostra igitur intelligere est nostrum, ergo nos intelligimus. Alij tamen conati sunt ista argumenta soluere, vel saltem aliquod ditorum argumentorum, concedendo tamen quod homo intelligit. nam cum dicitur quod non plus sequitur quod homo intelligat ex vniione quam habet intellectus, ad nos quam quod paries videat ex vniione quam habet ad oculum, aiunt quod illa argumenta & similia non concludunt, quia inducunt pro simili quod non est simile, nam paries nullam habet virtutem cognitiua: & ideo ex tali vniione non videt, sed nobis inest aliqua virtus cognitiua, & ideo ex tali vniione potest concedi quod nos cognoscamus.

F Sed isti adhuc pueriliter mouentur quam primi. nam dato quod paries haberet virtutem visiuam, ex eo quod videretur nihil in eo reciperetur, sed solum reciperetur in oculo meo, & ideo nullus actus ei communicatus esset ex tali vniione. ¶ Propter hec videamus quid veritatis contineant argumenta pretaeta, ad que est aliter respondendum. ¶ Ad cuius euidenciam sciendum quod licet dicta argumenta aliquam veritatem concludant, & in aliquibus eorum conclusio sit vera. modus tamen concludendi in eis semper est falsus. Et quia tota vis rationis colligitur ex premissis, si diligenter aduertimus quantam vim premissis continet satis apparet, quod per illa argumenta nihil contra comen. concluditur. ¶ Nam prima ratio que arguit hominem non intelligere, ex eo quod intellectus non vnitur nobis

B Defectus triplex respondens.

1. defectus

F

2. defectus.

Intellectus est perfectio essentie anime.

G

Responsio aliorum

refellitur.

H

Arg. Solutio vera rationi defectus.

vnione per quam possumus hominē intelligere, quia non plus fit vnum ex homine & intellectu, quam ex pariete & oculo, satis apparet falsitas huius rationis, quia arguit ex falsa imaginatione, nā sicut ostensum fuit, quando declarata fuit positio commenta. vna & eadem species informat phantasiam & intellectum. Et ideo forma intellectus erat forma in nobis, propter quod actus intelligendi nobis communicabatur, sed vna & eadem species non informat oculum & parietem, ideo forma oculi non est forma, in pariete, propter quod actus videndi non communicatur parieti. Et sic apparet, quod licet illa conclusio sit vera supposita positione commenta. quod homo non intelligit: ratio tamen ista veritatem non concludit.

2. rōnis defectus.

Secundo autem etiam deficit, nam cum arguitur, quod hoc, quod dico homo non potest esse nomē intellectus ergo vel est nomen aggregati, vel corporis animati, & si est nomen aggregati, homo non intelligit: quia aggregatum ex nauta, & nauī non intelligit, & si est nomen corporis animati, etiam homo non intelligit: quia intelligere non transit in exteriorē materiam. Satis ergo apparet, quod ex vtraque parte ratio deficit, nam sicut declaratum fuit superius ex eo, quod forma intellectus, est forma in nobis, intellectus quodammodo efficitur forma nostra, & quia operatio egreditur a toto coniuncto, potest concedi illa via quod dato, quod huiusmodi nomen sit totius aggregati, quod homo intelligat, quia totum aggregatum intelligit, & quod dicitur de nauta, & de nauī exemplum est valde ridiculosum, & deficiens a proposito, quia nulla est forma, in nauī que sit forma intellectus naute. Et ideo aggregatum ex nauta, & nauī non intelligit, sed in nobis est aliqua forma, que est forma intellectus, propter quod aggregatum ex anima & corpore potest intelligere. Iterum ratio deficit ex altera parte cum dicitur, quod si homo est nomen animati corporis, quod homo non intelligit, quia intelligere non transit in exteriorē materiam, imaginatur enim quod ipsum organum phantasticum sit exterior materia respectu intellectus, quod nō est verum, nam licet intellectus non sit virtus organica, non tamen debet concedi, quod sit penitus extra nos vel extra phantasiam nostram, cum illa species que intellectum informat sit etiam phantasticis forma, vt diximus vel aliter dici potest, quod principalius egreditur actus intelligendi ab ipsa specie intelligibili quam ab ipso intellectu, & quia ipsa species intelligibilis est nostra, si actus intelligēdi communicatur nobis in exteriorē materiam, dicitur non transire.

1. rationis secunde defectus, 2. rōnis defectus.

Tertia vero ratio, que arguit intellectum nullam speciem recipere ex eo, quod fuit ab eterno etiam ex falsa imaginatione procedit. imaginatur enim, quod species remaneat in intellectu semper, nam licet post considerationem, vel postquam desinimus intelligere species in intellectu remaneat in quodā esse habituali, quāuis Auicē. visus fuerit sensisse oppositum, tamen secundum opinionem Cōmenta. postquā indiuiduum humanum corrumpitur, ea que acquisiuit intellectus per illud indiuiduum, vel ex fantasmatibus eius intellectus non remanent: ideo Cōmenta. volens saluare quod in intellectu aliquę species habent esse, dupliciter hoc declarat, quia nūquam natura humana est in priuatione primarum ppositionum totaliter, vnde ipse dicit quod intellectus materialis, nunquam sit nudatus a principijs naturalibus communibus toti humane speciei, idē primis propositionibus.

3. rōnis defectus.

Secunda via ad hoc idem declarandum est: quia sicut non est credibile, quod habituatio tota fugiat ab humanis artificijs, ita non est credibile, quod tota habitatio fugiat a philosophia, quod si tamen species semper remaneret in intellectu, non oportet, quod tota habituatio fugeret a philosophia, vel a primis propositionibus ad hoc, quod intellectus materialis nō esset penitus denudatus, nam sicut sufficeret, quod aliquando homines fuissent philosophi scientes absque eo, quod, modo aliqui essent, et ideo voluit cōmen. quod licet intellectus agens sit eternus & intellectus etiam materialis sit eternus, intellectus tamen speculatiuus qui est compositus ex intellectu materiali, & intellectu in actu est generabilis & corruptibilis. Et si ista via cōmen. non est necessaria de generatione & corruptione intellectus speculatiui, tamē per rationes de necessitate cogentes improbari non potest.

3. de anima, c. 5. q. 2.

Quarta autem ratio contra cōmen. etiam non concludit, nam cū arguitur, quod ab vna, & eadem virtute non progrediuntur diuerse actiones numero. Respondendum est de actionibus, sicut dicebatur superius cum declarabatur positio cōmēti de speciebus, quod illa species erat vna ex parte intellectus, sed plurificatur ex parte nostra, vnde & cōment. met ait, quod intellecta sunt vnitū secundū recipiens, & multa, secundum intentionem receptam: & ideo cum arguit multitudinem ex parte intellectus committitur etiam arguendo fallacia accidentis. Extraneum enim est ab illis actionibus, quod sint plures, vt comparantur ad intellectum.

Quinta vero ratio non de necessitate arguit, nam si ex illo actu intelligendi arguitur, quod intellectus sic forma in nobis, non propter hoc oportet intellectum multiplicari, secundum multitudinem nostram: quia vt declaratū est intellectus tali modo ponitur forma nostra, quod omnino remanens vnus est forma omnium indiuiduorum in humana specie, sic bene visus est modus, quomodo intellectus in actu, qui est forma in intellectu materiali est forma in nobis, ppter quod communicatur nobis actus intelligendi.

Quomodo intellectus semper est informatus.

1. rationis defectus

F

vbi supra

5. rationis defectus. 6. rationis defectus.

Sexta autem ratio, si bene visa sunt, que dicta sunt de facili soluitur. Nam cum arguitur, quod ponere talem coniunctionem intellectus ad nos qualem cōment. visus est ponere, magis est ponere separationem quā coniunctionem, vnde accidit intellectui, inquantū est coniunctus & vnitus nobis informari specie, nam vt informatur specie non est nobis cōiunctus: sed magis separatus: & ideo non poterit saluari, quod intelligamus, satis apparet, quod ex eo malo intellectu positionis cōmēti, procedit ratio non enim species, que informat intellectum est alia a specie, que est in phantasia, nisi solum, secundum esse differens: quia eadem species, que est in phantasia est forma intellectus, vt patuit ex eo, quod intellectus informatus, specie non est separatus a nobis: sed magis coniunctus, falsum est, quod accidat intellectui, inquantum est cōiunctus nobis informari specie, cum non coniungatur nobis, nisi per phantasmata igitur per se intellectus, & non per accidens, vnitur nobis per formam vnam.

G

Intellectus separatus per formā cōiungitur nobis.

Artic. 4.

Expeditis igitur tribus partibus questionis. Quia primo assignate sunt rationes pro & contra. Commentatorem quas ipse fecit. ¶ Secundo declarata sunt eius positio. ¶ Tertio adducte sunt rationes ab alijs, cōtra ipsum facte & improbate, quod non concludunt.

Restat quartum ostendere, in quo declarabitur per rationes positionem cōmēti non posse stare, & per consequens rationes ipsius cōmēti, & alie cū his facte congrue dissoluntur. ¶ Propter quod aduertendum, quod positio cōmēti non solum est falsa, sed impossibilis. Er adducemus sex inconuenientia cōtra ipsum. ¶ Primū, quod homo non intelligit. ¶ Secundum est, quod intellectus in intelligēdo non indiget corpore.

H

Inconuenientia. 5. ad pōm Auer.

A Tertium est intellectum nullam speciem recipere posse.
Quartum, quod intellectus agens non est omnia facere.
Quintum est, quod intellectus possibilis intelligit seipsum per seipsum non intelligendo alia.
Sextum, quod intellectus noster possibilis in genere intelligibilium non est sicut materia prima in genere entium. Que omnia sunt contra fundamenta peripateticorum: & contra ipsam veritatem.

C Propter primum igitur est advertendum, quod quicquid agit est in actu, & agens, secundum quod est in actu agit. Cuius ratio est, quia quod est in potentia non agit, oportet igitur, quod agens sit in actu. iterum quia agens non agit indifferenter quemlibet actum, sed proportionatum non solum agens est in actu, sed agens in tantum agit in quantum est in actu. Si igitur ex eo, quod species est in imaginatione nostra, que dicitur esse forma intellectus secundum positionem preactam ad hoc quod intelligeremus, oportet quod species intelligibilis esset in nobis, & secundum quod esset intelligibilis nobis, sed illud quod est in actu, et ut sic agit. Cum igitur ratio intelligendi sit ipsa species intelligibilis ad hoc, quod per speciem intelligibilem, intelligamus oportet quod species intelligibilis sit in nobis, quia species, que est in phantasia, que est forma intellectus est in nobis; tamen secundum quod est intelligibilis non est in nobis, sed est in intellectu. Et ideo non poterimus saluare quod homo intelligat, quod erat primum inconueniens probandum. Quod si aliquis tamen diceret, immo ipsa species, secundum quod est intelligibilis est in nobis, quare est in intellectu, qui est in nobis, tunc illa cauillatio parua valet, quia illa species deberet esse in nobis, ut forma ad hoc, quod actus intelligendi nobis communicaretur, sed illa species, ut est intelligibilis est solum forma intellectus & non nostra, & ideo propter hoc non potest actus intelligendi nobis communicari. Si hec ergo debet esse vera homo intelligit non sufficit, quod intellectus vniatur nobis per foram suam seu copuletur nobis per phantasmata, sed requiritur, quod essentia anime intellectiue sit actus corporis, & oportet, quod ex anima intellectiua, et corpore nostro fiat vnum secundum esse, & ad hoc quod intelligere, quod est actus, non transiens in exteriorem materiam nobis communicari possit. Apparet igitur, quod accipiendo positionem commenti, quam probabilius possumus. scilicet quod si vna eademque species informat intellectum & phantasia, licet secundum superficiem, appareat, quod ex tali informatione intelligere communicetur huiusmodi, tamen subtiliter intuenti apparet quod non possumus saluare, quod homo intelligat quod si tamen alia esset species, que informat phantasia & intellectum, tunc non solum positio haberet veritatem, sed etiam probabilitatem: et ideo rationes preactae superius contra commenta, que probant, quod homo non intelligeret, si esset vera positio commeti, verum concludebat, sed inconuenienti medio: & ideo conclusio erat vera, secundum probationes erant false ut superius dicebatur. **C** Secundum autem inconueniens sic ostenditur, nam agere presupponit esse, & ideo si volumus loqui de actione alicuius, oportet quod sic loquamur de operatione eius sicut loquimur de esse, et quia intellectus secundum positionem commenti, quantum ad suum esse non indiget corpore, quantum ad suum operari, etiam non indiget corpore: ideo poterit intelligere absque phantasmate, & absque corpore, cum intelligere sit propria operatio intellectus non transiens in exteriorem materiam. Et quia talis actio maxime mansuram recipit ab ipso esse, ex quo ad sui esse non indiget corpore ad tale agere non indigebit corpore, nam cum non sit dare substantiam ociosam,

que secundum esse non dependeat a corpore, nec secundum propriam operationem non dependet a corpore, nec propter eam indiget corpore, nec propter hoc valet, quod ab aliquibus dicitur, quod intellectui competit dupliciter intelligere, & ad vnum illorum non indiget corpore, & tale intelligere non communicatur nobis, & est aliud intelligere, quod indiget corpore, et tale communicatur nobis, istud enim non habet veritatem, quia ut paruit nullum intelligere potest nobis communicare intellectus hac suppositione supposita.

C Preterea si hoc esset, tunc intellectus, vel anima intellectiua haberet duplex esse, & vnum esse haberet cum corpore & aliud sine corpore, & tunc vna & eadem forma esset perfectio corporis, & non perfectio corporis, quod est impossibile. **C** Tertium inconueniens sic ostenditur. nam si intellectu esset separatus, secundum esse, tunc modus essendi eius esset sicut modus essendi aliarum substantiarum separatarum, et tunc sicut intelligentie mouentes orbes sunt plene formis, & nullam speciem vterius recipere possunt: ita intellectus noster esset plenus, & nullam speciem recipere posset cum omnis intelligentia sit plena formis: nam idem iudicium esset de illis intelligentijs, que mouent celum & orbes & de ista, cum non sit plus vnum ex anima intellectiua & corpore nostro, quam ex motore celi et celo secundum viam istam. Sed istam rationem probabiliter aliquis cauillaret. Nam sicut anima celi appropriatur celo, sic anima nostra intellectiua appropriatur corpori nostro: & ideo si volumus scire, que sit differentia inter illas animas, & nostram oportet nos videre, que sit differentia inter corpora illa & nostra, quia ex illis instrumentis, & propria materia coniecturari possumus de formis, & quia illa corpora supercelestia sunt plena formis, & forma hec non perficit totum appetitum materie nostre ex eo, quod est ibi potentialitas ad vteriore formam: ideo dicit cauillator, quod ille intelligentie sunt plene formis, sicut illa corpora intellectus aut noster non est plenus formis: sicut nec corpora nostra, ista igitur cauillatio, licet videatur probabilis non tamen est bona. Nam licet agens recipiat aliquem modum actionis ab instrumento ex eo quod faber cum bono martello facit meliorem cultellum, tamen hoc est solum, quantum ad actionem, que transit in materiam exteriorem ad quam operationem instrumentum operatur agenti, ideo propter meliorem instrumentum per se loquendo faber non melius perficit formam artis: et quia actio illa de qua loquimur hic non est actio transiens in exteriori materiam, & ad quam cooperatur instrumentum, propterea talis cauillatio non valet, videtur igitur ratio preacta superius contra commentum quod conclusionem veram concludit, id est quod intellectus esset plenus, & quod nullam vterius reciperet speciem inconuenienti tamen medio, quia non per rectam viam incedebat, posset autem illud inconueniens facilius ostendi: quia si non esset eadem anima, que phantasiaretur, & intelligeret: tunc casualis esset abstractio a phantasmatis, vel ergo si intellectus ponitur separatas non reciperet species phantasmatum: nec a phantasmatis accipit, nisi casualiter, quod est inconueniens ponere, vel substantia separata, cui competit intelligere per abstractionem a phantasmatis habebit species phantasmatum, per quas phantasmata cognoscit, nec casualiter abstrahit, & sic nunquam reciperet aliquid a phantasmatis, quia recipiens oportet esse denu datum a natura recepti. **Q**uartum vero inconueniens sic declaratur. scilicet quod intellectus agens non esset omnia facere. Nam cum intellectus noster sit semper actus secundum esse, si intelligit res materiales di-

Primum inconueniens ostenditur.

Agens in tantum agit in quantum est in actu.

B

Obiectio sacra.

Responsio.

Vno per formam est insufficientis cum sit in eo, quod informat.

Inconueniens 2. ostenditur contra Auer.

D

Actio mansuratur ipso rem.

E

Inconueniens tertium ostenditur contra Auer.

F

Obiectio possibilis.

Responsio.

G

Instrumentum cooperatur agenti quod admodum agendi.

H

Inconueniens 4.

A. meth. c. 1.

c. 1.

Sensus agens cur non datur.

Inconueniens. 5.

B

Actio sequitur esse.

Inconueniens. 6.

C

Ad rationes Auer.

D

1. ratio.

2. ratio.

gnius est etiam secundum sententiam commenti: ut intelligat res in materiales. tunc ergo quero vitrum intellectus agens faciat eas intelligibiles vel non, sed non est dicere, quod faciat eas intelligibiles cum de se sint intelligibiles, secundum sententiam comment. secundo meth. Restat igitur propositum, quod intellectus agens non sit omnia facere: immo si bene consideramus non indigemus intellectu agente. ideo enim nos non ponimus sensum agentem, eo quod sensibilia sunt actu. ponimus autem intellectum agentem pp phantasmata, que non sunt actu, sed potentia intelligibilia. Si ergo intellectus noster agens est separatus secundum esse vt probatum est non indiget phantasmate. Et quia propter ipsa phantasmata, ponimus intellectum agentem, non indigemus ponere intellectum agentem.

C Quintum inconueniens sic manifestatur quod erat, quod intellectus possibilis, intelligit seipsum per se ipsum. non autem intelligibilia, nam tota causa, quare nos ponimus, quod intellectus intelligit se, intelligendo alia est quia ab intellectu non potest progredi aliquis actus, nisi informeretur aliqua specie. Et quia non cognoscit se, nisi cognoscendo actum, iste actus non potest esse nisi a specie alicuius rei sensibilis informantis intellectum. illa autem species primo ducit, in cognitionem obiecti, quam ducat in cognitionem actus, propter quod sequitur, quod anima cognoscendo obiecta sensibilia cognoscat se, sed si intellectus, secundum esse, esset separatus, cum secundum esse sumatur mensura proprie actionis, illud idem iudicium esset de actione intellectus, quod est de actione aliarum substantiarum separatarum. Et quia a substantiis separatis cum non sint pura potentia in genere intelligibilium potest progredi aliqua actio absque informatione speciei, vt possunt cognoscere seipsas per substantias suas sic intellectus noster non cognosceret se cognoscendo alia sed seipsum cognosceret per seipsum.

F Sextum vero & vltimum inconueniens est patefactum quod erat, quod intellectus noster possibilis non est potentia pura in genere intelligibilium, sicut materia prima in genere entium. nam ex quo potest progredi aliqua actio ab ipso intellectu, sequitur, quod intellectus non sit materia prima in genere intelligibilium quia a materia prima nulla actio potest progredi in genere entium. Ab intellectu vero, secundum positionem istam posset egredi aliqua actio in genere intelligibilium, patet ergo qd ratio commenti non solum est falsa sed impossibilis propter quod ipsemet uidebat qd positio eius stare non poterat: ideo quando debebat positionem suam ponere incepit precari et modo persuasuo loqui & credebat quod si eius ratio non prodesset eius persuasio hoc suppleretur unde dicebat. Rogo fratres uidentes hoc scriptum scribere suas sententias & forte per illud uerum inuenietur aliud uerum: sed nondum inueni & si inueniatur vt fingo tunc declarabitur ueritas. Non ueretur positionem suam appellare figmentum vel fictionem: vidit enim qd in his nil rationis erat, approbare autem quod hoc non fuit de mente Aristote. non oportet, quia satis patet & ab aliis etiam sufficienter dictum est. Adductis igitur rationibus contra commentum. restat eius rationes soluere & simul cum his soluentur rationes alias facte contra ueritatem. Ad cuius euidenciam sciendum quod omnes rationes commenti non sunt nisi una ratio, omnes enim procedunt ex ista radice, quia intellectus est immaterialis ideo non plurificatur, nam prima ratio talis est quia intellectus est simpliciter & immaterialis ideo non multiplicatur. Secunda ratio talis est quod quia non est uirtus in corpore ideo non multi-

plicatur sed non esse uirtutem in corpore est esse uirtutem immaterialem. Tertia ratio ex eadem radice procedit, quia si intellectus multiplicatur tunc intellecta in eo essent intellecta in potentia nam potentialitas intelligendi accidit ex sui materialitate ideo hic concludere non est aliud concludere quam intellectum esse materialem. Item quarta ratio idem habuit fundamentum quia uoluit quod si intellectus multiplicaretur tunc idem seipsum moueret quod non sequitur nisi ex hoc quia intelligibilia in potentia & materialia mouent intellectum, si igitur intellectus multiplicaretur tunc esset quid materiale & sic seipsum moueret. Quinta autem ratio etiam eandem habuit radicem quia uoluit quod si intellectus multiplicaretur tunc idem seipsum reciperet quod non sequitur nisi quia intellectus recipit omnes formas materiales. Sexta et vltima etiam mixta est eodem fundamento: nam species intelligibilis in intellectu tuo & meo differunt numero & conueniunt in forma seu in specie, sed que sic se habent nullum eorum est intellectus in actu sed habent intellectum communem, hoc autem non sequitur nisi ratione materialitatis, quia que sunt unum specie & plura numero habent materiam igitur ille species essent materiales et si sic tunc etiam intellectus in quo habent esse esset materialis, patet igitur quod omnes commenti rationes ex hac radice procedunt quod non est possibile intellectum multiplicari nisi sit forma materialis. cum ergo sit quid in materiale intellectus non multiplicabitur multiplicatione corporum, vt igitur pateant argu. oportet istam propositionem glossare scilicet quod intellectus est quid in materiale, & tamen non multiplicatur multiplicatione corporum. Ad cuius euidenciam aduertendum quod forme dicuntur materiales non ratione materie ex qua, sed ratione materie in qua, nam nulla forma habet materiam partem sui uel materiam ex qua. Aliqua tamen forma est perfectio materie & aliqua non est perfectio materie, & ideo dicuntur aliquae forme materiales & aliquae immateriales. amplius forme materiales que sunt perfectiones materie distinguuntur, quia aliquae sunt que secundum essentiam & secundum dispositionem educuntur de potentia materie, aliquae uero secundum dispositionem tantum: & non secundum essentiam & huiusmodi forma est solum anima intellectiua: & solum intellectus dicitur esse ab extra quia inter formas que sunt perfectiones materie, solum anima intellectiua secundum essentiam non educitur de potentia materie sed solum secundum dispositionem, & ideo anima intellectiua est media inter formas simpliciter abstractas & formas materis ineras. Quare sicut anima nostra tenet medium modum inter formas materiales & alias, ita uirtutes que consequuntur animam tenent medium modum sicut omnes uirtutes que sunt in substantiis separatis non sunt perfectiones & uirtutes que consequuntur alias formas materiales ut animas brutorum que sunt omnes uirtutes materiales & organice ita & uirtutes que consequuntur animam nostram tenent medium modum. Sicut dicte uirtutes tenent extremum, quia aliquae uirtutes anime sunt organice aliquae non. Si huius autem causa queritur hec est. nam forme materiales que secundum essentiam suam educuntur de potentia materie non habent aliquam uirtutem que de potentia materie non sit educta, & ideo nullius uirtutis proprium poterit esse subiectum forma talis propter quod subiectum talis uirtutis est corpus. Sed cum anima secundum suam essentiam non educatur de potentia materie cum omnis essentia habeat uirtutem sibi proportionatam anima nostra habebit aliquam uirtutem que non est

E 3. ratio.

4. ratio.

5. ratio.

6. ratio.

Fundamentum Auer.

F

forme vnde dicuntur materiales.

Educi de potentia materie dupliciter.

G

Anima intellectiua medium tenet inter formas.

H

A educta de potētia materie, propterea illius virtutis nō educte de potentia materie non est subiectū aliquod organum corporum, sed subiectum illius virtutis est ipsa forma, que secundum suam essentiam non educitur de potētia forme. his ergo visis est notandū, quod intellectus potest mihi duo dicere, quia vel dicit mihi essentiam vel virtutem, si igitur dicit mihi essentiam tunc est perfectio corporis, secundum suam essentiam de potentia corporis non educta, & quia est perfectio corporis, tunc de necessitate multiplicatur multiplicatione corporum. Si autem dicat mihi non essentiam, sed virtutem & hanc non quamlibet sed virtutem, que sequitur aliquo modo modum essentie, tunc dicit mihi virtutem de potentia corporis non eductam. Cum igitur intellectus sit virtus sequens modum essentie, & nostre forme, siue anime nostre, vt in subiecto fundabitur in ipsa essentia anime nostre, & non in aliquo organo corporali: et quia multiplicatur essentie animarum propter rationem preactam, ideo oportet multiplicari potētiās intellectiuas, vel intellectus cum in eis fundentur vt subiecto, & non sit intelligibile multiplicari substantiam, non multiplicata virtute: et sic apparet, quod illa duo sibi adinuicem non repugnant, scilicet quod intellectus sit quid immateriale hoc est non sit virtus organica, & quod multiplicetur multiplicatione indiuiduorum hominum secundum modum preactum, hoc autem volens designare philosophus, quod intellectus in essentia anime fundatur, vt in subiecto sensus vero in organo ait, quod locus specierū visibilium est oculus in quo fundatur virtus visiva sicut in subiecto, & simile est de alijs sensibus, sed locus specierum intelligibilium est essentia anime intellectiue cum in ea fundetur intellectus, vt in subiecto.

Intellectus
2. dicit
essentiam et
virtutem.

g. de aia. 6.
66.

Ad sim.
arg. Auer.

Non ois
forma ma
terialis est
perfectio
materie.
Ad. 2.

Plurifica
tur intel
lectus plu
rificatione
anime.
Ad. 3.

Ad 4.

Ad. 5.

non recipit seipsum cum sit virtus immaterialis, & non materialis.

F Sextam autem rationem voluerunt quidam soluere per instantiam ostendendo, quod eodem modo sequeretur, quod omnes intelligentie essent vna intelligentia quia sicut probatur, quod vna & eadem species informaret omnes intellectus nostros posibles: & ideo omnes intellectus posibles, secundum rei veritatem non sunt nisi vnus intellectus, ita posset probari, quod vna & eadem species informaret omnes intellectus omnium substantiarum separatarum. Et ita omnes substantie separate non sunt, nisi vna substantia separata, ideo ex hoc posset cōcludi, quod intellectus noster non differret ab intellectu substantiarum abstractarum cum non possumus intelligere aliqua, que pse intelligunt, & tunc sicut vna & eadē species informabit vtrunque intellectum, sic vterque intellectus non esset, nisi vnus intellectus, sed ista instantia valet parum: quia species in intellectu vnus hominis & species in intellectu alterius, non oportet esse differentes secundum rationem, & ideo si differunt, differunt solum numero, sed omnis talis differentia videtur esse per materiam, propter quod videbatur sequi quod nulla illarum specierum esset intellecta in actu vel intellecta de se, sed quod haberet intellectum communem, sed hoc non videtur de intellectu nostro respectu substantiarum abstractarum, vel de intellectu vnus substantie separate respectu alterius, quia species in intellectu nostro, respectu substantiarum separatarum non sunt eiusdem rationis ex eo, quod in nobis sunt species acquisite, ibi autem sunt innate: item species in diuersis substantijs separatis non sunt eiusdem rationis ex eo, quod vna habet vniuersaliores species quam alia: quia quanto intelligentia est simplicior, tanto vniuersaliores habet species, & ista est differentia intellectus nostri respectu substantiarum abstractarum cum omnes substantie separate excedant ipsum in simplicitate, quia tenet vltimum gradum in genere intelligibilium. Et quia species in intellectu nostro respectu substantiarum separatarum, & species in intellectu vnus substantie separate respectu alterius differunt, secundū rationem non oportet ibi ponere differentiam per materiam ratione cuius differentie oportet nos dare intellectum communem seu tertium intellectum: & ideo ista instantia non valet si bene visa sunt, que dicta sunt. Sexta igitur ratio his visis difficultatem non habet cū arguit, quod illa intellecta haberent tertium intellectum non oportet, quia plurificatio eorum non est, ex eo quod recipiuntur in materiali virtute, sed solum propter plurificationem intellectualis virtutis, non enim est intelligibile, quod multiplicentur intelligibiles species. apparet igitur quod viso, quomodo plurificat intellectus, absque eo, quod sit virtus organica, tunc difficultates totaliter remouentur. His igitur visis possumus respondere ad argumenta in principio istius tractatus facta, nam cum primo arguitur, quod non est plus abstracta potentia quam essentia, secundū quod ista propositio est multiplex, nam si intelligatur, quod nō est plus abstracta potentia cum non esse plus abstractum vno modo sit, q̄ plus dependeat propositio sic veritatem nō habet, quia plus depēdet potentia quā essentia, quia a quocunque dependet essentia & potentia cū ad dependentiam cause sequatur dependentia effectus: Et quia subiectum est causa proprietatis, & potentia intellectiua fundetur in ipsa essentia anime, vt in subiecto sequitur ergo q̄ a quocunque dependet essentia dependet & potentia, non tamen sequitur econuerso, vt a quocunque dependet essentia.

E
Ad. 6.

F
Ois mate
rialis dif
ferētia per
essentiam.

G

H
Ad argu.
in princi.
pio q̄onis
ad primū.

P His igitur patefactis argumenta commenti de facili soluuntur, nam cum arguitur, primo, quod si intellectus multiplicaretur, esset forma materialis, patet q̄ non oportet, non enim multiplicatur ex eo, quod est perfectio materie, sed ex eo quod est perfectio essentie anime nostre qua multiplicata multiplicatur, & intellectus.

C Ad secundum vero cum arguitur, quod si multiplicaretur, esset virtus in corpore. Dicendum, quod verum esset, si immediata ratio multiplicandi eius inesset sibi per corpus, sed vt patuit intellectus est perfectio anime absque eo, quod sit perfectio organi, & immediata ratio multiplicandi eius sumitur ex multitudine essentie anime.

P Ad tertium cum obijcitur, quod si intellectus multiplicaretur, tunc que essent in eo, essent intellecta in potentia. Dicendum, quod verum esset, si intellectus esset multiplicatus ex eo, q̄ esset virtus in corpore: quia tunc omnia essent in eo modo materiali, & per consequens essent intellecta in potentia. Sed vt habitū est intellectus multiplicatur absque eo, quod sit virtus organica, seu virtus in corpore.

P Ad quartum cum arguitur, quod tunc idem moueret seipsum hoc viso facile est respondere, quia ratio procedit ex eo, quod supponit intellectum esse perfectionem corporis, seu alicuius partis in corpore, & tunc species existens in phantasia, que est perfectio alicuius partis corporis, vel esse ipsius corporis cum videatur ei respondere determinata pars corporis habet mouere intellectum, vel etiam ipsa phantasia, ex hoc, q̄ intellectum moueret, sic etiā intellectus seipsum moueret, sed vt habitum est intellectus multiplicatur absque eo, quod sit perfectio corporis, vel alicuius partis corporis.

C Quinta autē ratio de facili soluitur, quia intellectus

A Quia potentia dependet ab essentia. essentia vero proprie non dependet a seipsa. Si autem intelligatur, quod non plus est potentia abstracta quam essentia: quia sicut essentia est immediata perfectio corporis sic & potentia tunc verum est.

Notebile pulchrum

P Notandum, quod sicut intelligentia vnitur orbi per operationem sic anima vnitur corpori, secundum esse, & quia esse immediate respicit essentiam, sicut operatio virtutem modus contrarius est prout anima vnitur corpori & celo intelligentia, quia virtus intelligentie immediatius attingit celum, quam essentiam cum cum essentia coniungatur orbi, non nisi mediante virtute. Sed essentia anime econuerso, quia essentia anime immediatius coniungitur corpori, quam intellectus, & voluntas, que fundantur in ipsa. Nam huiusmodi potentie, mediante essentia cōparantur ad corpus.

Ad. 2.

C Ad aliud vero, quod secundo obijctur, quod non est plurificatio in his, que se habent, vt potentia pura sicut nec in his que se habent, vt actus purus. Dicendum quod si intellectus sit potentia pura in genere intelligibilem, non tamen est potentia pura in genere entium, ideo licet non competat sibi aliquis actus in genere intelligibilem in se acceptus, competit tamen ei aliquis actus in genere entium, vt perficere anime nostre essentiam, propter quod ex eo, quod plurificabitur animarum nostrarum essentia plurificabitur potentia intellectiua, seu potentia intellectus possibilis.

B

C Ad tertium autem, quod arguitur, quod non est plurificatio in eadem specie, nisi in eis que sunt generabilia & corruptibilia. Dicendum, quod forte illa propositio non habet simpliciter veritatem, vel si habet veritatem, hoc est in eis, que per se plurificantur non ex eo, quod recipiuntur in alio. videmus enim plures stellas in octaua spera, que proprie non differunt specie, cum sint eiusdem nature cum octaua spera, quia secundum philosophum in de celo & mundo omne q

Intelle. eius possibilis est actus. Ad. 3.

naturaliter est fixum in aliquo est eius nature cū eo, in quo est fixum intellectus, autem ita plurificatur ex eo. quia in alio habet esse, quia plurificatur essentia anime intellectiue, vt patuit.

F Ad quartum vero quod arguitur, quod si actus non communicatur corpori, nec virtus vt essentia. Dicendum, quod istud argu. habet eandem difficultatem cum primo, quia potentia non est magis abstracta quam essentia. vnde illa propositio est sic intelligenda. scilicet cui non communicatur actus, nec potentia, nec essentia, quia sicut totius hominis, seu totius cōiuncti est essentia aīe, quia ipsa essentia anime est quasi materia, ita et potentia est actus. vnde magis est propria ista homo intelligit, quam ista anima intelligit, vel ista intellectus possibilis intelligit, & quod inducitur per simile de calore, & forma ignis satis apparet, q non est simile, nam vt declaratum est virtutes formarum, que secundum essentiam educuntur de potentia materie sunt virtutes in corpore. anima autem intellectiua, que secundum essentiam suam non educitur potest habere aliquam virtutem, vt declaratum est que non sit virtus in corpore, & pro tanto ipse intellectus non dicitur corpori vniri, & ex hoc patet solutio ad obiecta. Postquam igitur per probabiliorem modum est improbata positio commenti, & solute sunt eius rationes, & etiam alie, que ad eius roborationem adducte sunt finis huic tractatui imponitur quem de plurificatione intellectus possibilis volumus intulari.

F I N I S.

Habeto itaque candide lector tres has questiones clarissimi doc. Regi. duas scilicet de celi materia, & vna de possibili intellectu, quas ideo posuimus quoniam summam iuuenibus in eis vtilitatem esse nouimus et raram apud homines copiam videramus.

Frater Iacobus Senensis castigauit, & dedit.

TRACTATUS LOCORVM METHAPHISICARIVM IN DICTIS AVTORIS CONTRADICTIONIS

IMAGINEM CONFERENTIVM A MAGISTRO

IACOBO SENBENSI ORDINIS

DIVI AVGVSTINI PRO

IUNIORIBVS DE

PROMPTIVS.



QVESTIONIS prime illa videtur summa .f. Methaphisicam esse hominis felicitatem puris ex naturalibus possibilem, que per virtutem prudentie, quo ad politicam felicitatem, vel per virtutem sapientie, quo ad felicitatem speculatiuam in anime operatione consistit. Vnde illud animaduersionem dignum occurrit, quoniam felicitatem doctor in operatione statuit, sibi metipso constans primo sententiarum d. 1. q. 2. & quolibet. 3. q. 19. cum S. Tho. sentiens p. sent. d. 1. q. 2. ar. 1. & quolib. 8. ar. 19. & prima parte. q. 12. arg. 1. etiam. q. 58. arg. 1. diffidet autem a Sco. qui. 4. sent. d. 41. q. 1. felicitatem in habitum constituit, nec refert prefatis in locis de felicitate quam gratuito consequimur taquam humane nature finem simpliciter vltimum, ibi sermonem habere. hic autem de felicitate in vita presenti naturali possidenda ipsum intendere, quandoquidem cur altera in operatione altera sit in habitu ratio nulla cogat, quorum vtrorumq; sententie. 2. phi. t. 58. alludit philosophus. practicum contestans esse fortunam quia in est quibuscunq; inest eu contingere, signum affert, quia videtur fortuna idem esse felicitati aut prope, q; probat quia felicitas quedam praxis. est eupraxia autem est. i. bona operatio. itidem annuit. 9. methaphisice. t. c. 16. inquit, est autem felicitas infelice sicut actio in potentia, vt visio in uidente, speculatio in speculante, vt vita in anima, a quo non discrepat comenra. ibidem asseuerans fortunam & felicitatem esse quadam vite nobilis qualitate, vita autem actio quedam est. Rursus animaduertendum quoniam cum doctor methaphisicam felicitatem esse astruit. Aristotelem committatur, ipse quippe in methaphi. prolo. ca. 2. methaph. sapientiam denominat inquit. n. nam denominatam sapientiam circa primas causas omnes existimant hoc nouissimo concludens verbo, quod quidem igitur hec scientia sapientia sit, & circa causas verum & principia manifestum, atqui ethico. 10. cap. 8. illud habet, est autem felicitas talium cognitio causarum, eadem ergo erit sapientia felicitati, id ipsum eodem exarauit. 8. cap. est autem felicitas secundum virtutem optimam operatio. hac autem uirtutem optimam sapientiam uocat. subdit sapiens per seipsum contemplari potest & tanto felicior quanto sapientior idem ca. 10. adumbravit. Deos maxime putamus beatos atque felices, quia tamen per alias uirtutes contemplari nequeunt eorum felicitas est in contemplatione sui, quid primo mentis obtuitu contra diuum Thom. cenfabit quispiam pri. part. q. 64. arg. 1. ad primum inquit licet aliqualis ratio felicitatis incognoscendo substantias separatas homini esse possit, sed tamen substantie separate substantias separatas cognoscere est connaturale, sicut nobis cognoscere substantias sensibiles, unde sicut in hoc non est hominis felicitas quod cognoscat naturas sensibiles, ita non est sub-

stantie separate felicitas quod cognoscat substantias separatas. non ergo earum felicitas in sui contemplatione constabit. Sed dicendum est quod philosophus de qualilibet felicitate sensum habuit. Sanctus Doctor de perfecta loquutus est felicitate, quod preposuit dicens licet perfecta felicitas sit in cognoscendo substantiam primam. f. Deum, quam quidem felicitatem non nature vires sed Dei gratia & lumen glorie conferunt Tertio animaduertendum est, quod Aegidius hac in parte in ipsius intellectus operatione felicitatem collocat, ait namque felicitatem esse in operatione que est per prudentiam uel sapientiam quorum subiectum nimirum est ipse intellectus, vt ipse habet quolib. 4. questio. 18. actus autem habitus consequuntur habitus uero potestias, vt. 2. de anima tex. com. 22. habetur. Oppositum autem tenet doctor pri. sent. d. 1. q. 1. & quolib. 3. q. 19. & principalis in voluntatis quam intellectus actu esse felicitatem frequenter inculcat, vnde ipsum esse actum uirtutis in voluntate existentis. f. charitatis passim fertur. Sed statim soluitur, quoniam theologia de perfecta fermocinatur felicitate, quam diuino assequimur beneplacito. hic autem de imperfecta quam nature nixibus hanelamus, quod ipse ostendit pri. sent. di. 1. questio. 1. ad pri. inquit. omnis felicitas ex puris naturalibus nobis possibilis in intellectu habet esse, & talis est actus prudentie, vt felicitas politica, vel actus sapientie, vt felicitas contemplatiua, illa uero quam ex gratia consequimur in voluntate proprius existit quam in intellectu. Quia quidem in sententia ediuerso a diuo Tho. astare uidetur. qui prima parte. questione duodecima, articulo primo. vltimam hominis beatitudinem in altissima operatione proponit consistere etiam. 4. senten. distin. 49. questione secunda, etiam pri. secunde questio. tertia. articulo quarto etiam tertio contra gentiles. cap. 26. ubique eius labor insadat, ne beatitudo in voluntatis actu audiatur. Verumtamen, tam magnos viros hoc in articulo difformiter sentire non puto. Illuc namque tendit Sanct. Tho. beatitudinem in actu intellectus principaliter consistere, nam sicut in via fides caritatem mensurat, quantum quippe uiator credit tantum diligit, sic visio beatitudinem metitur, quanto clarius deum comprehensor intuetur. tanto uehemetius fruitur, intellectus ergo actus beatitudinis est principale principium. vnde pendet voluntatis actus. ex hoc concludit idem. S. Tho. 3. par. q. 68. ar. 4. ad. 3. q. fides caritate non informata ad salutem non sufficit, sed bene fides caritate formata que per dilectionem operatur vt docet Augusti. post Apostolum de fide & operibus, & 5. confessio. beatorum est quid deum perfectius intuet, unde quemadmodum in via tota uita spiritualis & anime ad deum coniunctio est effectus caritatis, fide tamen preuia vt idem. S. Tho. 3. p. q. 89. q. ar. 6. sic uita beatorum. idem S. Doctor. 3. contra genti. ca. 26. habet q; uoluntas non est proprius intelle-

Felicitas perfecta.

F

S. notan.

G

Intellectus.

S. Tho. & Aegid. conuenio.

H

L

B Pri. notan.

Felicitas in actis.

C

S. notan.

D

Separationem felicitatis.

A ctualis nature, nisi secundum quod ab intellectu dependet, ex quo sic infert, beatitudo ergo magis est in actu intellectus quam voluntatis magis inquam substantialiter de principaliter in eo consistit, & subdit in illa namque est hominis beatitudo qua primo homo deum contingit, primo idest principaliter, sequitur huiusmodi autem est intelligere, nam velle non possumus quod non intelligimus, iam expresse habet quod intellectio est volitionis principium, hoc autem inficias non ibit Ægidius, & nihilominus vera predicatur esse positio eius, nempe in voluntatis actu magis quam intellectus beatitudinem principaliter consistere: difformiter quippe accipit principaliter Ægidius, quam S. Doctor, ille namque capit principaliter, idest immediate perfective & complete per totam questio. 19. 3. quolibet, nam si sumeret principaliter, vt. 8. Doctor, idest radicaliter & initiatiue sibi ipsi non constaret prefata, namque in questione sepe sepius iterat, beatitudinem omnino in voluntate principaliter & finaliter & formaliter consistere hoc ipsum intendit. S. Tho. 4. senten. dist. 49. q. 9. di. vltimus finis hominis in intellectu consistit, illud autem quod est ex parte voluntatis, scilicet delectatio, est quasi formaliter complens rationem beatitudinis, vt sic voluntati attribuitur prima habitudo ad finem, prout ipsum appetit, & vltima beatitudo secundum quod in fine iam assequuto quietatur, quod totum eque intendit Ægid. Quartum non post habendum, quod Doctor extenso calamo, Metaphisicam asserit felicitatem in vita presenti, nature virtute hominibus possibilem, quo circa irrationabiliter in ipsum obgannit Sueffa. cum sit arguit. Peripatetici aliam a presenti, vitam non admittunt, ergo Philosophus loquitur de felicitate vite presentis; iam dicitur quod ista est ipsissima Ægidij sententia, ex hoc tamen non sequitur, ergo perfectam felicitatem, secundum rei vnitatem post mortem non expectamus, nec illam distinctionem de perfecta & imperfecta felicitate inuit Ægidius secundum philosophum, quam etiam scriptorens asserit Sueffa. Ad secundum quo Ægidium perturbare nititur cum dixit, summam felicitatem, quam in futurum expectamus non esse methaphisicam, inquit Sueffa. dato etiam secundum peripateticos, quod sit alia vita, adhuc anime beatitudo est speculatio Dei. omnis autem speculatio est aut naturalis, aut mathematica, aut methaphisica, talis autem beatorum anime speculatio non est naturalis, nec mathematica, ergo methaphisica, dicitur quod distinctio illa euacuat speculationem intellectus viatoris lumine intellectus agentis speculabilia speculantis; comprehensoris autem intellectus lumine glorie speculabilia sua specularur, quorum speculatio non est methaphisica, que non est sine naturali, nec naturalis perfecta sine mathematica, hic est doctrine ordo ex Auerro. paraphras. methaph. tracta. p. cap. 1. hec autem in comprehensoribus locum non habet.

fitum tamen habere videtur super. 2. phisic. t. com. 89. cum inquit, finis cum sit quid vltimum, rationem habet conclusionis, que sunt ad finem, rationem habet principij, quia efficiens ipsum finem. Soluitur secundum ipsum ibi, finis namque potest dupliciter considerari primo modo in exequendo & sic vltimi & conclusionis nanciscitur rationem, secundo modo in ratiocinando & sic sibi principij vendicat nomen, nam ceu premisse vere conclusionis inferunt necessitatem, sic preconceptus finis, eorum que sunt ad finem necessitatem imponit, & sic principij sibi ratione asci scit, ideo inquit ibi philosophus t. c. 89. sicut est in doctrinis ita in naturalibus. Rursus infra habet doctor, finem in infinitum appetibilem esse. Oppositum tamen sentire videtur quoli. pri. q. 18. dices. Si precessus aliquis sequatur naturam forme, cum forma sit quid in actu oportet processum illum in actu perfecto quadoque reperiri, quod Auerrois sententia roborat. 3. phisicorum. c. 67. nam augmentum sequitur naturam forme, si quid sit in infinitum augmentabile: reperiretur quandoque aliquid in infinitum augmentatum: pariformiter si finis in infinitum est appetibilis hec finitas cum appetibilis naturam sequatur, appetibile autem ut habet doctor ex philosophi doctrina. 3. de anima t. c. 51. aut est bonum aut apparens bonum, quare horum alterum quandoque actu infinitum dabitur, quod secundum ipsum & philosophum. 3. phisic. t. c. 60. ut incoueniens relinquitur. Soluitur secundum ipsum eadem in questione. 18. nam augeri aliquid in infinitum. Bifariam contingit. Simpliciter & secundum quid, augeri aliquid in infinitum ex parte forme natura non substat nec nam in talibus est status & in maius. 2. de anima rex. comen. 41. omnium nam constantium est certa ratio & terminus eorum magnitudinis & augmentum, est status etiam in minus, primo phisicorum tex. comen. 36. datur minima caro minimum os. &c. Infinitum autem secundum quid est secundum similitudinem: nam etsi ipsius augmentabilis aliquis preffissus sit terminus, ad illum tamen nunquam agens deueniet, comprehensoris siquidem charitas terminum habet, quem tamen nunquam viator valebit attingere, sicque finis est in infinitum appetibilis: quoniam etsi sue perfectionis terminum habeat, ad ipsum tamen nunquam venturum est agens: hanc autem distinctionem infiniti simpliciter, & secundum quid quamuis communis usus non habeat, est tamen necessaria & a philosopho primo politico: intenta. lectione octava. Sancti Thom. ubi habet philosophus quod medicina est sanitatis in infinitum, & vnaqueque ars sui finis in infinitum, nam quam maxime idest semper perfectiorem volunt illum efficere in infinitum, eorum autem que ad finem sunt, non in infinitum, pecuniatiue autem non est, innuitur etiam a philosopho. 3. phisic. 4. acceptione infiniti, t. c. 34. ubi doctor de maris profunditate exemplum deduxit.

Questionis tertie, summa illa videtur, quod cum ipsius hominis finis ipsa scientia predicet, ideo ea omnes naturaliter appetunt, quam etiam, saltem in principio rum cognitione quilibet assequitur. illud notatu occurrit secundum Doctorem, quod aliquis finem suum non concupiscat, id est in causa, quia ipsum ignorat, esse autem agnito illico eundem appetit. Sancto Doctori innuitur pri. par. q. 62. ar. 1. docenti, vltimam suam perfectionem hominem naturaliter appetere. Oppositum tamen doctor videtur sentire in. q. pri. homo namque cum per cognitionem existentem in eo agat, naturaliter in suum finem deducitur, vnde ipsum ignorare non valet. Soluitur per verbum eius, neque enim sentit quempiam finem suum latere, at si quem finis lateret

Principia -
liter dupli-
citer.

4. notan.

Pri. ratio
Sueffani
soluitur.

2. ratio
Sueffa, sol-
uitur.

Q. 6. 8.

D

Contrad.
tio.

E
Solutio.
Finis du-
pliciter.

contrad.
tio
Solutio.

F

Appetibile
quid sit.

Augmen-
bile in in-
finitum dup-
pliciter.

G

Q. 6.

H

A lateret ipsum nequaquam optaret, vnde subdit, nunc autem nullus est, quin saltem in vniuersali cognitione habeat principiorum, ideo homo ipsum scire non potest non appetere, prima ex sua natura, siquidem intellectus eius possibilis est omnia fieri, & intellectus agentis est omnia facere. 3. de anima. t. 18. secundo ex eius propria operatione, que est ipsa cognitio, vt ex verbis philosophi nouissimis, primo de histo. animal. ca. 1. 2. ex ipsius hominis fine vltimo. s. felicitate que in ipsa speculatione consistit, & si ad illam admittantur per pauci. Item dicit scientiam ipsius hominis esse finem. Opposi. sentire videtur in quest. 1. sine hominis ipsam methaphisicam asseuerans: in prolo. autem pri. senten. q. 9. methaphisi. sapientiam etiam docuit. ar. 6. ethi. ca. 4. quinque metales describuntur distincti habitus, quibus anima vel affirmando, vel negando, verum dicit. vtpote ars, scientia, prudentia, intellectus, siquidem finis hominis sit sapientia, non vtiq; scientia esse fatebitur. Soluitur per ipsum prolo. senten. q. 8. scientia proprie sumpta rerum est humanarum cognitio: diuinarum vero sapientia, ex Aug. 14. trin. c. 1. quomodo distincte sumpsit Apostolus. 1. Cor. capi. 12. alij datur sermo sapientie, alij sermo scientie, latiori tamen assuetudine vtraque scientie, vtraque sapientie sortitur nomen, ex Aug. 13. trin. ca. penul.

Contradictio. 2.

Solutio.

B

q. 4. 1.

contradictio. 2.

C

Solutio.

Intit. dup.

q. 5.

D

Contradictio. 1.

Solutio.

Circa questionem. 4. cuius videtur summa omnes homines non formaliter, verum virtualiter methaphisicam appetere, quatenus virtualiter in alijs scientijs includitur itaquam finis vltimus in ceteris finibus ad ipsum ordinatis. vnde commenta. paraphrasi methaphi. tracta. pri. cap. 1. proportio methaphi. ad alias scientias est proportio finis & perfectionis, cum per eius cognitionem habeantur scientie causarum entium, & hoc est interium cognitionis humane, etiam. 11. methaph. ca. 3. methaph. considerat principia scientiam communiter, idem sentit S. Tho. in princ. 6. methaph. hac in questione habet doctor: quatenus in apprehensione finis contingit errare, & multi errarunt. Oppositum tamen sensisse videtur in quest. 2. dum inquit finem principij rationem secum afferre, est insuper doctrina. S. Tho. 1. par. q. 19. ar. 5. & philosophi. 2. phisic. t. co. 79. hoc comprobauit doctor in q. 3. di. quod principium est sicut locus tanue, quem nullus ignorat ex philosopho & Auero. 2. huius. t. & c. 1. Soluitur per ipsum quoli. pri. q. 20. duplicem enuncians finem. alterum quem quispiam aliqua naturali virtute vltimate consequitur qualis est ipsa beatitudo, circa que finem errare non euenit. alterum que quis aliqua superuenienti qualitate consequitur, prout homo est huiusmodi vel aliusmodi, dispositionis vel complexionis ex quacunque celestium corporum impressione, quo verificatur illud. 3. ethic. cap. 7. qualis vnusquisque est talis sibi finis videtur: hanc circa finem errare contingit, est hec etiam responsio. S. Tho. pri. par. q. 83. art. 1. ad quintum.

Questiois. 5. summa est Deum non esse huius scientie principale per se, & primo subiectum, cum vnus scientie vnicum sit tale subiectum, et huiusmodi sit ens, quod inter declarandum positionem illam increpare videtur, ponentem. s. aliquid esse principaliter consideratum in aliqua scientia, quod tamen non est subiectum in illa. Oppositum tamen statim innuere apparet, dum Deum principaliter in hac scientia consideratum fatetur, ipsum tamen esse primum subiectum non admittit. Soluitur per ipsius verbum, nam quod est principaliter consideratum in aliqua scientia vtiq; asserit illud per se esse subiectum, & principale quod tamen opinio illa negauit, Deum esse subiectum proprie & principaliter abnegans. Verumtamen, quia

S. Tho. videtur illa sentire, ideo non est prorsus paucipendenda, nam. S. Tho. super Boet. de trinit. q. 5. arti. 1. in fine determinationis sic habet, in scientia diuina que metaph. dicitur principium cognitorum est Deus, ecce quod est principaliter consideratum, & tamen in eiusdem questionis, ar. 4. di. scientia diuina est dup. vna in qua considerantur res diuine, non tanquam subiectum scientie, sed tanquam principia subiecti, que dicitur metaphisica, alia que considerat res diuinas, vt subiectum scientie, et hec est sacra scriptura, ibi habet quod subiectum metaph. est ens inquantum ens, quod proprie vocat subiectum, quia adequatur consideratis in illa, vt nec illa excedat, nec ab illis excedatur. Conuenit ergo Aegid. cum S. Tho. nam quod. S. Tho. dicit proprie Aegidi. dicit primo. Item vnum & idem fatetur esse principaliter consideratum in scientia & ex consequenti, vt si qua scientia principaliter, & primo consideraret animal, homo esset consideratum principaliter ex consequenti, que verba implicare videntur. Sed dicendum est quod ly principaliter referendum est ad ly consideratum, & ly ex consequenti, ad subiectum, vt sit sensus quod aliquid sit principaliter consideratum in scientia, & sit subiectum non principale, sed ex consequenti illius.

Questiois sexte, summa videtur in scientia consideratum & scientie subiectum, non eundem facere sensum, quod inter probandum dicit. libri de generatio. corpus mobile ad forma, & libri de celo & mundo corpus mobile ad vbi differit esse subiecta, nec earenus ad innicem esse disperata, vt vnum ad aliud nullatenus reducat. Oppositum huius habere videtur. 8. phi. super tex. 55. inquiring, augmentationem ad alterationem, hanc ad motum realiter tanquam ad suum prius & suam causam reducendam. Soluitur si secundum esse tales motus considerantur inter illosdem ordinem esse, non est qui ambigat, si vero secundum essentiam, quilibet adinuicem disperatos habebit, secundo docet non illud scientie esse subiectum, de quo scientia considerat, verum id quod in scientia est quid vniuersalius. Oppositum tamen habere videtur in prolo. sententiarum. questione. 1. inquiring non illud esse scientie subiectum, in quo est scientia, sed id de quo est scientia, etiam preterita questione in idem verit, esse scientie obiectum & subiectum, id autem de quo scientia considerat cum sit eius obiectum, erit ergo & subiectum. Soluitur, ipsemet doctor suum iustificat sermonem dicens, id de quo est scientia principaliter & per omnem modum est scientie obiectum & subiectum, illud autem quod dixit consideratum in scientia a scientie subiecto differre, sicut vniuersale a particulari, que secundum ipsum re idempificantur, exprimit acceptisse loco, magis communis & minus communis, hec est etiam doctrina. S. Tho. super Boet. de trinita. questione quinta articu. 1. in fine, dicens metaph. considerat substantiam, qualitatem, potentiam actum vnum & multa. Ange. deum, quorum nullum est subiectum, mathema. etiam considerat lineam, superficiem, corpus, & numerum horum nullum est eius subiectum. igitur etiam secundum ipsum communius est esse in scientia consideratum quam scientie esse subiectum.

Questiois. 7. summa Deum nullius specialis scientie esse subiectum: quandoquidem scientia quelibet ab eo, quod principaliter ipsa considerat denominationem summar. Cum S. Thoma ambulat. 1. par. q. 1. ar. 4. & 7. inquit etiam, quod quelibet scientia abstractit. idem. S. Tho. 1. par. q. 44. ar. 3. etiam quod scientia diuersificatur secundum abstractionem diuersitate, idem S. Tho. super Boet. de trinit. q. 5. arti. 1. & 4. etiam. 1. par.

L ii

E

Scientia diuina

Dubium.

Solutio.

F

q. 6.

contradictio.

Solutio.

contradictio.

G

Solutio.

H

q. 7.

A q. 85. (ar. 1. ad. 2. vterq; a philosopho sumpsit. 1. de aia. t. c. 17. phi. 18. 6. metha. t. c. 1. 2. 3. etiam. 7. metha. t. c. 35. Huius autem sententiae, videlicet deum nullius scientie esse subiectum. Oppositum dixisse videtur. q. 6. deū metha. esse principale subiectū sepe inculcās. Soluitur secundum ipsum ibi loquitur de subiecto ex cōsequenti hic autem de subiecto, primo ex adequato, a quo scientia & scientie nomen et vnitatē nanciscitur. Rursum intulit Deum, nec in scientia speciali subiecti locū habere. Oppositum tamen habet prolo. senten. q. 2. in fine dicens, si loquamur de scientia ex parte subiecti, nulla scientia est adeo specialis, sicut Theolo. quia subiectum suum principale est deus qui est quid vnū secundū rem, alie autē scientie habent subiectū aliquid vniuersale quod est vnū tantum secundū rōnē. Soluitur secundū ipsum: quoniam alie a theologia scientie. Cum sint humanitas inuente, vel de sensibilibus considerant vt naturalis, vel de insensibilibus existentibus, vt mathematica uel sensibilia partem sui habent, vt methaphi. ideo aliquid subiectum habent vniuersale aliquo speciali modo abstractū, theologia autem scientia est per reuelationem habita. 2. dicitur ex eius verbis, quod licet theologia ex subiecti aspectu sit omnium specialissima, ex parte tamen in ea consideratorum nulla est illa communior cum nulla tot quot ipsa consideret.

Contradi-
ctio,
Solutio,

Contradi-
ctio.

Solutio.

B Vestitionis. 8. summa est nullam scientiam humanitatis inuētā sub speciali ratione deum cōsiderare, quod dilucidando id interposuit naturalem de deo per accidens & indirecte considerationem facere. Oppositum sentit. 2. phi. 1. in t. cō. 71. sue rationi respondens qua, sic arguit philosophus, probās esse deueniendum ad primum motorem immobilem qui est deus, ergo considerat de deo. Respondet si accipiat motor secundum substantiam sub naturali consideratione non cadit sed vtiq; si consideretur vt motor. ergo vt motor consideratur per se. Soluitur secundū ipsum ibi eandē tenens sententiam, naturalem videlicet de deo per accidens considerationē habere, sicut in questionibus met. exarauit. has ergo qō. prius edidit, quā philosophicam exposuerit, per accidens ergo de deo considerat naturalis: quia ratione motus, siquidem absque ipsius cōsideratione, de ipso motu plenam valeret habere notitiam nullam de deo memoriā faceret, huius sententiae est. S. Tho. preface tex. 71. cuius ratio est que enim per se naturalis sunt considerationis, motus & quietis, principium habent, insuper habet doctor nos Deum ipsum positue cognoscere. Oppositū videtur intendere. pri. senten. di. 3. q. 3. docens nos per remotiōnē, & negatiōnē deum cognoscere. Soluitur per ipsum nempe vt prima causa, vt primus motor, vt primum bonum a nobis positue cognoscitur: cum hoc tamē per predicatorum negationem que de creaturis dicitur negatiue apprehenditur, est etiā doctrina S. Tho. pri. par. q. 11. ar. 3. ad. 2. etiā pri. par. q. 14. ar. 1. ad pri.

Q. 85.

Contradi-
ctio.

Solutio.

C Vestitionis. 9. summa videtur, Methaphisicum considerare deum per accidens, vtpote per aliud. Oppositum sentire videtur. 2. phi. in. t. c. 71. inquires naturalem differenter a methaphisico, Deum cōsiderare, is namque deum considerat propter motum verū methaphi. ediuerso, de motu deque speris mobilibus propter motorem primū & separatas substantias, adeo quod de deo ipso & separatis substantiis a priori intendit notitiam tradere, non igitur per effectus. Soluitur per ipsum ibi methaphisicus namque per effectus & a posteriori, & per accidens ex parte nostri, deum considerat, nam cum nostrum intelligere vel sit phantasia, vel nō sine phantasia, & intellectus noster phantasmatis obnubilē, essentiali intellectu nequit deū

Contradi-
ctio.

Solutio.

Q. 9.
Contradi-
ctio.

Solutio.

D

attingere. Verumtamen methaphisicus deum ex parte scientie a priori considerat, nam principaliter ipse deus dei intendit notitiam tradere, & si ex parte nostri non valeat, nisi per effectus procedere idem sentit. S. Tho. in hoc prolo. lectio. 3. & super Boet. de trini. q. 5. ar. 1. ad. 9. etiam secunda. 22. q. 27. art. 3. Rursum intulit doctor. Deum rem esse predicamēti reductiue. Oppositum intēdit pri. senten. di. 8. q. 14. vbi habet quod materia & forma sunt in genere reductiue compositum per se. Deus autem nec per se nec reductiue, nec aliquo modo. Soluitur per ipsum ibi, quoniam deus non est in genere. predeeterminato vt materia forma punctus vel vnitās, que reducuntur ad genus illius cuius sunt principia, ideo dixit, quod hec sunt ita principia vnus quod non alterius, non sic reductiue deus est in genere, quandoquidem non ita sit alicuius principium quod non alterius, sed est principium omnium ideo sic reductiue est in omnibus generibus, quod in nullo est determinate. idem sentit. S. Tho. tracta. de natura generis, cap. 2. sentit cum Auicē. etiam. 1. par. q. 3. art. 5. etiam 1. senten. dist. 8. q. 4. art. 2. idem Scot. 1. senten. dist. 8. q. 3.

B

Contradi-
ctio.

Solutio.

Q Vestitionis. 10. summa est hanc scientiam deum, vt principale subiectum considerantem, quibuscumq; nobiliorem profere ac certiorē, cuius ratio est, quia bonitatem dei completā, secundum modum infinitū considerabit. Oppositum habuisse videtur. 1. senten. dist. 3. q. 1. asserens non modo per inuentionem quiditatem diuinam nos cognoscere non valere, sed nec quenquam illam scientem, nos potuisse, quandoque docere, cum viator non nisi enigmatico lumine illustreretur, quo minime deum valet attingere. Soluitur per ipsum. quoniam talis scientia tantum deum considerans, considerat secundum modum infinitum diuinam bonitatem. s. ex parte ipsius dei, quia vt sic nō contraheret ad aliquā particularem considerationem non tamē ex parte luminis nostri intellectus. ideo sermonem suum rectificando explanauit, dum addidit, talis scientia deum tantum considerans licet deum si nite consideraret ea amplior deo notio, longe ceteris esset nobilior scientiis. Rursum retulit talem scientiam, deum tanquam principale subiectum considerantem prę alijs esse nobiliorem. Oppositum habere videtur in prolo. q. 3. in fine dicentem, quilibet scientia specialis subiectum suum semper sub aliqua speciali consideratione considerat in quo methaphis. a theologia distinguit, quo circa, scientia que vt principale subiectum tantum deum considerat, non erit illa nobilior que deum absolute discuit. Soluitur secundū ipsum, quia scientia que deum et alia considerat cum deum sub communi illa notione in qua alia considerabilia conueniunt deum intendat, non illa nobilitate honestabitur, qua illa notabilitatur que tantum deum considerat speciali sub aliqua ratione, nā etsi talis cognitio sit modica est tamen qualibet alia nobilior, idē sentit. S. Tho. 3. par. q. 10. art. 2. ad. 3. & primo de anima, super tex. 1. & 2. celi, super tex. 60.

F
Q. 5. 10.

Contradi-
ctio.

Solutio.

Contradi-
ctio. 1.

G

Solutio. 2.

Q Vestitionis. 11. summa est methaphi. scientie causam ipsum subiectum esse non posse, quandoquidem causa & causatum relatiue dicantur, & relatiuorum alterum, sine altero apprehendi non possit, nam duo simul essent simpliciter cōsiderata. Oppositum ostendere videtur de cognitione angelo. quest. 7. ibi edocet qd quātumlibet intellectus causam & causatū simul intelligat cū illa non similiter intelligat causam nempe principaliter causatum autem ex consequenti cognoscat, non sequitur quod duo pariter intelligat non ergo duo sequitur essent subiecta. Soluitur ibi nāque causa & causatum, secundum esse absolutū & actua

q. 11.

Contradi-
ctio.

H

Solutio.

A le accepit, quomodo causati ad causam subsequitur hic autem causam & causatum respectiue sumpsit, qualiter vnum ad aliud, nullatenus subsequitur cum relatiua sint simul natura. i. alterū naturali intelligentia alterum reciproce comitemur idem sensu. S. Tho. de potentia, dist. q. 7. art. 9. & ibi. p. 8. etiam in senten. dist. 20. q. 1. arti. 1.

q. 12.

Questionis. 12. summa est animam in sui primordio ceu nudam existentem tabellam necessum esse paulatim sensibilem extrinsecus aduentibus informanti speciebus. quod inter probandum, inquit, quod in sensu imprimatur non est prorsus incorporeale at inter vsque quaque abstractum & corporale medians.

Contradictio.

Solutio.

B

Oppositū habere videtur. 2. de anima, super tex. 121. oportet autem de omni sensu suscipere susceptiū esse specierū sine materia, inquit, sic intelligitur, quod sensus suscipit sine materia speciem, idem modo intentionali & secundum similitudinem, vt cera sigilli similitudinem, qualis species penitus incorpoream se ostendit. Solutur secundum ipsum, nam talis species si consideretur secundum esse, quod proculdubio est in materiale sic est penitus incorporea, si autem secundum modum essendi consideretur, vt pote, quia suscipitur secundum cōditionem nature, que sunt hic et nunc incorporeitatis nomen assumit, quo modo species illa nō dicitur penitus abstracta, sic a penitus abstracto nulla sit abstractio, et in hoc distant abstractiones, quas sensus mouentur, & intellectus, idē docet S. Tho. pri. par. q. 40. arti. 3.

q. 13.

Contradictio.

Solutio.

C

Questionis. 13. summa est sensuum dilectionem dilectionis scientie signum conferre: signum autem rei intellectiōnem dare, cuius est signū, preter hoc quod causam dicat. Oppositum videtur superius habuisse q. 3. asseuerans, quoniam ea, que sunt ad finē, tam etsi in causa non sit, quod finis diligatur, sunt tamen causa qua finis habeatur: nunc autem sensuū dilectio ad hunc finem qui est sciētia, nemo ibit inficias quin sit medium, quo circa erit signum & causa. Solutur siquidem sensus dilectio ad scientiam, que finis est referatur, proculdubio & mediū & cause nomen sic sortitur, quod tituli signum amittit, verum tamen si nequaquam ad scientiam, sed ad scientie dilectionē quā omnes naturaliter appetunt quis referat, ita signi nanciscetur nomen, quod cause nomen minime meretur, idem. S. Tho. prolo. methaph. & de sensu & sensa.

q. 14.

Contradictio.

Solutio.

D

Questionis. 14. summa videt sensum visus pre alijs sensibus dilectionis rationem sibi cōparare quod inter enucleandum illorum increpat iudicium qui sensum tactus principaliter diligendū autumarunt, neq; ad hoc mordicus tenendum eorum ratio videtur vrgere, quod videlicet aliorum sensuum fundamentum extet & causa, quandoquidem in ipso ceterorum sic conseruatio, vt eo non existentē nec vlli sensus, nec vlla existant sensilia, vt. 3. de anima, t. cō. 67. reliquit philosophus. Oppositū videtur sentire, quoli. u. q. 14. ibi hac probat ratione hominem vehemētius ad dei quam ad sui dilectionem teneri, quia deus fundamentum est, & causa totius esse in cuius bonitate omnis creata bonitas pausat, vt sine ipsa vacet omnis bonitas. Solutur, per similitudinis interemptionem, neq; enim ceteri sensus, vel dependentiam, vel cōseruationem, vel vniuersam sui perfectionem a sensu tactus exhauriunt vt homo ad deum refertur. Rursus differit bene esse ad quod conducunt sensus alij maius esse bonum, quam esse simpliciter quod a sensu tactus proficiscitur. Oppositum tamen innuere videtur 3. de anima, super tex. 68. & vlti. vbi habet philosophus, alios autem sensus habet animal non propter esse, sed propter bene esse, quod doctor sic ostēdit alij

Contradictio.

sensus faciunt ad bene esse, quia visus facit, quod animal videat gustus q; delectetur, auditus vt sibi aliq; significetur, lingua vt significet alteri palam est autem, quod videre non est maius bonum, quam esse. Solutur, quoniam et si sensus quilibet secundum esse quiditatum sit, quid minus bonū quam ipsum esse, quod per tactum consequitur: tamen quilibet secundum esse actuale acceptus, quo modo et ipsum bene esse conglomerat, sic tanquā maius bonū & quid prestantius sensus quilibet, a tactu diligendus est magis quam ipse tactus solus, esto quod sensuum ceterorum sit fundamentum, idem sentit. S. Tho. 3. de anima. t. c. 67. in prolo. methaph. etiam. 1. par. q. 76. ar. 5.

Solutio.

q. 15.

Contradictio.

Solutio.

Questiois. 15. summa est sensum visus plures nobis rerum differentias pre ceteris sensibus ostendere, quod inter plantandū obiter intulit sensum tactus nō omnes rerum tangibiles differentias quemadmodū visus omnes rerum differentias visibiles discernere. Oppositū videtur sentire. 3. de anima, super tex. 66. ibi dicit sensum tactus non modo earum que sunt terre differentiarū esse susceptiū, scilicet ois calidi & frigidi, ac omnium aliorum tangi possibilibus susceptiū esse, atque ad omnes tangibiles qualitates in potentia fore. Solutur per ipsum, ibi quoniam si qualitates tangibiles absolute sumantur harū omnium minimegentium sensus tactus susceptiū est differentiarum: si vero ad ipsius tactus, qui in mediocritate quadam consistit organū referatur: sic tactus est omnium tangibilium susceptiū differentiarū non in quā oium absolute, sed omnium, videlicet ab ipsa mediocritate clarantū, idem sentit. S. Tho. pri. par. q. 76. ar. 5. quod visus etiam plures rerū differentias ostendat, in prolo. methaph. lectio. 1. etiam. pri. 2. q. 77. ar. 5.

q. 16.

Contradictio.

Contradictio.

Solutio.

Questionis. 16. summa est: bruta, ipsa prudentia extenso nomine naturaliter pollere, quod inter declarandum. S. Thome insultare videtur quod brutorum prudentia nequaquā sit nature quedam sagacitas vel naturalis quidā instinctus, quo agūt quecunq; agūt. Oppositum autem protinus adiecit inquiring formicā propter naturalem instinctū congregare. Item formicā ob famis memoriā in estate aggregare recusat. Oppositum tamen in fine fatetur propter memoriā, quam habet formicā ab aceruo contrahere granū, secundum a quō primū, primo desumpserat, idq; eundē adferre locū. Solutur pri. quoniam ita non resellit in brutis prudentiā naturalem quendā instinctū esse, neque ex parte subiecti vniuersalitate denegat, quin omnis in brutis prudentia naturalis sit quidam instinctus. Verum ex parte predicati vniuersalitate noluit audire, quod omnis prudentia in brutis sit quilibet naturalis instinctus, neq; sic intellexit. S. Tho. nō. n. quid sit prudentia in brutis diffinitue enunciauit, vt conuertibiliter de se inuicem predicentur, vt prudentia sit omnis naturalis instinctus, omnisque naturalis instinctus sit prudentia, quin potius fuit quedā communis per cōmuniā prudentie explanatio, doctor autem illam esse rationem diffinitiuā denegauit, quod & S. Tho. non approbasset, ideo insimul coherēt. Ad. 2. dicitur, negat auctor formicā propter famis memoriā grana colligere: eam tamen hoc in loco grana cogere, & ab aceruo illo deferre propter memoriā, quam ad ipsammet tota tenet, horū igit virorū, quilibet persuasum habet quatenus prudentia in brutis est methaphorica estque memoriā quedam naturalisq; extrinsece operandi instinctus, ideo artū retractio quā facit animal dū cōpūgitur, prudentia nequaquā existimabitur, idem sentit Alber. 1. metap. ca. 6. S. Tho. prolo metap. hoc in loco. pri. 2. q. 3. ar. 3. etiā. pri. 2. q. 15. ar. 2. et secūda 2. q. 47. ar. 15. etiam de sensu & sensato, lectio. 2.

Solutio.

H

A **Q**uestionis. 17. summa est animalia audiū habentia per se solum esse disciplinabilia, q̄ inter dilucidandum. S. Tho. infectari cuiquam videbitur, si cui tamē cum S. doctore itinerari oblectabitur, quandoquidem tutum sit eius iter. cum ipso mordicus tenebit inde sensu & sensato, sensum auditus perinde sensum nūcupari discipline, quia multo sunt plura, que perauditum didicimus quamque per motum perspeximus & signa, ex hoc tamen non sequitur uisum antonomastice sensu vocitari cognitū, tam & si per ipsum plures rerum differentias quā per alios sensus cognoscimus ea namque quam per visum habemus notitia illam quam per alios sensus assequimur non eatenus excedit, quatenus disciplina, quam perauditum adipi scimur illam incomparabiliter exuperat, quam per nutum & signa consequimur, cum eam per modicā quilibet experiatur. Item docet Auctor agens et operationem ipsam instrumentum intermediare, instrumentum autem potentiam vocat. Oppositum, cuius sentire videtur. quoli. 3. q. 11. potentiam anime ab anima ipsa realiter distare, ratiocinans, inquit, actio semper est media, inter agens et patiens, siquidē actio non igitur potentia, vel instrumentum intercedit, sed nec interuenit de actione distinctio, quandoquidem vtrouque de immanente sit sermo. Soluitur ex eius verbis: quoniam hoc in loco de principali intendit agente, in quoli, autem de agente immediato. Nam cum seipsum intelligit intellectus, vt intelligens vnus extremi rationem fortitur, vt quid intellectū alterius extremi, sibi vendicat locum iam si intellectus, vt intelligens & intellectum quid, esset substantia anime multo amplius ipsa intellectio medians, pro comperito haberet ipsum de agente immediato suum verificare sermonem, quod si de principali agente agendum sit agens ipsum et actionem ipsa potentia interueniet hoc ipsum intendit. S. Tho. quoli. 10. arti. 5. etiam. p. sententie. di. 3. q. 4. art. 2. questionibus de anima. q. 2.

C **Q**uestionis. 18. summa est quā sensibile non nouū sit, nequaquā ex memoria vna, quinimmo ex pluribus experimētum vnum fieri, quod inter exponendo subiunxit particularium collationē, ad intellectū magis q̄ ad cogitatiū pertinere virtutem. Oppositū huius annuere videtur quoli. 4. q. 20. habet hoc. 4. virtus sensitua est estimatiua, que cogitatie idempificatur & hec non modo sensibiles species, sed & sensibilia intentiones concipit, que a nonnullis ratio a quibusdam alijs particularium collatiua in homine vero ratio particularis vocatur, qua aliquid sibi amicabile vel inimicabile prosequendum, vel fugiendum diiudicat. 3. etiam de anima, super text. 9. habet carnē, & carnis quiditatem. non eadem virtute cognosci, et subdit in immaterialibus, idem est quiditas ei, cuius est quiditas, in rebus vero materialibus non item, non quod in immaterialibus non sit aliquid extra quiditatis rationem, verum quia non alia virtute quiditas & indiuiduū, cuius est quiditas apprehenditur, sicut in materialibus rebus non ergo particularium collatio ad intellectū pertinet. Soluitur ex verbis eius. ibi eandem frequenter inculcat sententiam, quod non eadem virtute, & quiditas & indiuiduum comprehenditur, vel si eadem virtute, non tamen similiter se habente, ibi nō negat intellectū ipsum indiuiduum non cognoscere at non directe, ideo puto ipsum illius fuisse intentionis cogitatiuam. s. particularium esse collatiuam. Proinde sicut dupliciter dicitur phantasia perfecta, quidem & imperfecta. de imperfecta dicitur. 2. de anima. t. cō. 20. quibus inest sensus inest & phantasia, de perfecta autem dicitur. 2. de anima. t. c. 156. sensus quidem multis inest, phantasia

D **Q**uestionis. 19. summa est artem per inuentionē habitā experimento esse genitam, q̄ inter differendū inquit, ipsum experimentum cognitionem per inuentionem nactam, proculdubio precedere. Oppositum sentire videtur. primo. poste. tex. 1. sicut discens preexistenti cognitione conducitur, ita adinueniens aliquam detinet per cognitionem, qua quod intendit venatur, quader cognitio inuentione possessa experimētum preuenit. Item adiunxit artes nonnullas ipsum propter quid scire, & ipsum quia ignorare. Oppositum innuere videtur. 2. poste. super tex. 1. cum autem sciamus ipsum, quia querimus propter quid, vt scientes quia luna deficit querimus propter quid deficit. Soluitur ad pri, quoniam experimentū non habet doctor omnem cognitionem perinventionem habitam precedere. verum tātummodo cognitionem propter quid. Ad. 2. dicitur, quod in sciētia eadē ipsum quia et quid et propter quid precedere. vt. 2. post. t. 1. scientes quia deus & homo est querimus, quid sit deus & homo, in scientijs autem subalternatis non item ipsum quia scientie est subalternate, ipsum autem propter quid subalternatis, vt armonica se habet ad arithmetica. idem. S. Tho. 1. post. t. c. 30. & pri. par. q. 1. ar. 2.

autem non. pariformiter dupliciter erit cogitatiua, imperfecta, vt que reperitur in brutis, ouis namque lupum inimicum agnum amicum estimabit (vide infra lib. 2. q. 7. & libro isto. prima que. 23.) vnde Doctor quoli. 4. q. 20. dicit. licet in brutis non sit proprie virtus collatiua particularium est tamen in eis quidam collationis modus, quo quid illis fugiendum, quidue prosequendum adiudicabit, dum hic de cogitatiua loquitur de perfecta intelligit, dicit enim si cogitatiua esset particulariū collatiua, vtrique reperiretur in brutis, tandem. 3. de anima & in quoli. intendit cogitatiuam esse particularium collatiuam virtute tamen intellectus. idē sentit. S. Tho. p. par. q. 81. art. 3. etiam. 2. secunde. q. 2. ar. 1. etiam. 1. par. q. 34. ar. 1. ad. 2.

Questionis. 20. summa est artificē ipso experto esse prestatiorem, q̄ inter expendendum, inquit artem circa vniuersalia versari. Oppositū habuisse videtur immediate iam precedente questio. artem fieri experimento, & q. 18. experimētum collationem esse particularium, & quoli. 3. q. 10. quod ars vno actu fieri non potest, sed pluribus, & pri. quoli. q. 3. quod ars cuiuslibet artificis ratio est, qua ab ipso omnia artificata emanant. ars igitur particularia respicit. Soluitur, quoniam nequaquā dicitur ars vniuersalis, quia circa vniuersales consistat actiones: verumtamen est circa vniuersalia. i. circa plura agibilia, quam sit experimentum, idem sentit S. Tho. 1. par. q. 117. ar. 1. etiā 1. 2. q. 21. ar. 2. et. 1. 2. q. 57. ar. 3. etiā. q. 93. ar. 3. licē expertū asseuerat artificē prestatiorem, quo circa, cōsequenter infertur experimentū esse excellentius arte. Oppositū educitur quoli. 4. q. 14. vbi habetur totū esse parte prestantius, experimentū artis esse partem, quilibet comprobabit, quandoquidem ars ex pluribus constet experimētis. Soluitur nam cum ars sit habitus et ratio agibilium in potentia. licet secundū se se experimento preualeat. attamen respectu huius suppositi melius experimentū in actu: simpliciter autem pars prestat experimento, virtutis namque rationem obtinet, et. S. Tho. 1. 2. q. 57. art. 3. est insuper bonum artificati in quo a prudentia distat, vt. S. Tho. pri. 2. q. 57. arti. 4. & 5.

Questionis. 21. summa videt mechanicis artibus speculatiuas esse prestantiores, cuius rei formā explanans quantum ad acquirendi modum veritatem habere concludit. Oppositum sentire videtur. q. 23. asserens scientias que sensitiuam excedunt cognitionem quo

quo

E
virtus particularium collatiua.
q̄. 19.
Contradictio.
F
Contradictio.
Solutio.
Solutio.
G
q̄. 20.
contradictio.
Solutio.
contradictio.
H
Solutio.
q̄. 21.
contradictio.

quo ad nos esse difficiliore: speculatiue autem circa intelligibilia mechanice autem circa sensibilia uersatur unde quo ad nos faciliores habentur, soluitur quoniam licet artis finis sit opus sensibile, & circa sensibilia, attamen est habitus intellectus ut primo ethi. dicitur cap. 5. in quo ars cum fortuna conuenit, ut dixit Agatho circa idem est fortuna & ars, nam per intellectum utraque fit in quo etiam differt a natura quoniam quidem ipsa est principium motus intrinsecum, ars autem extrinsecum: unde mechanice intellectus operatione, includit opus extraneum, ad quod plurimum organorum accommoda requirit deductio, ideo quemadmodum & practica in particulari consideratione perficitur ut. S. Th. prim. 2. q. 6. ita mechanica in operatione unde scientie donum magis est speculatiuum quam practicum. Secu. 2. q. 9. ar. 2. quo fit ut sint minus bone cum a rebus accipiuntur: a rebus autem accipi, accidit speculatiuis. S. Tho. 1. par. q. 14. ar. 16. ad secundum

Q. 6. 22. **Solutio.** **Contra dicio.** **Solutio.** **Doctores sententia.** **D**
Q. Vestitionis. 22. summa est methaph. ac sapientis esse munus uidelicet omnia scire saltim in uniuersali quod inter monstrandum inquit, quecumque intuentur scientie particulares omnia certissime cognoscere & ipsum methaphisicum, innuere in ibi uideretur methaphisicum, rerum quidditates in particulari considerare idem infra questio. 23. & 24. etiam quia dicit, methaphisicum considerare omnia, non in quantum omnia uirtualiter in principijs uniuersalis nature entis continetur ut. d. Alber. tracta. 2. & ca. 2. primi methaphi. quia ut sic quilibet esset methaphisicus, si non in uniuersali ergo in particulari, etiam per rationem suam qua etiam utitur. S. Tho. in quest. de anima. q. 20. & p. par. q. 86. uidelicet quod quicquid cognoscit habitus vel virtus inferior cognoscit & superior, sunt autem scientie particulares ipsi methaph. habitus inferiores etiam qd. 13. dixit methaphisicum naturas rerum tam substantiarum quam accidentium inuestigare. Dicitur quod intendit, methaphisicum non considerare rerum quidditates in particulari, bene considerat rerum quidditates id est predicata quidditatiua considerabilia a scientijs particularibus non tamen sub ratione propria quidditatiua talium scibilibium ut talia scibilia sunt, nec ratio eius hoc probat, superior nanque habitus non cognoscit quicquid particulariter cognoscit inferior, cognoscit igitur methaphis. substantiarum, & accidentium naturas non secundum esse specificum nec secundum quod continetur in principijs nature entis uniuersalis ut arbitratus est Alb. sed pro quanto continetur sub principibus partibus ipsius, etiam secundum quod talia predicata ad inuicem distinguuntur, ut sunt partes entis pro quanto uidelicet substantia ab accidente se iungit, & malis substantia ab in materiali discernitur, & unum accidens ab alio conuiuicitur, namque ut dicit doctor methaphisicus diuersas partes entis considerat prout diuersas modos essendi ad inuicem conueniunt, hanc suam fuisse sententiam ostendit communi respōso alludens, communi argumento deducto, nempe isto, si methaph. consideraret omnia scibilia alie scientie superfluerent, inquit uerum concludere, si sub eisdem rationibus eadem scibilia considerarent alie sub quibus methaph. nunc autem non sic res habet, hoc ipsum apertius astruit ad secundum respondens, neque enim alie scientie particulares dicuntur quod partes sint que ipsi toti sapientie in simul adequatur, uerum quia sub particularibus rationibus considerant que methaphisicus sub uniuersali, proculdubio particulares uocantur, idem sentit in prolog. sententia. q. 2. cum quilibet scientia aliquod uniuersale consideret particularia sub illo uniuersali contenta nequaquam cognoscet, secundum ea que ipsis particularibus

in sunt ut particularia, sed in quantum illius uniuersalis rationem induunt, sic ergo methaphis. ens in quantum ens considerans, cetera pro quanto entis rationem habent considerabit ac eorum in quantum entia sunt distinctionem meditabitur. Itē habet ibidem quod scientia communis non dicitur eo quia commune habeat subiectum nec specialis quia speciale intueatur subiectum, uerum quia subiectum habet commune sub ratione communi, & specialis speciale, sub ratione speciali: Idcirco methaphi. cum sit scientia communis commune sub ratione communi considerabit subiectum Item in prolog. phisi. q. 4. ens cum differentia non habeat, non nisi per diuersos modos essendi contrahit, id ad meth. de diuersis modis essendi deque partibus entis considerare spectabit, etiam ibi. q. 3. nisi abstractorum genus esset, naturalis scientia esset prima philosoph. cum eadem scientia consideraret corpora ut mobilia & ut entia, etiam nunquam doctor ad particulares quidditates descendit, hec est doctrina. S. tho. p. p. q. 1. arg. 2. sapiens simpliciter est qui cognoscitur causam altissimam simpliciter sapiens in genere qui cognoscit altissimam causam in genere, in hoc ergo differt methaph. ab artifice particulari quod non considerat metha. rerum naturas secundum rationes proprias patet hoc in. 7. 11. & 12. metha. per ipsum etiam super boeti de trini. q. 5. ar. 1. & 4. etiam in. 2. senten. d. 3. et in. 3. metha. metha. considerat de omni substantia secundum rationem communem substantie, particulares autem scientie particularium substantiarum particularia accidentia, idem Alb. p. methaphi. tracta. 2. cap. 2. idem sco. primo methaphi. q. propria.

Q. 6. 23. **Solutio.** **Contra dicio.** **Contra dicio. Secundo.** **Solutio.** **Solutio.** **G**
Q. Vestitionis. 23. summa est methaphisicum ex consideratione uniuersalium secundum influentiam, & secundum predicationem esse difficilem, quod inter exponendum inquit animal acceptum, ut diffinitionis est pars & nature declaratiuum, est ipso diffinito quid ignotius Oppositum sentire uidentur cum philosopho 2. phi. t. c. 6. uelle notum per minus motum manifestare signum est non potentis iudicare inter per se notum & non per se notum. Item primo poste. t. c. 5. intellectus non quiescit donec diffinitum in suas causas resoluat, hominis autem cum animal est. Solutur ad primum per ignotum quo ad nos notius autem quo ad naturam notius quo ad nos & quo ad naturam ignotius, declarare non in conuenit, animal autem ignotius quo ad nos. notius autem quo ad naturam, hominem notum quo ad nos notitia confusa, notificare quidem potest notitia distincta Ad. 2. similiter dicit distincta quidem cognitione nequaquam quiescit intellectus quo ad si cognitum in suas causas resoluat, uniuersale igitur ut totius ratione habet et ut quid continens, notius est quo ad nos ut partis ratione habet ignotius est quo ad nos, notius autem quo ad naturam, nam ut sic habet rationem actus, ut hic dicitur et. 2. phisi. super tex. 28. uniuersalia ergo per influentiam siue in causando pariter & uniuersalia per predicationem ut naturalium rerum sunt notificatiua difficiliora quippe sunt idem S. Tho. primo metha. lecti. 2. etiam p. p. q. 5. ar. 3. etiam primo sen. d. 8. & 9. etiam p. p. q. 5. & 11. primo poste. super tex. 5. & 6. & 1. phi. t. 3. idem sco. primo metha. q. 10. & in. 4. senten. d. 43. licet Oppo. tenere uideatur in primo senten. d. 3. idem Alber. primo methaph. tracta. 2. cap. 1. etiam de intellectu & intelligibili.

Q. 6. 24. **Solutio.** **Contra dicio.** **H**
Q. Vestitionis. 24. summa uidentur methaphisica utroque modo scilicet & quo ad nos, & quo ad naturam esse certissimam, quod inter differendum inquit methaphisicam ex immaterialitate subiecti certissimam esse quandoquidem ens secundum quod ens sit subiectum ipsius. Oppositum uidentur dixisse superius qd. 10.

Scia unde dicitur communis, & specialis.

Contra dicio.

Contra dicio.

Contra dicio. Secundo.

Solutio.

Solutio.

Contra dicio.

Contra dicio.

A adumbrans certiore[m] esse methaphisicam si deum tantum quam si deum, & creaturas pariter consideraret, nā omnia consideraret sub ratione communi. l. entis in eo q̄ ens, ens autem in eo q̄ ens non est ali quod simpliciter in actu, habet nam q̄ aliquid de potentialitate, & ut dicitur. 9. methaphi. malū et error in scientia contingit propter potentialitatem ad mixtam scientia autera dicitur certior quia non in ea contingit errare, & cōcludit igit̄ scia que considerat ens, inquā tū ens ē minus certa. Item dicit q̄ metha. est scientia certissima eo quia pauciora considerat. Oppositum habere videtur in prolog. sentire. q. 2. probans aliud esse, ēē abstractum, & aliud esse, esse cōmune, methaphisica namque abstracta est, non tamen communis substantijs separatis non existentibus, secundum philosophum. 6. metha. naturalis esset scientia communis, & vniuersalis, hoc intendens quia habet subiectum cōmune, ut commune, & se ad plura extendens & in lib. 2. q. 10. habet mathematicum quantitatem considerare, ē in prolo. ph. q. 3. inquit naturalem corpus mobile cōsiderare, methaphisicum autem omnia predicamēta que partes entis sunt potiores ut. d. supra. q. 5. ē in q̄. 22. meth. cōsiderat quecunq̄e alie scientie considerant particulares, & aliquid vltra. Soluitur ad primum. nam methaphis. est scientia omnium rerū existentium, & humanus inuētārū certissima, nō ex parte totius subiecti adequati, uerum ex parte subiecti principalis quod ē abstractorum, ideo dicit ex in materialitate subiecti esse certissimam quandoquidē considerat ens sub quo deus, & separate substantie continentur cum hoc tū stat pre alijs eius certitudo si quo minus deū, & substantias sepatas consideraret. quare in aliarum scientiarum collatione, certissima est, que ex nulla suarum parte nec penitus in materialia, nec actu entia considerat uerum cūcta potentialitate participant, si tamen obiceretur mathematice sunt in primo certitudinis gradu, iam dicitur non in primo esse certitudinis gradu ex parte subiecti ut methaphi. uerum ex parte modi procedendi quandoquidem demonstrationes ille tum ex nobis tū ex nature notioribus procedant, huc spectauit Auero. 1. ph. co. 2. & 7. metha. co. 10. & 3. celi co. 61. & prima de anima, co. 10. Ad secundum dicitur q̄ etsi methaph. consideret plura materialiter non tamen formaliter, cum illa plura sub simplici ratione consideret, nempe entis in quantum ens alie autem scie considerant ens tale in eo q̄ tale, & omnia subiecta se habent per additionem ad ipsum ens, idem sentit. S. Tho. primo metha. lecti. 2. & super Boeti de trini. q. 5. ar. 3. et. 4. est etiam certissima cum probare possit aliarum scientiarum principia, ut sentit. S. Tho. prima. 2. q. 12. ar. 5.

Questionis. 25. summa est, methaphisica omnibus scientijs liberio[m] esse, quod inter pandendum astruxit ex prima liberi conditione, puta q̄ in ea nullus contingat error. Oppositum videtur sensisse supra q. 10. quoniam ens simpliciter sumptum a potentialitate nequaquam est liber in cuiusuis scientie subiecto aliqua in est potentialitas, quo circa in omnium entium preterquam abstractorum speculatione errare contingit, Soluitur secundum ipsum, nam duplex potest deceptio accipi, altera quidem ex parte subiecti cum uidelicet aliqua includat potentialitatem ac per hoc uariabilitatem de hac supra loquutus est que etiā in omnibus reperitur preterquam in separatis substantijs, altera deceptio potest accipi ex parte intellectus que in scientijs speculatiuis locum non habet cum uerisale considerent circa quod non contingit errare nisi per accidens ratione applicationis ad phantasma, idem sentit. S. Tho. p. p. q. 85. ar. 6. & q. 94. ar. 4.

Questionis. 26. summa videtur methaphisicam ceteras scientias regulare quod dilucidās illud interpretosuit methaphisicam precunctis scientijs alijs, felicitati esse propinquior[m]. Oppositum sensisse videtur q̄. 1. prima in quibus methaphisicam ipsam esse felicitatē, Soluitur nam si capitur metha. secundum q̄ acquiritur. i. secundum ipsam actualem acquisitionē sic est felicitati propinqua, est namque via proxima ad terminum quise felicitas, si autem sumatur pro habitu acquisito uel actuali unione intellectus ad substantias separatas que est actualis ipsarū contemplatio ad quam methaphisica ordinatur sic non est uia propinqua uel remota quin immo ipsius felicitatis status. S. Tho. p. p. q. 64. ar. 1. ad primum etiam, p. p. q. 12. ar. 1.

Questionis. 27. summa est, cum magis, & minus maiorem vel minorem dicant perfectionem, substantie utique magis suscipiunt, & minus non autem si intensionem insinuant, & remissionem quod interuenandum inquit, substantiam que est genus de materia, & forma minime predicari. Oppositum habere videtur. 3. ph. tex. 4. ibi pro in conuenienti habet aliquid dari quod sit extra omnium predicamentorum rationem, quapropter cum materia, & forma nō sint extra predicamenta profecto in substantie predicamēto collocabūtur, etiam ibidem habet, extra predicamenta non admitti ens aliquod. Soluitur ex eius intentione ibi loquitur de ente in actu quomodo intelligitur non esse aliquod ens actu in aliquo genere non contentum ad quod motus esse non possit aliquo modo sic quatuor sunt motus cōiter sumendo motum. patet ibi ex phi. t. c. 3. eorum que sunt actu ens, hoc quidē est hoc aliquid hoc uero quantum hoc autem quale, in quorum genere non est materia cū. 7. methaph. t. c. 17. materia non est quid nec qua, nec quantum, nec aliorum aliquid quod sit actu ēs idem habet. 2. de anima super tex. secundum etiam primo senten. d. 8. q. 3. 2. p. idem. S. Tho. 1. p. q̄. 19. ar. 2. etiam. 3. p. q̄. 77. ar. 1. ad primum etiam prima par. q. 3. ar. 5. ad primum Dicitur ē q̄ substantie separate non sunt in genere uniuoco sed analogo, primo senten. d. 8. q. 3. partis. 2. idem S. Tho. p. par. q. 88. q. 4. ar. 2. item habet substantiam magis, & minus non suscipere secundum gradus nec in essentia nec in esse. Oppositum sentire videtur quolibet. 1. q. 14. inferens sicut uirtus se habet ad agere ita forma se habet ad esse, sed eadem secundum numerū uirtus potest magis, & minus agere pro ut passum magis, & minus inuenit dispositū ergo a fortiori eadē forma secundū specie dabit pfectius uel in pfectius esse, prout subiectum magis, & minus inuenit dispositum non ergo tantum substantia, & quid analogū pōt magis, & minus suscipere immo, & substantia secundū speciem. Soluitur nam de forma loquitur que dat tale esse ad quod immediate tale agere sequitur, nunc autem tantū accidentalis forma tale dat esse ad quod sequitur immediate tale agere, cum tantū forma accidentalis actionis, possit esse immediatum principium substantia ergo uniuoca tantum est species specialissima ut habetur. 7. phi. t. c. 24. que nullatenus potest magis, & minus suscipere. S. Tho. prima part. q̄. 93. ar. 3. ad tertium.

Questionis. 28. Summa videtur mundum esse factū uel eternum, nulla ratione probabile, quod planum reddens inquit uoluntas est, quedam inclinatio consequens formam apprehensam. Oppositum annuere videtur. p. senten. d. 3. q. 17. & 2. senten. d. 24. quolibet. 3. q. 17. & quolibet. 4. q. 21. uoluntas est quedam anime potentia libera in ea radicaliter, & formaliter existens, que diuersis rationibus dicitur uoluntas liberum arbitrium, uis electiua Soluitur secundum ipsum

adumbrans certiore[m] esse methaphisicam si deum tantum quam si deum, & creaturas pariter consideraret, nā omnia consideraret sub ratione communi. l. entis in eo q̄ ens, ens autem in eo q̄ ens non est ali quod simpliciter in actu, habet nam q̄ aliquid de potentialitate, & ut dicitur. 9. methaphi. malū et error in scientia contingit propter potentialitatem ad mixtam scientia autera dicitur certior quia non in ea contingit errare, & cōcludit igit̄ scia que considerat ens, inquā tū ens ē minus certa. Item dicit q̄ metha. est scientia certissima eo quia pauciora considerat. Oppositum habere videtur in prolog. sentire. q. 2. probans aliud esse, ēē abstractum, & aliud esse, esse cōmune, methaphisica namque abstracta est, non tamen communis substantijs separatis non existentibus, secundum philosophum. 6. metha. naturalis esset scientia communis, & vniuersalis, hoc intendens quia habet subiectum cōmune, ut commune, & se ad plura extendens & in lib. 2. q. 10. habet mathematicum quantitatem considerare, ē in prolo. ph. q. 3. inquit naturalem corpus mobile cōsiderare, methaphisicum autem omnia predicamēta que partes entis sunt potiores ut. d. supra. q. 5. ē in q̄. 22. meth. cōsiderat quecunq̄e alie scientie considerant particulares, & aliquid vltra. Soluitur ad primum. nam methaphis. est scientia omnium rerū existentium, & humanus inuētārū certissima, nō ex parte totius subiecti adequati, uerum ex parte subiecti principalis quod ē abstractorum, ideo dicit ex in materialitate subiecti esse certissimam quandoquidē considerat ens sub quo deus, & separate substantie continentur cum hoc tū stat pre alijs eius certitudo si quo minus deū, & substantias sepatas consideraret. quare in aliarum scientiarum collatione, certissima est, que ex nulla suarum parte nec penitus in materialia, nec actu entia considerat uerum cūcta potentialitate participant, si tamen obiceretur mathematice sunt in primo certitudinis gradu, iam dicitur non in primo esse certitudinis gradu ex parte subiecti ut methaphi. uerum ex parte modi procedendi quandoquidem demonstrationes ille tum ex nobis tū ex nature notioribus procedant, huc spectauit Auero. 1. ph. co. 2. & 7. metha. co. 10. & 3. celi co. 61. & prima de anima, co. 10. Ad secundum dicitur q̄ etsi methaph. consideret plura materialiter non tamen formaliter, cum illa plura sub simplici ratione consideret, nempe entis in quantum ens alie autem scie considerant ens tale in eo q̄ tale, & omnia subiecta se habent per additionem ad ipsum ens, idem sentit. S. Tho. primo metha. lecti. 2. & super Boeti de trini. q. 5. ar. 3. et. 4. est etiam certissima cum probare possit aliarum scientiarum principia, ut sentit. S. Tho. prima. 2. q. 12. ar. 5.

B Solutio. 1.

Solutio. 2.

Q. 25.

contradictio.

Solutio.

D

B Q. 26.

Contradictio.

Solutio.

Q. 27.

Contradictio.

Solutio. 2.

Contradictio.

Solutio.

Q. 28.

Contradictio.

H

Solutio.

A sum sicut scientia potest dupliciter accipi, pro actu videlicet primo qui est habitus quidam, et pro ipso actu 2. qui est ipsa actualis consideratio ut hñ. 2. de anima. t. co. 5. ita voluntas potest capi pro ipsa uoluntaria potentia quo modo sumitur prefatis in locis, et potest sumi pro ipso uoluntatis actu, sicut intellectus summi potest pro habitu principiorum, & pro ipso actu intelligendi, sic hic capitur uoluntas, idem. S. Tho. prim. p. q. 18. ar. 1. etiam prima. 2. q. 8. ar. 2. etiam. q. 6. ar. 4.

IN II. LIB. METHAPHI.

Questionis prime summa est ueritatem esse possibilem, quod inter patefaciendū inquit, passionem in intellectu nō esse Oppositum habere uidetur. 3. de anima super te. 19. q. intellectus possibilis se habet ad intellectū agentē ut patiens ad agens, & ut mā ad principium perfectiū, & super tex. 38. q. se habet ut manus ad organa que recipit, palam est autē materiam et manus pati. etiā. t. c. 39. intellectus in mutatur a phantasmatibus. Soluitur secundum ipsum, q. dup. est passio, perfectiua. s. et corruptiua, ut. 2. de anima. t. co. 57. & 58. & 3. de anima. t. c. 28. & 7. phil. te. co. 12. passio corruptiua ē q. magis facta abicit a substantia, & semper ad corruptionem tendit, vel ad peius ut. 9. metha. t. c. 2. hanc autem semper cum transmutatione et alteratione fieri est necessum, & nunquam non fit in corpore, ut comentator habet primo de anima. c. 14. & 2. de anima. co. 57. & 3. de anima. co. 28. passio perfectiua est que passum perficit, que tantum est sensuū uel intellectus, ideo. 2. de anima. t. c. 121. passio sensuum diuersa est ab animatorum passione, quam differentiam ponit doctor. 3. de anima super te. 20. passio enim corruptiua cum contrarij fit abiectione, nō item passio perfectiua, cum enim oculus coloris speciem recipit, aliam nullam abicit. 2. talis passio sine motu & tēpore esse non potest, parsque post partem transit, non sic autē perfectiua, q. tota fit simul, & in instāti, et hec quidem potius actus dicitur, quā passio, ideo Them. 3. de anima ca. 14. passio que in sensibus non tam passio dicitur quam actus, idem philosophus. 2. de anima. t. co. 27. sensitiuum a sensibili non patitur nec alteratur, idem. S. Tho. p. par. q. 79. ar. 2. quod autem dicit doctor. intellectum esse sicut materiam & manū, uerum est quo ad actum non quo ad modum agendi suscipit namque speciē sicut materia formam, & manus organum, non tamen patitur nec alteratur ut illa.

Questionis secunda summe est ueritatem in intellectu realitatem aliquam ponere quod inter illustrandum dicit, cum ueritas sit adequatio quedam utique relatio est in intellectu aliquod reale ponens, quid rōnis autem in re. Oppositum dixisse uidetur qd. preuente, ueritatem. s. esse habitū quedam in anima causatum, cum habitus sit qualitas, non ergo ueritas relatio est. Soluitur, in uia sua de mensum, ang. q. 3. & passim quod ens per diuersos essendi modos in. 10. predicamēta descendit quibus quidem modis predicamenta inuicem sequestratur, nec in conuenit rem vnus predicamenti aliter atque aliter sumptam, rem esse alterius, scientia namque in se considerata quedam qualitas ē eo uero quia depēdentiam habet a scibili sine quo nec esse nec intelligi ualet ad ipsum relatiue dicitur, pariformiter ueritas hitus quidā est, eo tamen quia are dependet proinde relatio quedam est idem in lib. destructio. destructionum dispu. prima in Solu. dub. 22. idem. S. Tho. prima par. q. 16. ar. 2. etiam secunda. 2. q. 109. ar. 1. ad tertium. Item. S. Thomam. obiurgare vñ i propōnem illam in cognoscēdo fit motus rerum ad animam in appetendo fit motus anime ad res hanc habet. S. Tho. p. sen. d. 38. q. 1. & passim. Oppositum sentire uidetur in. 3. de anima super tex. 54. ubi propo-

sitionem illam tanquam ueram accipit qua probat, pōe appetitiue actū ad ipsum appetibile terminare. Soluitur quia non tā in propositione assumpta ipsum in cusat, uerū quia ueritatem .d. esse in re secundum esse in completum, nam pariformiter diceretur sanitatem in cibo habere esse in completum. Sed dicendum est q. ueritas secundum esse in completum formaliter non diceret. S. Tho. q. esset in rebus, nam prima par. 16. ar. 6. dicit q. sicut sanitas est analogum quid, ea prius dicitur de sanitate que solum est in animali, & per posterius de sanitate que est in medicina que effectiua est sanitatis sic ueritas per prius dicitur de ueritate que est in intellectu, & per posterius de ueritate que est in rebus, palā est autem q. sanitas non habet esse in completum formaliter in medicinam, sed uirtuale uel effectiue, sic cum ueritas incipiat are tale inicitium uel ortum qualitercunque sumatur, in completum esse ueritatis dici potest, sic accipit. S. Th. hīcer de stru. destructi. dispu. p. dub. 22. sicut ueritas est in intellectu sic. est in rebus, non sic. i. nō similiter sed in vtro que intellectu habet esse formaliter in rebus autem casualiter hec ibi.

Questionis. 3. summa est ueritatē absolute sumptā esse in complexam, quod inter aperiendum inquit ueritas est quedam qualitas realiter existens in anima, & causata ab anima Oppositum uidetur habere quolibet. 3. q. 11. q. nihil potest causare aliquam actionem realiter differentem in seipso, etiam nulla actio agentis attributa, est in ipso agente Soluitur nā loquitur de agente principali intendens quod intellectio que fit ab ipsa anima intellectiua immediate in ipsa recipi non potest, sed in ipso intellectu, ex quo inferit intellectū ab anima realiter differre, sic ipsa ueritas principaliter formaliter ab anima immediate ab ipso intellectu ueritas ergo erit in ipsa anima principaliter id est ut in subiecto principali, in intellectu autē ut in proprio, & immediato, sic habet doctor de mēte philosophi. 3. de anima. t. c. 34. q. intellectus possibilis est subiectum ueri & boni, ueri ut est intellectus speculatiuus boni ut intellectus practicus. idem. S. Tho. prim. par. qd. 16. ar. 6. 7. 8. etiam 1. 2. q. 109. ar. 1.

Questionis. 4. summa est, ueritatem a scientia non nisi ratione distingui, quod inter expromendum inquit, ueritas, & scientia sic ratione differunt, qm̄ idē habitus prout intellectum informat, scientie nomen sortitur prout autem intellectus scibili adequatur, ueritatis sibi vendicat nomen Oppositum habere uidetur. 2. poste. super tex. 1. asserens scientiam nō aliud se cū ducere essentialiter quam habitum ipsius quod quid est, & ipsius rei dubitabilis atque ipsarū conclusionū, palam est autem ueritatem habitum omnium principiorum omniumq. per se notarū propositionū habitū esse. Soluit secundū ipsum ibi, nam si propria sui significatione accipiatur ueritas, est soluis demonstrationis effectus, in minus se habens quā ueritas, si tamen lato nomine sumatur ueritas pro cuiuslibet rei cognitione, & cuiuslibet per se note uel notificabilis propositionis notitia sic omnis scientia est ueritas omnisque ueritas scientia idem. S. Tho. p. par. q. 14. ar. 8. ad tertium. Item opinionem increpat dicentium, eundem habitum pro quanto, per ipsum iudicamus, intellectus & scientia nomen aucupatur, pro ut autē aprehendimus, ueritatis nomen adipisci quandoquidem & per ueritatem pariter & per scientiam insimul aprehendimus & iudicamus, quia tamen uideatur positio. S. Tho. p. par. q. 16. ar. 6. 7. Ideo soluitur nā licet per habitum eundem qui est scientia, & ueritas & iudicemus & aprehendamus, attamen ut per ipsum aprehendimus scientia nuncupatur, ut autem p-

Solutio.
Q. 5.1.
Contradictio.
Solutio.
B
C
Q. 5. 2.
Contra dictio.
Solutio.
D
Contra dictio.

B
Secundo.
Q. 5. 3.
F
Contradictio.
Solutio.
Q. 5. 4.
G
Contradictio.
Solutio.
S. Tho. tenendus.
H

A ipsum iudicamus veritatis hitu assumit, qui quidem habet ut scientia, prior est seipso ut veritas, cum apprehensio iudicium precedat, ut ipse. S. Tho. habet. p. par. q. 84. ar. 4. etiam. q. 83. ar. 3. ad secundum. Ad aliud similiter dicendum, sicut eodem habitu ut doctor docet intellectus informatur et rei adequatur, sic eodem habitu. intellectus apprehendit & iudicat, quod intelligit Egidi. per in formari & adequari accipit S. Tho. pro apprehendere & iudicare.

Q. 5. 5. **Q**uestionis. 5. summa est incomplexa veritate multiplici ratione cognitu esse difficilem, quod interduariandum inquit, incomplexa veritas est rei ad sua principia adequatio quedam, que re uera nil aliud est quam rei entitas aqua species que est in intellectu resultat, que eo ipso dicitur veritas quo per ipsam rei conformamur, ubi exerto calamo, habet, qualiter species in intellectu existens qua quidem rei principijs conformamur est in complexa veritas. Oppositum habet infra, eo namque probat veritatem de difficultum nro, esse quia nemo adequatione rei ad sua principia cognoscere potest, ipsis ignotis principijs talis autem principiorum cognitio in complexa esse non potest, etiam prima sen. d. 8. q. 3. habet, omne quod in genere est, compositum est ex genere & differentiam talis ergo species in intellectu existens, qua intellectus rei in genere existenti, conformatur & adequatur, cum de se sit totum quoddam sibi partes respondebunt, nam ut ibi dicit, partibus rei partes rationis responde re oportet, erit ergo composita veritas non igitur in complexa. Item habet. 3. de anima super. tex. 21. quod in prima intellectus operatione qua diffinitionem format, nec est veritas nec falsitas, non ergo dabitur incomplexa veritas Soluitur quoniam cum rei principia sint in complexe significabilia horum apprehensiones in complexa quedam sunt Ad secundum dicitur q. compositum illa minime est uerbalis ita ut sit quoddam per enuntiatione significabile, ut ipse habet. 3. de anima te. 21. Ad tertium sicut diffinitio simplicem apprehensionem dicit, nec diuidit nec componit, quia non dicit esse uel non esse primo post. t. c. 5. nec est hic sermo de ueritate enuntialis alicuius de qua. 6. methaphi. t. c. 8. dicitur uerum affirmationem habere in composito negationem autem in diuiso, sed de ueritate simplici que est ei ad sua principia uel intellectus ad re adequatio quedam, idem S. Tho. 1. par. q. 16. ar. 2.

Contradictio.

B **Q**uestionis. 6. summa est complexam ueritate multiplici ratione difficilis esse cognitionis cuius perspicuam reddens rationem, inquit quia cum difficultate de principijs educitur, & quia multo tpe acquiritur. Oppositum uideri potest prim. post. t. c. 3. prima & secunda habita primissa que conclusionis sunt principia statim conclusionis habet cognitio. Soluitur secundum ipsum tex. 2. quoniam conclusionis quedam sunt principia extrinseca quedam intrinseca, extrinseca quidem facilius existunt cognitionis ut hic habet, non item principia, tam etli ambobus intrinsecis habitis principijs per facile sit conclusionem educere, difficultas tamen insurgit in medium in ueniendo quod utrum que ingreditur principium ideo dixit Democ. veritas aut nihil est aut non est nobis manifesta, ut habet. 4. metha. t. c. 21. que ueritatis difficultas patet, qn quidem nec cognoscit nec permanentia habet nisi per lumen diuinu idem S. Tho. 1. par. q. 16. ar. 6. & 7. & q. 107. ar. 2.

Contra dictio.

Solutio. 2.

Solutio. 1.

Solutio. 2.

Q. 5. 6.

Contradictio.

Solutio.

Q. 5. 7.

Contradictio.

C **Q**uestionis. 7. summa est ueritatem cognitu esse possibilem, quam inter captanda ueritatem inquit, sensum substantiam ipsam cognoscere posse. Oppositum dixit lib. 1. q. 23. uidelicet q. cognitio sensitua ultra quale, & quantum non se extendere quodque expressit qualem dicendum esse sensus exterioris quantum au

tem interioris. Soluitur secundum ipsum ibi quoniam nulla sensitua uirtus substantiam cognoscit, ut substantia, uerum ut actiouis principium, hominis autem sensitua qualis est cogitativa potest per intellectum adiuta, substantie indiuidua penetrare, idem astruxit in primo. lib. q. 18. idem docet. S. Tho. 1. par. q. 57 ar. 1 ad secundum etiam prim. 2. q. 31. ar. 5. etiam. q. 5. ar. 1.

E Solutio.

Quest. 8.

Questionis. 8. summa est ueritatis difficultatem potius ex parte nostri quam ex parte rei ortum habere, Oppositum huius haberi uidetur in prete qd. dixit namque in nobis non solum esse potentiam passiuam ad ueritatis cognitionem suscipiendam sed et esse actiuam ad ipsam causandam, intellectum uidelicet possibilem & agentem, sed illa quorum principia sunt, in nobis facilia sunt, hoc fundamento probat in 2. ens di. 14. q. 5. Ade peccatum magno opere graue fuisse Augusti. sententia quia iustitiam originalem habuit, qua facile omne mortale uitare poterat. Soluitur quia non est simile, iustitia namque, originalis fuit sufficiens for male principium, etiam sine superuenienti gratia ad peccata uitanda, at intellectus possibilis & agens de se sufficiens non sunt. na. 3. de anima. t. c. 39. necesse est intelligentem phantasma aliquod speculari requiritur enim potentiarum organorumque dispositio, filosofica forma, & complura impedire potentia, qualiter autem in ueritatis cognitione possibilitas interueniat, & difficultas docet. S. Tho. p. par. q. 62. ar. 2. ad secundum.

Contradictio.

Solutio.

F

Questionis. 9. summa est Alexandrum de intellectu natura male sensisse, quod inter discutiendum inquit phantasma esse quid materiale a quo cum patitur intellectu prorupsi a materiali patitur in materiale Oppositum sensisse uidetur supra qd. 12. q. anima sensus diligit, nam ab ipsis phantasma suscipit quo intelligit, quodque materiale & distractum est inter medium Item dicit intellectum pati. Oppositum uidetur sensu se in primo huius qd. 21. in intellectu passiones non esse Soluitur ex eius uerbis, na non dicit phantasma esse medium inter materiale & abstractum sed inter penitus in materiale & penitus abstractum, tale medium est phantasma. na etli materiam non habet, conditionibus tamen non caret materialibus, uidelicet hic & nunc. Ad secundum non negauit in intellectu passionem quamlibet sed corruptiuam tantum, est enim in eo actio quia in eo est iudicium, quod autem sit medium, patet na sicut materia est in potentia ad formas omnes ordine quodam sic intellectus ad omnes formas intelligibiles ordine quodam ex. S. Thomam prima par. q. 76. ar. 6.

Quest. 9.

Contradictio.

Contradictio.

Solutio.

Solutio.

Questionis. 10. summa est per intellectus preparationem ab Alexandro confictam, separatas substantias intellectum humanum adhuc intelligere non ualere quod inter explanandum inquit, substantiam materialem per substantiam immaterialem perfici posse quo ad esse non tamen quo ad cognitionem. Oppositum uidetur habere quolibet. 2. q. 29. & passim eadem inculcat propositionem, sicut res se habet ad esse ita se habet ad agere, substantia ergo materialis cum possit quo ad suum esse perfici per substantiam immaterialem, ergo poterit per eam perfici quo ad agere. ita quo ad intellectus operationem ita quo per ipsam poterit substantias separatas intelligere. Soluitur, na loquitur de operatione que est per formam tale esse dantem, ut sicut res se habet ad aliquod esse uel in potentia uel in actu, ita se habet ad agere quod sequitur ad illud esse, & sicut alicuius esse ut puta dei est actus purus uel aliquid sit illi potentialitatis ad mixtum ita pura erit eius actio uel aliquid ad mixtum potentie ut esse & actio creature cuiuslibet idem. S. Thomas prima par. q. 54. ar. 1.

Quest. 10.

Contradictio.

Solutio.

H

A **Q**uestionis. 11. summa est intellectum humanum p
 substantiarum materialium quidditatem, in mate-
 rialium quidditatem intelligere non posse ut putauit
 Emp. q. inter deducendū inquit, in abstrahēdo quidi-
 tate a quidditate, procedere, nec vnus potest in infinitū
 quia terminatus est naturalis appetitus, Oppositum
 habere videtur primo phi. super tex. 81. quia priuatio,
 appetitus est causa, cuius obiectum est ipsum bonum,
 sed libro. 12. q. 1. habet, nullam creaturam dabilem esse
 usque adeo simplicem, quin illa dari possit sim-
 plicior, ac per hoc melior, cum in talibus creatis
 substantijs non sit terminata bonitas ergo nec appeti-
 tus, nam si obiectum est interminatum etiam poten-
 tia eiusdem erit interminata. Solutur, nā bonū quod
 est appetitus obiectum quo ad esse actuale ut nunc,
 sicut est terminatum, ita & eius appetitus, quantum
 autem ad esse potentiale non est terminatum sic nec
 appetitus, primo modo assumpsit illam doctor, cum
 positus sit terminus cuiusuis boni quo ad esse actuale
 sic & naturalis appetitus, idem. S. Tho. prim. par. qō.
 26. ar. 6. nā licet, in diuisione sit progredi in infinitum
 quandoquidem ad materiam appropinquetur que
 potentiam includit, non tamen est in infinitum proce-
 dere per additionem, cum a proximitur ad totum q
 habet rationem forme & actus, ut S. Tho. p. par. qō.
 7. ar. 3. ad tertium.

B **Q**uestionis. 12. summa est intellectum humanum p
 sui intellectiōnem separatas substantias intelligen-
 re non posse, ut arbitratus est Alpharabi. quod inter
 suadendum inquit, intellectum nostrum ad species in-
 telligibiles, & quidditates difformiter se habere, quam
 ad suas species se habeat substantia separata, non tū
 quia species ille alterius sunt rationis & naturaliter
 insunt, verum etiam quia super illas indirecte fer-
 tur, separata autem substantia directe inuenitur sicut
 oculus. Oppositum habere videtur in 3. de anima
 super tex. 9. & 10. ibi frequenter iterat, intellectum in eē
 carnis, & cuiuslibet naturalis, directe ferri, indirecte
 autem & reflexe in carne, cum intellectus directe in
 quidditatem feratur, super individuum autem in dire-
 cte, quod ratione fulciuit, quia videlicet quodcunq;
 agens secundum sue exigentiam forme agit, forma
 autem sua est species separata a materie conditioni-
 bus que quidditatis rationem habet, ideo in quidditate
 directe fertur. Solutur nam directe dupliciter su-
 mitur, uno modo ut distinguitur contra reflexe sic ac-
 cipitur. 3. de anima & a doctore & a philo. t. c. 10. q.
 intellectus se habet ad carnem. t. ad carnis individū
 et ad materiale quilibet, sicut circumflexa linea ad seip-
 sam, alio modo capitur directe immediate & per seip-
 sum, sicut oculus in colorem directe fertur & sic sepa-
 rata substantia solum directe ac per se ipsam in rerum
 quidditates deffertur, intellectus autem humanus non
 per seipsum uel immediate sed phantasmatum immu-
 ratione eisdem illabitur atque intellectus agentis lu-
 mine, inde elicit quidditates. idem. S. Tho. p. par. q. 85.
 ar. 1. ad. 4. & 1. par. q. 54. ar. 4.

C **Q**uestionis. 13. summa est, iam non dignius esse intel-
 lectum humanum substantias in materiales intelli-
 gere quam materiales ut Themisti. censuit quod inter
 refragandū inquit, ideo Themisti rationem non con-
 stare, siquidem intellectus materiales intelligit sub-
 stantias, ergo & in materiales dignius erit ut intelligat
 staret utique ratio si intellectus in materialis esset, &
 materialia intelligeret, dignius quippe esset, ut in-
 materiales intelligeret substantias, nunc autem in-
 tellectus uirtus est materialis Oppositum habere vi-
 detur in qō. de intellectu possibili in responsione ad. 6.
 inferens intellectum nostrum in materialem fore uir-

tutem, et. 3. de anima super tex. 4. de intellectu possibi-
 li ratiocinās, exponens philosophum inquit necesse est
 esse in mixtum. i. in materiale commendatur eandem differen-
 do ueritatem etiam. 2. senten. d. 3. habet nullā materia-
 lem uirtutem esse supra se conuersiuam, intellectum
 autem supra se esse conuersiuum nullibi non fatetur.
 Solutur per ipsum ibi, nā in materialis dicitur intelle-
 ctus quia materiam sui partem non habet, neque de
 materie potentia educitur, qui tamen intellectus quā-
 doque materialis nuncupatur ut hic, tum quia mate-
 riā i format & perficit, tum quia in sui operatione a
 materiali uirtute utpote imaginatiua vel phantasia
 dependet, nā. 3. de anima. t. c. 30. & 39. intelligentē quē
 libet necesse est phantasma aliquod speculari. Idem
 S. Tho. p. par. q. 79. ar. 1. ad primum.

Questionis. 14. summa intellectum humanum possi-
 bilē, etiā intellectui agentī perfecte unitum, lumen
 que eius summam adeptum adhuc separatas substā-
 tias non posse comprehendere, ut autumauit Auerro.
 quod inter compertum reddendum inquit intellectu
 possibilem ea que per actionē in intellectu agētis actu
 sunt intelligibilia tantum modo intelligere, nam intel-
 lectus agentis actio est, phantasmata potentia intelli-
 gibilia, actu facere intelligibilia ut docet doctor quo
 li. 3. q. 11. hoc est de potentia intelligibilibus species ab-
 strahere intelligibiles ac uque eas intelligibiles forma-
 re. cum igitur & intellectus ac eius intellectio phan-
 tasmate careant, tunc intellectus nedum separatas
 intelliget substantias uerum nec semet nec propriam
 apprehendet sui intellectiōnem. Oppositum tamen. 3.
 de anima super tex. 9. 10. & per singulos passus refert.
 Solutur, nam deus intelligentieque potentia minime
 oīum sunt intelligibilia, quin imo tāquā actu intelli-
 gibilia suapte nā intellectu agēre non egent, intellectus
 uero agens & possibilis eorumque actio in potentia
 intelligibilia sunt, actioneque intellectus agentis, actu
 intelligibilia euadunt, unde tam et si phantasmatis
 uacent, attamen cum phantasmata habentibus pro-
 portionem habent, ideo ipse doctor & philosophus. 3.
 de anima ubi supra sic habet, ipse intellectus ē intelli-
 gibilis sicut alia intelligibilia, sunt autem intelligibilia
 in potentia, quod doctor exemplo roborat, sicut mate-
 ria prima est pura potentia in genere entium & nulla
 tenus est in actu, quoad aliqua sensibili forma infor-
 metur, pariformiter intellectus noster in genere intelli-
 gibilium est in potentia, nec actu quoquo modo intelli-
 gibilis, quousque aliqua intelligibili specie induat-
 tur. Idem S. Tho. prima par. q. 85. ar. 1. ad quartum, et
 ad quintum, etiam. p. par. q. 97. ar. 6. ad tertium, & p.
 par. q. 88. ar. 1. etiam. p. par. q. 19. ar. 1. idem asserit do-
 ctor questione sequenti.

Questionis. 15. summa intellectum viatoris substan-
 tias separatas quidditatiue prorsus ignorare, quod
 inter differendum inquit, intellectum nostrum abstra-
 ctas substantias intelligere quia sunt quod & astruxit
 1. senten. d. 8. sed cognitio quia ut ipse habet demente
 philosophi. p. post. t. c. 3. duplex eē potest uel per cau-
 sam remotā, uel per effectū, ergo altero horū duorum
 mōrum nempe per remotam causam uel per effectū
 separatas intellectu attingere poterimus substantias
 Oppositum sensisse uidetur in primo huius qō. 23. qd
 intellectus noster substantias separatas neutiquam po-
 situe sed tantum priuatiue apprehendit. Solutur nā
 ly. priuatiue potest tripliciter audiri, primo ut ad lu-
 men referatur quod in talium substantiarum cognitio-
 ne requiritur quo modo intellectus noster eas intelli-
 git lumine tamen ad earum propriam cognitionem
 requisito priuatus, sic intendit doctor in qō. precedenti

E
Solutio.
Q. 6. 14.
F
Contradictio.
Solutio.
Contradictio.
Solutio.
Q. 6. 15.
Contradictio.
Solutio.
H
**Priuatue aliquid tri-
 pliciter.**

ad secundū. 2. modo prout ly. priuatiue ad cognitionē quiditatem refertur, cum tali priuatur, sic intendit doctor, quolibet. p. q. 18. quamuis intellectus noster cū eorum sensibilibus effectuum omnibus speciebus in formeretur, quandoquidem tanquam in proportione, in substantiarum separatarum quiditatem cognitionem neutiūquam intellectum inducant. 3. modo ut ly. priuatiue omnem neget prorsus cognitionem quo modo non intelligit doctor. unde argumentum equiuocat de quia, nam non intendit doctor nos hāc separatas substantias cognoscere cognitione quia ueluti demonstrationis a remota causa uel ab effectu concluso, sed simpliciter quia sunt, nempe horum inferiorum cause, non autem quia tales sint substantie idem S. Tho. p. par. q. 88. ar. 1. per totum.

Q. 5. 16. Vestitionis. 16. summa, vnam admittendam ueritatem simpliciter simplicē quod sic persuasum uult haberi, nā philosophus. 4. methaph. t. c. 18. cum detur magis & minus uerum, dabit simpliciter uerum, ut q. 4. sint. 5. & 4. sint mille minus falsum dicit qui. 4. asserit esse. 5. q̄ qui asserit. 4. eē mille appropinquat nā que magis simpliciter uero, sed cum per ueritatē hic non audiat adequationem sed rei entitatem ergo vna erit simpliciter entitas prima, per cuius maiorem uel minorem a proximationem una alia dicitur uerior & perfectior. Oppositum habere uidetur lib. 12. q. 1. quod quelibet creatura in infinitum distat a prima entitate ideo in apropinquando ad primum nequaquam, est status, ideo nec vna alia dicitur magis uel minus perfecta, quandoquidem omnes creature equaliter distent. Soluitur quoniam maior uel minor quiditatum & ueritatum distantia a prima, minime omnium est per minorem uel maiorem appropinquationem ad primam, uerum per maiorem, uel minorem distantia a mā, unde dicit ibi doctor licet in apropinquando ad primum non sit status, in distando tamen est status uidelicet a mā prima, hoc idem sentit. S. Tho. p. par. q. 33. ar. 4. q̄ in creaturis primum principium dicitur quandoque illud a quo sunt alia, quandoque illud quod non ab alio sic materia prima dicitur primū perfectibile, per cuius maiore uel minore recessum dicitur aliqua quiditas & ueritas maior uel minor. i. p. perfectior. Rursus dicit, q̄ datur ueritas simpliciter, quia datur maior uel minor, quiditates ergo create, i create sunt comparabiles. Oppositum tamen sentire uidetur 7. metha. t. c. 31. ut aliqua sint inuicem comparabilia non efficit unitas generis, sed specifica requiritur unitas, & tamē p. d. 8. q. 3. dicitur in deo, nec generis, nec speciei, esse rationem Soluitur secundum ipsum ibi quoniam uere comparabilia sunt quibus vna responder nā, & horum propria est cōparatio, que in deo & creaturis locum non habent, altera, comparatio est per recessum, que inter deum & creaturam statum inuenit, hoc sentit. S. Tho. p. par. q. 6. ar. 2. ad tertium.

Q. 5. 17. Vestitionis. 17. summa est ab vna ueritate omnia dici uera q̄ inter diuicandum inquit dei scientiā rerum esse mensuram. Oppositum uidetur habere. p. senten. d. 38. q̄. 1. demente propria, & sententiarum magistri, q̄ scientia dei est causa rerum sine qua non, Item Oppositum huius habet primo quolibet. q̄. 3. ubi cum Augusti. sentit, q̄ filius qui est ars patris sit omnium rerum naturalium productionis ratio ueluti ars omnium artificialium. Soluitur ad prim. quoniam si scientia dei absolute sumatur non est simpliciter causa rerum productiua, nisi quatenus illi unitum est diuinum beneplacitum, & sic est rerum mensura uoluntate adiuta diuina, quo entia ab eterno non fuisse conuincitur, tam et si ab eterno fuerit eorum diuina scientia, quā ut ab eterno fierent, non fuit diuinum be

neplacitum. Idem docet. S. Tho. prima par. q. 14. ar. 8. ad primum. 2. & 3. etiam q̄. eadem ar. 12. ad tertium Ad secundum similiter est rerum productio ab arte diuina & ab emanatione filij tanquam a principio de principio, deus namque non aliter res producit quā diligendo se, & sicut pater intelligendo se producit uerbum, & diligendo & uolendo bonitatem suam: ambo Spiritū Sanctum producent, ita intelligendo se intelligunt alia, & uolendo se uolunt alia unde scientia non est rerum immediata causa, sed uoluntas idem S. Tho. p. par. q. 34. ar. 3.

Q. 5. 18. Vestitionis. 18. summa est in efficientibus causis statum inueniri, quod quidem ut creditum redat inquit, licet i productiuis per accidens in infinitum procedere, ut ego productus a patre meo, & ipse ab alio alius iterum ab alio sicque in infinitum. Oppositum habere uidetur supra. q. 16. qua probauit dari vnum simplex & primum uerum, nam accipiatur vnum uerum uel illud est productum uel in productum si in productum utique illud est primum si productum ergo ab alio cum autem non sit procedere in infinitum deuenitur ad primum, ergo uel etiam in causis per accidens ad primum est deueniendum, uel nec in productione ueritatum ad primam non erit deuenire ueritatem Item. d. q̄ precedentia hanc causam nil faciunt ad hunc effectum huius cause. Oppositum sensibile uidetur. lib. 1. q. 11. q̄ causa alicuius esse sequitur illud, uel dependentiam habet ab eo si ergo causa est huius, facit ad esse illius. Soluitur. quoniam non arguitur a simili in q̄. 16. arguit in efficientibus per se simul, existentibus hic autem in efficientibus per accidens, nec simul existentibus, quos circa ibi, non hic, status admittitur, nā in per se causa, semper est dare primam idem S. Tho. p. 2. q. 41. ar. 4. nec cause secunde mouent nisi in uirtute prime ut S. Tho. in. 2. q. 19. ar. 4. Ad secundum dicitur, q̄ causa est, ad cuius esse necessum est aliud subsequi, cuius est causa, que autem hanc causam precesserunt non sic habent neq̄ ad illa necessario hic sub sequutus est effectus, intelligitur ergo de causa per se sufficienti, nec impedita, idem S. Tho. p. 2. q. 75. ar. 1. ad tertium.

Q. 5. 19. Vestitionis. 19. summa in causis materialibus statum prefigendum, quam ueritatem inter illustrandum inquit in talibus materialibus causis in infinitum non eē processum ad statum in materia prima necessum esse nempe ipsa est pura potentialitas. Oppositum sensibile uidetur in q̄. precedenti q̄ infiniti ratio est potentialitas ergo infiniti ratio erit in materia, que est ipsa potentialitas, quare infinitas in materia prima. Soluitur alia nanque est materie potentialitas ab infiniti potentialitate, nam materie potentialitas actualitatis & forme susceptionē respicit, hec autem potentialitas respicit, rei susceptionem post aliam i infinitum, que potentialitas utique opposita est potentialitati diuisibilitatis in infinitum, que in magnitudine, motu ac tēpore reperitur, quamuis diuersimode ut S. Tho. ii. metha. cap. 9. quomodo in aliquo, accidentia esse possunt infinita S. Tho. ibi & quō intellectus sit infinitus, p. 2. q. 30. ar. 4. ad secundum & quomodo potest intelligere infinita. p. p. q̄. 28. ar. 4. ad secundum in super asserit elementa esse in potentia magis quam composita. Oppositum v̄ habere de mēte phi. 2. de generatione. t. c. 22. quod elementa sunt corpora simplicia sed primo sentē. d. 8. q. 6. quanto aliquid est magis simplex tāto est magis unum, & minus diuisibile, & minus potentiale. nam in precedenti q̄. dixit ratio potentialitatis est diuisio: Soluitur quoniam elementa dicitur simplicia quia continent formam minus compositam secundum rationem cum pauciores forme uirtualiter

Q. 5. 16.

B
Contradictio.

Solutio.

C
Contra dictio. 2.

Solutio. 2.

Q. 5. 17.

Contradictio.

Contradictio. 2.

Solutio. 1.

D

B

Solutio. 1.

Q. 5. 18.

Contradictio. 1.

R
Contradictio. 2.

Solutio. 1.

Solutio. 2.

Quest. 19.

G
Contradictio.

Solutio.

Contradictio. 2.

H
Solutio. 2.

ruahiter includantur in illa, cum hoc tamen immo ex hoc dicuntur magis in potentia, quia eorum materia plures successiue potest formas suscipere: diuisio autem que simplicitati vel etiam vnitati repugnat illa est que secundum formam sumitur, diuisio vero quam sequitur potentialitas est secundum materiam & est in continuo, idem. S. Tho. pri. par. q. 30. ar. 3.

95.20. Q Vestitionis. 20. summa finales causas in infinitum non esse sumendas, sed statim habere quod inter planum faciendum vniuersaliter intulit, nec in naturalibus, nec in artificialibus finibus obuenit in infinitum procedere. Oppositum tenuisse videtur in. 1. li. q. 2. inter finem & ea que sunt ad finem differentiam exharas de philosophi sententia. 1. polito. finem appetibile esse in infinitum: sed non idem finis cum quilibet sit finitus, ergo finis simpliciter sumptus. Soluitur licet finis sit in infinitum appetibilis non tamen ipsos fines sequitur esse infinitos, quoniam idem finis in infinitum appetibilis est, nam ibi inquit philosophus pecunieque finis sunt artis acquisitiue appetibiles sunt in infinitum. i. in determinate, quia inde sumuntur vite necessaria que in determinata sunt & tpe incerta. in fine, namque duplex est ordo intentionis, videlicet, & executionis in intentione, oportet primum esse quod appetitum mouet quo subtracto a nullo moueret. 2. in executione dat primum eorum. s. que sunt ad finem: si quidem in talibus non sit primum, nulla tenus consilium terminaretur idem. S. Tho. pri. 2. q. 1. arti. 4.

B Insuper iungit quod ex accepto principio potest ex speculatione homo semper quantum vult conclusiones extrahere. Oppositum sentire videtur. 2. post. super tex. 9. passionis que in cuiusvis demonstrationis conclusione de subiecto probatur finite sunt. Soluitur per ipsum, nam. 1. post tex. 2. cum quacumque demonstrationis conclusionem inquit passionem de subiecto predicari, de vera demonstratione sermo est audiendus, qui tamen modo est necessarius: hic autem loquitur de cuiuslibet syllogismi premisis necessarium vel contingens probabile concluditur, ipse namque. 2. post. t. 1. de contingentibus est aliquam intendit esse scientiam, quandoquidem nulla sunt contingentia quin in illis aliquid inueniatur necessitatis. idem. S. Tho. 1. p. q. 86. ar. 3.

95.21. Q Vestitionis. 21. summa in causis formalibus statim necessario reperiri, quod inter comprobandum inquit in formis, ut ad aliquod esse analogum comparatur in infinitum non contingit procedere. Oppositum videtur habere in. 12. huius. q. 1. asseuerans nullam esse formam vique adeo perfectam, & prime cause propinquam quin possit dari perfectior, & semper primo enti in infinitum propinquior. Soluitur, ibi loquitur de possibilibus formis, & de potentia dei absoluta, que semper potest perfectiores angelos & creaturas creare: hic autem de facto & secundum nature ordinem a deo ipso positum, secundum quem tot creauit quot creare disposuit. idem. S. Tho. 1. par. q. 56. ar. 2. Ad. 4. non semper facit deus quod est perfectius sed quod vniuerso est conuenientius. S. Tho. 1. par. q. 11. ar. 3. Rursus dicit formam materiale esse infinitam, quandoquidem habet quicquid de ipsius est ratione, quo circa forme ratio infinita esse videtur. Oppositum habere videtur. pri. quoli. q. 1. vbi ex Ambro. sententia habet quod omnis creatura est certis limitibus circumscripta & sicut corpus certis dimensionibus localiter terminatur ita quilibet creatura nature certis limitibus diffinitur ideo primo. senten. d. 8. q. 3. & si intelligentie naturam non habeant compositam: attamen esse habent determinatum, vnde & in genere sunt determinato, deus autem sue infinite actualitatis ratione a genere est absolutus. Soluitur, nam si separate substantie secundum suum esse absolutum considerantur, cum sint determinate nature, finitas necessario est esse, quantum tamen ad modum essendi, quia adesse per materiam aliquam non contrahuntur nonnullam infinitatis sibi rationem aucupantur.

D Solutio,

ideo li. de causis propositione. 11. dicitur intelligentiam ex infinito & finito componi: ex finito superius compositionem habet quia a superiori recipit esse est autem infinita inferius, quia. s. non in vlla recipitur materia. S. Tho. 1. par. q. 50. ar. 2. ad. 4.

Q Vestitionis. 22. summa eadem esse rei in sua veritate & entitate dispositionem per veritatem rerum ad intellectum diuinum adaequationem intelligendo. Oppositum sensisse videtur in. 12. huius. q. 1. quod omnis creaturam in infinitum distat ab intellectu diuino, idem ei adaequari est in audibile etiam primo quoli. q. 18. habet nec vnum in rerum natura esse effectum intellectui angelico nec diuino proportionabile. Soluitur ibi, namque adaequationem molis vel virtutis comensurationem accipit, hoc autem in loco quandam rerum ad eundem diuinum intellectum imitationem intelligit, nam sicut rerum adaequatio intellectui nostro est ipsarum rerum imitatio: ita entia intellectui diuino adaequari est eundem imitari, entia quidem talia sunt qualia intellectus diuinus ea intellexit & voluit, que ita diuinum imitatur intellectum velut artificialia intellectum artificis. idem. S. Tho. prima parte. q. 15. ar. 12. ad primum. etiam ibi. q. 34. ar. 3.

IN LIB. IIII. METHAPH.

Q Vestitionis prime summa Methaphisicum ens in quantum ens tanquam eius obiectum intueri. Oppositum ex hijs que hac in parte habent. quod scientie speciem a subiecto sortitur & esse etiam in prolog. senten. q. 2. scientia ab eodem esse habet in se, & diuersum ab alio, constat autem methaphisicam ex eo, quod ens considerat, in quantum ens ab alijs non sequitur scientijs: in prolo. namque phili. q. 4. ait methaphisicam esse de mobilibus rebus deque substantia sensibili, ac materialibus entibus aliquo perfectatis modo, quamuis non ita principaliter vt de abstractis: ibidem in super. q. 3. nisi esset abstractorum genus scientia naturalis prima foret philosophia: idem roborat ex philosophi consensu. 6. methaph. t. com. 3. & per primam philosophiam, vt doctor inferit intendit philosophus scientiam communem & vniuersalem, ideo dicit ibi in. q. 3. prologi. nisi separate essent substantie: eadem scientia, corpora mobilia in eo quod mobilia & in eo quod entia meditaretur: quapropter non nisi ex abstractarum substantiarum consideratione methaphisica ceteris scientijs codiuiditur, idem astruit in hoc. 4. q. 7. quod scientie non nisi per diuersos abstractionis gradus abinuicem se iunguntur: & quod a methaphi. ab alijs diuersificatur scientijs speculatiuis: quandoquidem naturalis ab hac vel illa materia abstracta, mathema. a materia sensibili. methaphi. a materia vniuersaliter capta, quia a materia prius abstractorum genus considerat: quo fit vt subiectum principale in methaphisica habeat. cum per ipsum ceteris a scientijs distinctionem sumat. Soluitur ad primum methaphisi. de mobilibus considerat, non tamen sequitur quod sint subiectum, nam eas non considerat vt mobiles. 5. namque metha. t. c. 4. habet duplex est substantia, altera sensibilis altera abstracta & quot sunt substantie partes totidem sunt prime philosophie partes in. 6. quidem & 7. & 11. libris de sensibili substantia habetur sermo in. 12. vero de abstracta. methaphisi. ergo de mobili substantia non considerat secundum totum sui, sed secundum partem vltra quam substantiam etiam alia intuetur: vnde doctor in prima huius questio. vigesimo secunde inquit Methaphisicam a ceteris distinguit scientijs particularibus, quia ille entia, particularibus sub rationibus considerant, methaphi. sub communibus etiam nonnulla considerat, que non alie. triplici igitur

G Solutio, 1.

H

A Contradictio

Solutio

B Contradictio

Solutio

C Contradictio

Solutio

D Contradictio

Solutio

E

95.22. Contradictio

Solutio

F

95.1. Contradictio

Contradictio

Solutio

G

H

A differentia methaphisi. a naturali differt, tū quia mobilia considerat non secundū torum sui. tum quia non considerat ea, vt mobilia, tum quia immobilia etiā secundū sui principalē partem cōsiderat. Ad. 2. in quo videtur omnem methaphisici a naturali distinctionē oriri ex substantiarū separatarū meditatione cū dicat illis non existētibus non esset alia methap. a naturali. Animaduertendum, q̄ cum meta. abstracta discutiat q̄ ens abstractū bifariam accipitur. alterū nanque abstractum secundū essentiam ita. s. quod eorum essentie extra materiam sunt vt intelligentie, alterū abstractorum genus per indifferentiam quandoquidem eorum ratio, & in materialibus & in immaterialibus saluari possit, vt substantia accidens, actus, potentia, vnū & multa: natura, & id genus de vtroq̄ mō abstractis, est methaphi. vnde naturalia queq̄ sub hisce transcendentibus rationibus a methaphisico diiudicantē vt cōmen. inquit. 2. phi. c. 4. et. 21. et. 7. metha. c. 3. et. 9. & 12. metha. c. 11. & 29. & passim, vnde nisi esset abstractorum genus secundū essentiam, nequaquā foret abstractorum genus per indifferentiam, qm̄ prefata transcendentia vnū, multa substantia accides actus potentia non nisi in materiali substantia reperirent, ideo satis esset illa scientia, que talē materialem substantiā discerneret, quo sit vt non tantum separata substantia & ad esse & ad distinctū esse faciat ipsius metha. sed etiam per indifferentiam abstracta, dicitur autē nisi esset separata substantia q̄ non esset methaphi. quoniā abstracto per essentia a moto, minime omnium per indifferentiam abstractū locū inueniret: scientie nāque sunt de necessarijs cūcta hec sunt immobilia: cuiusuis ergo scientie subiectū a motu & a materia est separatum & secundū abstractionis ordinē a materia, sciētie speculative abinuitē distinguuntur, cūque methaphi. vsquequaque abstracta contēpletur hoc abstractionis modulo a ceteris distinguetur scientijs, idem. S. Tho. in questio. super Boet. de trini. q. 5. ar. 1.

B Vestitionis. 2. summa Methaphisicam esse sciētiā vnam pro cuius veritate fidē faciēda, inquit quāto potentia est superior tanto magis sub vniuersali cognoscit ratione. Oppositum ex propria videt̄ haberi sua sententia. 1. phi. super tex. 3. cum vniuersalia & cōfusa sint nobis notiora ex magis vniuersalibus ad minus vniuersalia procedimus, & ta men. 3. de anima, super tex. 15. intellectus est in genere intelligibiliū in potentia pura veluti materia in genere entium, & 1. sent. d. 8. q. 7. intellectuū nostrum in horizonte eternitatis orū habere dicit̄. & 12. huius. q. 2. de mente Isaac dicitur vmbra intelligētie, & 1. phi. super. tex. 5. ideo intellectus ex magis vniuersalibus ad minus vniuersalia procedit, quia ab imperfecto ad perfectum transcendit. cognitio ergo in vniuersali in perfectionē arguit, imperfectio autem non est superioris potentie ut hic habet doctor. Soluitur cognitio in vniuersali bifariam sumi pōt. pri. ex parte medijs, eo quia talis cognitio sit per modum vniuersalē, & ex hac innata est nobis via ad minus gradi vniuersalia, imperfecta cum sit de qua. 1. phisic. est sermo. t. c. 4. & 57. & comm. 2. de anim. c. 1. cognitio vniuersalis propriam antecedit, altero dicitur modo, vniuersalis cognitio ex parte rei cognite non quia confuse multa vt genus contineat, verum quia plura distincte representat, quo modo habet ipse doctor de cognitione angelorum. questio. 8. & 2. sent. d. 3. q. 9. quod sicut Platonis idea & vniuersalis forma separata, quanto erat perfectior tanto vniuersalior & plura cōprendeabat, pariformiter mēs angelica, quanto superior & perfectior, tāto per vniuersaliorē speciē plura intelligit et vniue plura representantur idem. S. Tho. 1. par. q. 5. ar. 2. per totum.

C Vestitionis. 3. summa ens analogice substantiam & accidens predicari q̄ perspicuum reddens inquit. equiuocatio a forma sumit̄ que quidem equiuocatio in genere latitat, atque etiā analogia, que magis ad vniuocationē accedit que quidem forma generica in pluribus speciebus realiter reperit̄. nobiliori tamen modo in vna q̄ in alia: vbi cū in pluribus realiter inueniri fateat̄, iam formā genericā extra ainmā admittendam astruit, vt animalitas in leone & homine: Oppositū sentire videtur. 1. de anima super tex. 8. vbi inter vniuersale q̄ est genus, & vniuersale q̄ est species, differentia assignans inquit, species de se est forma vna, q̄ si non vna sit per accides, vtpote quia in diuersis recipitur materiabus: genus autē per se formā vnā non dicit vel naturā. Soluitur, quoniā generis forma vna nō est nisi per intellectū, quandoquidē cōceptui generico ex parte rei nulla respōdet ypostasis vel fundamentū, nā cōceptus genericus, vt Themist. ait est conceptus summam extenui singulariū similitudine collectus, ideo ibi dicit̄, q̄ animal aut nichil est aut posterius est: nichil, quo ad fundamentū, posterius quo ad conceptū ipsius singularibus posteriore, siquidem vnitati generice forme ex parte rei vnitatis fundamenti respōderet, cū materia in specie diuersitatem facere nequeat, animal eque de homine & equo dicitur, in quo vt in specie vera esset vniuocatio. Cum igitur tali vnitati fundamentū nullum respōdeat vel natura nil mirū si in genere equocationes latitat. idē S. Tho. tracta. de natu. generis. ca. 2. quia vero ipsa natura specificē forme vnitatē intendit, ideo ad ipsius vnitatis perpetuitatem indiuiduorum instituit multitudinem. S. Tho. prima par. q. 98. ar. 1.

D Vestitionis. 4. summa quecūq̄ analogia sic enūciari per analogiā ad vnū numero, q̄ inter deducēdum inquit oīa analogice dici ad ipm̄ ens primū. Oppositum habere videt̄ qd̄. precedēt. asseueras oēm analogiam esse forme vnitatē perfectiori mō in vno reperi quā in alio vel in vno simpliciter in alio vero secundū quid vel vere in vno, per similitudinē in alio: deus autē cū ceteris entibus nullā habet forme vnitatē. Soluitur, nā deus & alia entia analogat̄ sub ente, at entis unitas specifica non est, verū analogia, que cū generica vnitatē similitudinē habet, quandoquidē ex parte nō vna forma respōdet realiter, verū fundamētaliter ideo nō figmentū putat̄ quid, fundamentū prime intentionis nō est subiectū, vt supra patet per differentiam inter genus & speciem, sed. 2. intentio, vt species ipse: deus autē & cetera entia sub ente analogantur analogia, que est secundū similitudinē ad illos. 3. prefatos modos, tū quia ipsum esse perfectiori mō de deo dicit̄ quā de alijs. vt. S. Tho. 1. par. q. 4. ar. 2. nā de deo dicit̄ essentialiter de alijs participatiue qm̄ tale eē est oīum mensura, vt doctor. 1. sen. d. 8. q. 4. Secūdo oīa ad ipm̄ primū sunt analogia attributionis, veluti oīa sana ad sanitatē aīalis, vt. 7. meth. t. c. 3. analogant. 3. mō. analogia similitudinis: cōparatur nāq̄ oīa ad primum, vt artificialia ad suū artificem, vt cōm. 12. metha. c. 18. oīa nāque deum imitant̄ secundū maiorē vel minorē accessum, vt idē cōmen. 12. metha. c. 52. & S. Tho. 1. par. q. 48. ar. 2. Insuper inquit accidētia et substantiā ad deum analogice dicunt̄ entia. Oppositū vñ innuere. 1. sen. d. 38. q. 1. sciētia dicit̄ equiuoce de sciētia dei & nostra, vt testē adducit cōmen. 12. metha. c. 51. Soluitur qm̄ sciētia simpliciter sumpta analogice dicit̄ de sciētia dei & nostra: quo vero admodū essendi dicit̄ equiuoce vtiusq̄ nāq̄ rō diuersa esse perhibet̄: Dei quidem sciētia causat res: nostra autē causatur a rebus vel dicitur equiuoce communiter vt includit analogum, vt dicit. S. Tho. 1. par. q. 13. ar. 10.

Questionis

Solutio. 3

Contradictio.

Solutio.

E 96. 3.

Contradictio.

Solutio.

F

96. 4.

Contradictio.

G

Solutio.

Analogia triplex.

H Contradictio. 2.

Solutio.

A **Q**uestionis. 5. summa vnum q. dicunt principiu numeri cum ente non couerti, q. inter aperiendu inquit vnumquodq. esse hoc aliquid per substantia sua Oppositum sentire videt. 2. sent. di. 3. q. 4. & 10. & ferme in locis innumeris no. semel vel bis sed passim inculcat indiuiduū esse hoc aliquid per quantitatē. Soluitur, nam secundū doctore in hoc. 4. meth. q. 6. et. S. Tho. super Boet. de trini. q. 4. de indiuiduū rōne est q. sit vnu indiuiduū in se & diuisum a quocunq. alio vltima diuisione, quemadmodum. n. illa diuersa sunt a quibus indiuiduū est diuisum, ita diuersimode inmit indiuiduationis principiu, indiuiduū primo cōsiderat, vt diuisum a substātijs in materialibus, & sic in locis prefatis, & 3. de anima super tex. 9. indiuidue substantie principiu est materia non ad quocūq. relata, uerū ad substantias tantū in materiales, sic opina. S. Tho. 1. par. q. 3. ar. 1. ad 3. et. 1. par. q. 86. ar. 3. et in tractatu. de natura materie. Secundo consideratur vt est diuisum ab alio essentialiter. i. alterius speciei quo mō forma est principiu indiuiduationis, ratio doctoris in hoc pri. metha. q. 7. in prolo. sentē. q. 2. etiā di. 26. q. 2. eiuſdē primi vnumquodq. quo in esse constituit eodem ab alio distinguit, per formā autē specificā a diuersis specie distinguit. huc tendit cōmen. 1. de anima. com. 52. mēbra cerui differūt a mēbris leonis, quia eorū anime differūt, & quia cōmen. habet. 2. de aīa. cō. 60. forma rū diuersitas materiu arguit diuersitatē. ideo contēdit quādoq. q. materia & forma sunt indiuiduationis principium cum ēt secundū Aegid. & S. Tho. sint partes ipsius essentie, cōstitutiuē, vnde. S. Tho. 8. metha. super tex. 8. cum dixit philofophus speciē nullus facit nec generat rationē subdit, nam omne q. sit ex materia sit, hoc ergo particulare cū sit cōpositum ex materia & forma, sit & generat ex hīs principijs materialibus indiuiduātibus, ibi materiā et formam principia indiuiduātia nominat idē. 1. par. q. 29. ar. 1. idem Aegid. in hoc. 4. q. 6. uidelicet immediate sequenti. ex hoc soluitur ratio plusquā cōmentā. cum dicit. 2. de aīa. t. c. 2. per materiā nil est hoc aliquid, sed per formā intelligitur principialiter per formā ex consequenti per materiā quandoquidē alia forma aliam exigit materiā. Similiter cū probat materiā non esse indiuiduationis principium, quia cōtingeret eiuſdē speciei indiuidua solum per materiā posse differre, patet q. sola materia non ponit indiuiduationis principiu, nisi respectu substantiatū in materialium. Similiter ad secundū nō sequitur indiuiduū habere esse per materiā tantū, nam regula illa per idē res habet esse & distinctū esse uerificat de vera distinctione et propria que est specifica. Similiter ad. 3. non omne indiuiduū habere materiā, non. n. dictū est omne indiuiduū per materiā distingui sed indiuiduū materiale ab immateriali. tertio mō considerat, indiuiduū vt distinguit contra aliud eiuſdē speciei, quo modo indiuiduationis principiu est ipsa quātitas, sic intelligit doctor in. 2. sen. di. 3. q. 3. & 10. & sepiuscule cum iterat quantitatē indiuiduationis principium hoc sentit cōmen. 1. phi. c. 6. oīs multitudo est rerum vel differentia secundū formam vel secundū quātitatem, sic re frangunt sagipte Zimare, nā terminata quātitas sequit formā indiuidui nō tēpore sed natura. alioquin illa forma esset prorsus indiuisibilis. ad. 2. ex Auerro. 7. metha. c. 2. indiuiduū substātie est prius indiuiduis accidentiū hoc est manifestū per se loquit de accidentibus separabilibus, que formā vel materiā insequuntur, quātitas autē est materie cogua. Ad. 3. negatur q. non esset idē sortes senex & puer, quia nō est eadē quātitas, nō sicut in ipso est eadē materia & forma secundū ipsum ponētem illa, esse indiuiduationis principia, ita est eadē quātitas cū sua sentētia sit a ma

teria separabilis: uerū tamen, quia nō est tāta materia nec tante materie informatio, nō est tāta quātitas, est ergo idem sortes senex qui puer, sed non tātus. Ad. 4. miror vtrū talem, dū indiuidua duo ponat eiuſdē speciei de predicamēto substātie omni seclusa quantitate cū substātie sit coeterna. Ad. 5. dū dicit diuisio speciei in sua indiuidua esset per accidēs: si sumat per accidēs id est accidentāliter, ita q. possint nō differre: sequela nī chili est pendēda. q. si per accidēs, aliquod accidēs audiat, admittit tanq. uerū, nēpe immediate per quātitatem distinguit. Ad vlti. indiuiduū esset aggregatū per accidēs dicit q. si ly per accidēs audiat aduerbia-liter ita. i. q. possit esse & non cum accidente, sequela nulla: si cū aliquo accidente intelligat esse indiuiduum materialis substātie nedū non inconuenit quinimmo est necessarium: similiter soluitur illud Scot. 2. senten. di. 3. & 7. methaphisi. & illud Bachonis. in. 2. senten. di. 11. q. 1. ar. 2. cum doctore proficiſcitur. S. Tho. 1. par. q. 3. artic. 3. de potentia. di. 9. vlti. etiam tractatu. de indiuiduatione materie, etiam tractatu. de dimensionibus terminatis.

Questionis. 6. summa ens & vnum simpliciter sumpta conuertibiliter idempuſiceque inuicem predicari, cuius rationem pādens inquit, quicquid est unū. est ens, atque ediuerso, quicquid est ens est vnum. Oppositum innuere videtur, primo phi. super tex. 25. ibi habet etiam de capite, commenta. com. eodem q. cum dicitur quicquid est preter ens est non ens, ergo tantum ens est, capitur ens pro ente in communi: cū autem subditur, sed ens est vnum, sumitur particulariter pro substantia vel accidente, erit ergo ens communius quam sit vnum, quare non cum illo conuersim dicitur, ex hoc enim Parmenidis argumētum soluit: quicquid est preter ens est non ens, sed ens est vnum ergo quicquid est preter vnum est non ens ergo tantum vnum est, inquit communius sumi ly, ens in maiori quam in minori. Soluitur, quoniam ibi sumit ens transcendenter pro vniuersali ente, hic autē pro omni ente reali positio compoſito vel inexistente compoſito. quomodo auditur Boet. omne quod est, ideo est, quia vnum numero est, non tamē vnum principium numeri: quod sic capiat ens patet, dicit namq. omne tale ens eodem in esse constituitur & ab alio diuiditur, in constitutione intulit entitatem, in diuisione ab alio innuit vnitatem: ideo omne tale est ens et vnum vnde homo albus est ens non tamen est vnum, quia rei vnitās a forme sumitur vnitāte, vt. S. Tho. prima parte. questio. 76. arti. 3. tale igitur ens cum vno conuertibiliter dicitur. Item dicit, illam esse falsam tātum vnum est cum ad illam multa non esse sequatur. Oppositum dixit exerto calamo super tex. 25. primi phi. ibi namque istam admittit tantum vnum est, negat tamen sequelam illam, ergo multa non sunt. Soluitur quia hic sumit vnum quod cum ente conuertitur & tale, vt doctor dicit non se habet ad illam de quo dicitur sicut accidens ad subiectum, nec aliquam dicit naturam rei de qua predicatur superadditam, cum conuertatur cum illa: ibi autem sumit vnum vt est principium numeri: vnde dicit, notandum, quod vnum quod est principium numeri dicit aliquid per accidens cum de genere sit quantitas, ideo dicit intentionem rei materie additam. ideo non sequitur tantum vnum est, ergo non sunt multa. idem dicit Sanct. Thomas. 4. methaphi. super tex. 3. contra Auicen. et prima parte. q. 11. ar. 3. ad secundum etiam prima parte. q. 11. ar. 2.

Questionis. 7. summa vnitatem nil realitatis superaddere entitati: quod inter credita reddendū illud inquit, quecunq. sic se habent, quod vnum addit ali

Q. 5.
contradictio.
Solutio.
Indiuiduum tripliciter consideratur.
B
Solutio ad Druſianū
C
Ad. 2.
Ad. 3.
Solutio ad Zimarā.
Ad. 2.
D
Ad. 3.

E
Ad. 4.
Ad. 5.
Ad vlti.
F
q. 6.
contradictio.
Solutio.
contradictio. 2.
Solutio. 2.
H

A quid reale super aliud; potest unum corrumpi altero remanente, Oppositum habere videtur de gradibus formarū parte. 2. & in theorematibus de cor. xpi secūdo & 3. nec semel atque bis frequenter, quātitatem quid realitatis materie superaddere, neque ab illa separabile & quol. 3. q. 10. potētias super anime essentiā etiam 2. poste. t. c. 9. passiones super subiectum quid realitatis adijcere, nec tamen potētias ab anima vel passiones a subiectis fore separabiles, etiā quol. 1. q. 7. esse superaddit quid reale essentie, & tamen inseparabilitā incunctanter asseuerat abinuicem. Soluitur secūdum ipsum 2. phis. super tex. 18. separabile bifariam auditur vel secundum esse vel secūdum intellectum quod addit reale quid alteri tā et si inseparabile sit secundum esse actuale, attamen separatur secundū esse quidditatum in tantum vt quidditas eius sine alio cognosci possit, cuius factionis sunt mathematica erga naturalia, uerum quia Auicē. pro inconuenienti non habet vnum per intellectum ab ente separari, ideo dicitur quod aliquid, reale aliquid alteri superaddere dupliciter intelligi potest, vel quod supra naturā & rei essentiā. quo modo non intelligit doctor. alio modo quod addat super eius esse completum & extrinsecus adueniat, sic doctor intelligit, quantitas autē non sic materie aduenit quinimmo usque adeo est illi coeua ut naturale agens sine quantitate eam non ualet attingere, nec corpus Christi sine quantitate in sacramento esse non ex ui sacramenti, uerum ex naturali concomitantia, similiter passio non sic subiecto, nec potētia anime essentie sic adueniunt, quin potius ab essentie uel subiecti principijs ulla absque trāsmutatione fluunt, ut Aegidi. locis prefatis, & S. Tho. de materia tract. de natura materia & quantitatibus in terminatis, de passione prima 2. q. 2. etiam prima par. q. 77. ar. 6. de potētis prima par. q. 79. ar. 1. etiam q. 77. ar. 4. & 7.

B **Q**uestionis. 8. summa unitatem quid rationis superaddere entitati, cuius ueritatis fidem facere satagens inquit unum multitudinis priuationem dicere. Oppositum habere videtur primo phis. super tex. 14. exclusiuā dictionem quicquid alietatem habet ab eo cui additur excludere intrēdit, ideo dicendo unum est non sequitur ergo multa nō sunt, in ratione nāque unius includuntur multa, vnum ergo iam non multitudinis priuationem dicit, Soluitur secundum ipsum quoniam ibi sumitur unū quod numeri est principium quod accidens aliquid reale importat, ideo intentionem rei nature additam dicit, & accidens cum subiecto multitudinem facit, ideo sic unum priuationem non dicit multitudinis quandoquidem multitudo unitatem includit. hic autem de uno quod cum ente conuertitur sensus habetur. cum uniuersam excludat diuisionem, multitudinis priuationem dicit que necessario ex diuisione conuergit, tam et si nō multitudo que libet ex diuisione causetur indiuisis nanque multitudo locum habet sed est transcendēs, vt S. Thom. prima par. q. 30. ar. 3. ad primum & secundum pro distinctione hac. nempe de uno cum ente conuertibili & quod numeri est principium, consule S. Tho. 7. meth. 1. 3. & prima par. q. 11. ar. 3. ad secundum.

Questionis. 9. summa unum quod est numeri principium uni quod cum ente conuertitur, quid reale posituum superaddere, quod inter planum faciendū inquit, vnum quod est numeri principium, quandam affruit esse formam in se consideratam prout rem per se in se. Oppositum inuere videtur primo phi. super tex. 14. dicit vnum quod est numeri principium. accidens est de genere quantitatis, quod duo includit nēpe accidens & subiectum, proinde dicendo tantū vnū

D est, non excludit multa, nunc autem quod sit de genere quantitatis & accidens pariter & subiectum includat vt sit quedam forma non patitur. Soluitur secundum ipsum in theore. 27. quoniam & si vnus predicamenti res in predicamento alio concedi non valeat tamen nō inconuenit rem vnus predicamenti, rei alterius predicamenti modum induere, vt quod dicit quid, potest quid dicere per modum qualis, & quod significat quale, quale dicere potest per modū ad aliquid; scientia namq; cum sit in predicamento qualitate quēdam tamen modū habet relatiuū. pariformiter licet quātitas non sit forma informans vt qualitas, habet tamen forme quēdam modum immo quatenus dat esse quantū quēdā forma est, nec aliud quam ipsa quantitas vna impotentia: principium tamen numerabilis quantitatis est licet subiectum includat tantum formam significat nempe ipsam quantitatem non vt partes habentem verum vt alterius quantitatis potest esse principium, videlicet discrete, cum igitur discrete quantitatis possit esse principium, ideo discreta quantitas est prior continua, idem. S. Tho. super Boet. de trini. q. 4. ar. 4. discreta quantitas prior est formaliter ipsa quantitate continua, materialiter tamen est posterior, quia causatur ex continui diuisione, vnum autem principium numeri quod cū ente nō conuertatur, docet. S. Tho. 4. meth. t. c. 4. cum enim sit in determinato genere cum eo quod omne genus transcendit conuerti non potest etiam. 1. par. q. 11. ar. 3. ad. 2. vnum principium numeri considerat mathematicus unum quod conuertitur cum ente considerat methaphi. vnum autē quod cum ente conuertitur priuatione dicere vel indiuisiōem vt hic doctor fatetur etiam intēdit. S. Tho. 1. par. q. 11. ar. 1. quomodo etiā diuersam oppositionis rationem habent ad multa, idem docet. S. Tho. 1. par. q. 11. ar. 2.

Questionis. 10. summa, vnum quod est numeri principium in substantijs separatis locū non inuenire. Oppositum cuius ueritatis hīc vī in fine quōnis huiusce dicit numerū nō aliud esse q̄ replicatā vnitatē, hāc quippe in angelis est reperire. Soluit, qm̄ duplex vnitas, ac per hoc duplex est numerus et pluralitas, cū ois pluralitas diuisionem sequat, diuisionū autem altera materialis que sit diuisione continui, vnde numerus insurgit qui species est quātitatis de qua intelligitur phi. 3. phi. t. c. 68. numerus ex cōtinui diuisione causat, & comment. 3. phi. c. 56. numerus crescit in infinitū & est vnum de fundamentis, que sumit Arithmeti, etiam. 3. phi. c. 68. numerus auget in infinitū propter materiam, quo circa numerus iste non nisi in materialibus quantitatibus habentibus statū habet de quo doctor verbū suū vult audiri. altera diuisiō formalis, que per diuersas fit formas: vñ numerus & multitudo insurgit in nullo a scripta genere cū sit multitudo transcendens prout ens diuidit in vnū & multa. 10. meth. t. 2. qui quidē numerus in substantijs in materialibus in diuinisq; personis memorat, idem sentit doctor. 2. senten. d. 3. q. 5. etiam. S. Tho. 1. par. q. 30. ar. 3. per totum.

Questionis vndecime, summa de vnitare, que est numeri principium quantitatem neutquam predicari quod interducendum inquit, de vno quod principium est numeri, nec vnioce, nec analogice, quantitas predicatur. Oppositum docere videtur. 1. phi. super tex. 25. ibi habet notandum: vnum quod est numeri principium aliquid accidēs dicere cum de genere sit quantitatis & aliquid rei superadditum dicit de qua predicatur, palam est autem quod genus de hīs que ad ipsum attinent vel directe vel in obliquo predicatur. Secundo subintulit: proprietatē illam a qua quantitas ratio sumitur fatetur se non videre. Oppositum tamen

q5. 10. contradi. cio.

G solutio.

Numeri dup.

q5. 11.

H

Contradi. cio.

A men excipitur, de gradibus formarum par. 2. passim & 2. senten. d. 3. q. 4. & 1. phil. i. 12. et ferme in locis in numeris reiterat quantitatis rationem ipsam diuisionem asserendam fore, etiam nullam entitatem quispam appellare valebit quantitate. si rationem vnde nomen sumitur quantitatis ignoret. nam. 7. methap. c. 54. & 4. meth. t. c. 10. nemo rei quam ignorat nomen imponit. Soluitur, quoniam illud vnde quantitas ratio sumitur ignotū vsquequaque non dicitur, constat autem illud esse rationem: nempe esse diuisibile vel partes habere quantitatis vel quantique nomen impartitur, verum illud commune vtrique latet, in quo punctus & vnitas insimul veniant, vnde ratio sumi possit, vt de illis quantitas dici valeat, hoc est quod impossibile putat, quandoquidē punctus & vnitas sint indiuisibiles quantitas autem diuisibilis. Ad secundum, cum dicitur primo phil. inquit doctor talia esse de genere quantitatis, intendit communiter pertinens ad quantitatis genus vel proprie vel reductiue: sicut materia & forma ad genus substantie per reductionē attinent cum de illis substantia non vnioca sed analogā predicetur, illis autē substantie non conuenit ratio que est accidentibus subsistere & per se existere, que non nisi substantie compositae conueniunt, quorū alterum videlicet, subsistere habet per materiam alterum, nempe per se existere a forma consequitur, vt. S. Tho. i. par. q. 29. ar. 2. ad tertium, non sit quantitas sue diuisibilitatis rationem, a puncto & vnitate sibi vendicat cum prorsus sint indiuisibilia.

Solutio, 1.

Solutio, 2.

B Vestitionis. 12. summa circa primum principium de quolibet vel affirmare vel negare contingit nemini obuenit errare, quam veritatem inter aucupandum inquit circa finem vniuersalem quēquā decepti non contingit verumtamen circa finem particulariter error occurrit. Oppositum sentire videtur p. huius. q. 2. quod vnumquodque in suum finem fertur non tantū vniuersalem sed particularem. Soluitur: quoniam finis hominis bifariam sumitur, vnus dicitur non vltimatus, qui multiplex est prout multiplex est hominis intentio sic id est finis, quod homo finaliter intendit: & hunc naturaliter, circa istum non est errare sic supra accepit doctor finem: alter est finis vltimatus de quo hic est sermo doctoris, qui finis est felicitas in qua non est deceptio in appetēdo, est autem in illam obtinendo vel eligendo & particularia querendo media, etiam errare interuenit in fine particulari, quāuis enim omnes beatitudinem appetant, diuersi tamen in bonis diuersiformiter ponunt: secundum complexionum diuersitatem, qualis namque est vnusquisque talis sibi finis videtur vt. 3. ethi. ca. 7. idem. S. Tho. i. par. q. 83. ar. 1. ad. 5. dicitur etiam finis intrinsecus et est cuiuslibet potentie operatio, nam si secus frustrarentur virtutes, vt. S. Tho. pri. par. q. 105. ar. 5. alius est finis humane. s. nature facultatem excedens, vt visio diuina, vt. S. Tho. i. par. q. 3. ar. 1. de quo non est hic sermo.

qđ. 12.

contradictio.
Solutio.

Finit quomodo habet errorē

qđ. 13.

contradictio.

Solutio.

C Vestitionis. 13. summa est illud primum principium non contingit idem simul esse & non esse, est prorsus esse indemonstrabile quod inter comprobandum inquit, cōmunes animi conceptiones demonstrari non possunt tanquā causam non habentes. Oppositum videtur habuisse. Secundo huius. q. 17. ibi intentione propria, & philosophi. t. c. 4. habet quod in omni entium genere est dare aliquod primum, quod est causa aliorum omnium sic, datur primum ens, & primum verum quod est causa, quare alia sit entia & vera. Soluitur secundum ipsum ibi, verum bifariam sumitur. pri. pro rerum ad intellectum nostrum ad diuinum adequatione: ad quem sensum non graditur dicta auctoritas, alio modo dicitur verum vt a verita-

B te denominatur que est rerum adequatio ad sua principia, cumque entia creata sint diuine bonitatis vestigium & ad deum, vt mensurata ad suam mensuram comparentur, quod in tantum dicuntur entia vera in quantum intellectum diuinum imitantur qui omnium veritatum principium est & causa. adest ergo veritatis equiuocatio: insuper hic est sermo de veritate complexa, & de causa veritatis immediata & formali quam non habent principia, deus autem est veritatis in complexa causa: principia autem complexa cum sint habitus nobis naturaliter autem complexa causam habere nō possunt. vt. S. Tho. pri. par. q. 79. ar. 12. & sicut principia incomplexa ab hīs quorum sunt principia dependentiam quantum ad eorum esse non dicunt, vt. S. Tho. pri. par. q. 33. ar. 1. ad prim. ita nec principia complexa ab hīs quorum sunt principia, quo ad sui veritatem dependent, & sicut vnum est principium essendi a quo omnia quocunque modo sint habent esse, vt. S. Tho. prima. par. q. 56. ar. 1. et est vnum verum causa omnis veri incomplexi, vt doctor 2. huius. q. 7. ita datur vnum principium complexum verum: sue veritatis non aliam habens causam sed omnium aliorum est causa, vt doctor in hoc. 4. q. 12.

IN LIB. VI. METHAPH.

Q Vestitionis prime summa substantie impossibile esse demonstrationem: ad quam veritatem fidem faciens inquit, vnam passionem puta primā causam esse subsequenter. Oppositum habere videtur pri. phil. sic. cum philosopho. t. c. 80. quoniam materia forme subiecta omnium accidentium, que sunt in ea est causa sicut mater idem pri. senten. d. 3. q. 17. quod subiectū est omnium accidentium causa, rationem exprimit nam quod facit ad esse cuiuspiam causa est eiusdem. Soluitur per ipsum Theorema. 33. subiectum namque est accidentium causa in dupli genere cause: efficientis scilicet & materialis, quāuis non omnium simpliciter, quoniam non infusorum vel acquiritorum quorū forma & intellectus causa esse videntur, infusorum subiectiua saltem: subiectū autē respectu proprie passionis causa effectiua est et naturalis, vnde si vt est in potentia cōsideratur sic est susceptiū tantū & malis causa. inquantū est in actu, est eius productiū aliorū autē accidentiū tantū susceptiū: productiū autē est agens extrinsecū: intelligit hic doctor. vnam passionē alterius esse causam nō proprie tanquā principale efficiens, quia ab illius principijs non fluit, nec in illa recipitur sed est causa immediata, quia vna emanat ab alia. alia mediāte, vt risibilitas ab humanitate principijs disciplinabilitate mediāte et habere, 3. a triāgulo per habere figurā recti lineā, vt. 2. poste. docet doctor super tex. 9. & S. Tho. i. par. q. 77. ar. 6. & 7. & sicut vna potētia ab anima fluit alia mediāte, sic vna passio a subiecto alia passione mediā, sine motu ad trāsmutatione, vt. S. Tho. prima. 2. q. 25. ar. 1.

qđ. 1.

Contradictio.

Solutio.

G

qđ. 2.

contradictio.
H

Solutio.

Q Vestitionis secunde summa nec esse, nec quod quid est subiecti esse demonstrabile quod inter pangendum inquit esse actuale accidentis naturam habere, nec non esse actuale ipsius cōpositi ad substantie genus reduci. Oppositum sentire videtur quoli. p. q. 7. statuens ipsum esse actuale ad ipsam creaturam sicut formam ad ipsum cōpositum referri, persuasum est autem omnibus ipsius esse substantialis formam esse partem essentialem, ipsum actualiter componentem & ipsum esse est quedam actualitas ipsis creaturarum essentijs impressa, quarum nisi esset pars constitutiua creature essent omnino simplices nec creaturæ nomen haberent. Soluitur, quoniam si ipsum esse ad ipsum cōpositum referatur substantia est, & modum habet substantie cum pars substantie non sit

M iii

A nisi substantia, nam pri. phi. t. c. 52. ex non substantia non fit substantia: si vero ipsum esse ad essentiam referatur & si substantia sit, accidentis tamen induit modum veluti differētia substantia cum sit: qualitatis tamen modum secum adducit, & sicut accidens subiectum informat sic esse essentiam actuatur, ideo. S. Tho. p. 2. q. 3. art. 4. actualitas rei est actualitas forme, & doctor de ente & essentia, q. 10. Secundo sicut ipsum accidens in subiecto recipitur sic ipsum esse in ipsa essentia, vt doctor vbi supra. q. 11. simpliciter tamen loquendo ipsum esse substantia est, alioqui ipsa essentia esset tota rei substantia quo fit vt ipso esse ab essentia sublato adhuc actu remaneret. omnis rei substantia: hac ratione doctor vbi supra. q. 12. ipsum esse realiter ab essentia distingui conuicit, quod si secus, nulla creatura erit annihilabilis: cum autē ipsum esse, ipsius dei sit proprium, cuius esse nec in essentia est receptum, non ab re deum tantummodo esse summe simpliciter demonstratur, vt primo senten. d. 8. q. 2. doctor conuicit cum creatura quelibet tam materialis quam spūalis ex ipso esse & essentia eorum ex suis essentialibus partibus substantialiter constet, vt & S. Tho. quoli. 2. ar. 3. siccirco esse, de creatura vniuersa, per participationem predicatur, quandoquidem nulla creatura suum esse existat licet ipsum habeat, quo fit vt de deo tantum ipsum esse essentialiter predicetur, vt S. Tho. pri. par. q. 90. ar. 2. ad prim. in anima, namque ipsa essentia est sicut materiale, formale autem ipsum esse participatum, etiam pri. par. q. 7. ar. 2. ad prim. ratiocinatur essentiam diuinam quantumlibet infinitam, infinitum vllum, nec producere posse, yllum contra rationem facti sit, eius esse, eius essentie idemprificari, quo rationaliter inferē ipsum esse non nisi de deo per essentiam dici, cum in ipso solo esse essentie idemprificetur.

Esse aliud re aliter ab essentia.

B Questionis tertie summa, accidentibus nonnullam entitatem prestandam, quod inter perspicuum faciendum inquit. accidentia propria habere entitatem, verumtamen diminutam veluti & definitionem, quia scilicet per additamenta. Oppositum habere videtur ibi asserens ens de substantia dici & accidente analogice, itaque accidens ad ens refertur, vt cibus ad sanum increpatque accidentia entitatem etiam diminutam habere dicentes, & sicut sanitas dicitur de cibo & yrina, licet nihil sit sanitatis in illis ita se habet ens respectu accidentis cum nulla sit in cibo sanitas nulla erit in accidente entitas. Solutur, quoniam accidens ad substantiam similiter se habet vno modo, vt cibus ad sanitatem, alio modo dissimiliter, se habet similiter, qm cibus de nominationem suam qua sanus denominatur ab animalis sanitate consequitur, ita accidens entitatem qua dicitur ens a substantie entitate denominat, est autem dissimilitudo quoniam aliquam entitatem quamuis diminutam & secundum quid de sui natura sortitur accidens, quod tamen nihil sanitatis de sui natura sortitur cibus, quo fit, vt omni secluso animali, nullatenus neque diminute neque secundum quid cibus sanus diceretur, per potentiam tamen diuinam explosa funditus omni substantia, accidens adhuc aliquam retineret entitatem, vt ostendit S. Tho. 3. par. q. 75. ar. 5. & q. 77. ar. 1. & doctor theorema. 37. asseuerandum est igitur accidens aliquam sibi vendicare entitatem, tam etsi non tanta qua esse denominari possit, entitatem autem qua ipsum accidens esse denominari possit a subiecto mendicatur, ut S. Tho. 7. methaph. t. c. 19. accidentia esse non habent nisi per hoc, quod sunt in subiecto, etiam. 3. par. q. 11. ar. 5. ad tertium accidens, dicitur ens & bonum quia subiectum eius est ens & bonum, ideo accidentia potius dicuntur entis quam

Q. 5. 3.

Contradictio.

C Questionis prime summa; substantiam tempore ipsum accidens precedere quod inter pandendum inquit. substantia ratione sue essentie. i. essentia substantie suum esse actuale precedit. Oppositum videtur deduci ex quoli. 1. q. 7. & de ente et essentia. q. 9. essentia comparatur ad esse non veluti genus ad differentiam cum genus se non teneat aliqua cum differentia sed confertur vt materia ad formam. verum vt habet ipse quoli 2. q. 12. materia non potest nec esse nec intelligi sine forma, ergo nec essentia sine esse non ergo precedit. Solutur si sumatur materia signata pro hac vel illa non sic ad ipsam comparatur essentia; verum si capiat simpliciter & absolute. sic. n. materia de se in generabilis est & incorruptibilis eterna a forma realiter differens ad hanc vel illam formam indifferenter se habens, sic indifferenter se habet ad esse actuale & non esse potestque per formam perfici. Hec omnia respectu esse actualis existentie sortitur essentia non tamen est materia: ipsa namque de se est ignota, nec nisi per analogiam ad formam cognoscibilis. 1. phi. t. c. 69. essentia vero de se cognoscibilis est: nec est forma, quia non perficeretur per actum; est ergo essentia rei, id quod per rei definitionem significatur, ut S. Tho. de ente et essentia cap. 1. ideo ipsius operationis immediatum non ualet esse principium, nisi ubi operatio, idem est esse operatis qualis est essentia diuina, S. Tho. prima par. q. 79. ar. 1. Anima diuisione dignum tale esse, singulare non esse, nam cum sit actus ei quod actuatur, oportet respōdeat, actuatur autem ipsam essentiam vel naturam non hanc vel illam verum uniuersaliter sumptam, quocirca cum hoc esse sit causatum non ratum ex essentialibus depēdet principis, quādoquidē nihil sibi sufficit, vt sui sit causa, est igitur tale esse totius alius cuius nature specificce actualitas, pro quanto a primo esse actualiter depēdet & put a primo quedā est participatio. S. T. de ente, et essentia. c. 1. et. 1. par. q. 3. ar. 4.

Solutio.

D

entia, ut S. Tho. prime. 2. q. 55. ar. 4. ad primū & q. 101. art. 2. ad tertium & a philosopho. 11. metha. ca. 7. idem doctor in. 4. huius questionis. 3. Secūdo inquit unitatē analogie unitatem esse attributionis hancque esse ad unum numero. Oppositum inquit supra in. 4. huius questio. 3. analogia que uniuocationem & equiuocationem intermediat, tunc est cum aliqua forma in pluribus inequaliter inuenitur in uno simpliciter in altero secundum quid ut entitas in substantia simpliciter in accidente secundum quid, palam est autem formā que sic in pluribus in eque reperitur unam numero esse non posse. Solutur quoniam singula singulis referre oportet, siquidem analogia in communi sumuntur, ad analogum unum in communi referuntur, ut multi cibi sani ad sanitatem conferri possunt in communi, si singulariter hic cibus ad hanc referatur sanitatem, pariformiter omnia media ad aliquam producendam sanitatem sana dicunt respectu sanitatis illius cuius sunt effectiua, quo modo ne dum accidentia absoluta ad unā numero substantiam singulariter referuntur sed passiones, generationes, corruptiones, priuationes, & negationes ad unum ens numero puta substantiam quam informant uel generant uel corrumpunt vel priuant uel negant entia dicunt, doctrina S. Tho. prime. 2. q. 20. ar. 3. ad tertium, etiam philosophi. 4. metaph. t. c. 2. quando ergo dixit, tunc esse analogiam cum forma una existit in pluribus in eque, intelligitur non formaliter, sed denominatiue quia plura denominat, ut sanitas animal formaliter & intrinsece cibum, denominatiue extrinsece, sicut res dicuntur uniuersales et opus humanum ab uniuersalitate que est in intellectu & ab humanitate, que in artifice.

B

Contradictio.

Solutio.

F

IN VII. METHAPHI.

Questionis prime summa; substantiam tempore ipsum accidens precedere quod inter pandendum inquit. substantia ratione sue essentie. i. essentia substantie suum esse actuale precedit. Oppositum videtur deduci ex quoli. 1. q. 7. & de ente et essentia. q. 9. essentia comparatur ad esse non veluti genus ad differentiam cum genus se non teneat aliqua cum differentia sed confertur vt materia ad formam. verum vt habet ipse quoli 2. q. 12. materia non potest nec esse nec intelligi sine forma, ergo nec essentia sine esse non ergo precedit. Solutur si sumatur materia signata pro hac vel illa non sic ad ipsam comparatur essentia; verum si capiat simpliciter & absolute. sic. n. materia de se in generabilis est & incorruptibilis eterna a forma realiter differens ad hanc vel illam formam indifferenter se habens, sic indifferenter se habet ad esse actuale & non esse potestque per formam perfici. Hec omnia respectu esse actualis existentie sortitur essentia non tamen est materia: ipsa namque de se est ignota, nec nisi per analogiam ad formam cognoscibilis. 1. phi. t. c. 69. essentia vero de se cognoscibilis est: nec est forma, quia non perficeretur per actum; est ergo essentia rei, id quod per rei definitionem significatur, ut S. Tho. de ente et essentia cap. 1. ideo ipsius operationis immediatum non ualet esse principium, nisi ubi operatio, idem est esse operatis qualis est essentia diuina, S. Tho. prima par. q. 79. ar. 1. Anima diuisione dignum tale esse, singulare non esse, nam cum sit actus ei quod actuatur, oportet respōdeat, actuatur autem ipsam essentiam vel naturam non hanc vel illam verum uniuersaliter sumptam, quocirca cum hoc esse sit causatum non ratum ex essentialibus depēdet principis, quādoquidē nihil sibi sufficit, vt sui sit causa, est igitur tale esse totius alius cuius nature specificce actualitas, pro quanto a primo esse actualiter depēdet & put a primo quedā est participatio. S. T. de ente, et essentia. c. 1. et. 1. par. q. 3. ar. 4.

Q. 5. 1.

Contradictio.

Solutio.

Notanda.

H

Adiectu

A Adiecit etiam q̄ substantia potest summi pro essentia pro quanto est quid vniuersale non ita videlicet q̄ vniuersale secundum rē intellectū constituat immo vniuersale est in rebus & tali vniuersali, accidit esse in rebus. Oppositum habet. 2. de anima. t. c. 60. inquit philosophus, singularium quidem secundum actum sensus est scientia autem vniuersalium, hec enim in ipsa. s. anima sunt quodammodo omnia, ibi doctor nam hominis vel lapidis, duplex continet eē, alterum materiale in rebus, & secundum hoc est quid particulare alterum quid formale in anima secundum quod est, quid vniuersale, hō nanque non reperitur nisi in hīs carnibus & ossibus quibus accidit vniuersalitatē intentione hic dicit q̄ accidit intellectui vniuersalitatē intentione. Solutur secundum ipsum prim. de anima. t. co. 8. triplex est vniuersale. aliud in rebus aliud in anima ab ipsis singularibus separatum, vniuersale inquam in rebus est, ipsa rerum natura absque materie conditionibus separata, vniuersale quidem in intellectu est ipse rerum conceptus vel species intelligibilis que plurimum est singularium similitudo, nature ergo vniuersalitas est in ipsis rebus per se in intellectu vero per accidens rerum vero vniuersalitas est diuerso nam per se in intellectu per accidens autem in rebus, non enim sunt vniuersales vniuersalitate que sit in illis sed que in intellectu qui in rebus vniuersalitatē facit ideo inquit commenta, vbi supra. c. 60. q̄ signanter dixit philosophus vniuersalia esse in anima quodammodo respectu ipsarum rerum phantasmata que sunt vniuersalia in potentia actualiter autem fiunt per intellectum ideo dicit commenta. vniuersale esse ab intellectu primo de anima. c. 8. & 12. methaphi. co. 4. & 14. & 27. & 28. & 7. metha. c. 57. siquidem extra animā vniuersalia forent, sup̄ uacaneū esset intellectū agē tē statuere etiam primo metha. c. 27. vniuersale esse non habet nisi prout de eo habet scientia. i. secundum q̄ est in anima, nam vniuersalia in potentia in rebus sunt quo circa, infinita non in conuenit esse, unde commenta. 2. methaph. c. 13. & 3. de anima. c. 19. & 12. metha. c. 14. etsi vniuersale comprehendit res infinitas in potentia, nō tamen in actu, cuius rei in causa est quia vniuersalia extra animam in potentia sunt et. 3. metha. c. 10. vniuersale & indiuiduū sunt due nature hoc est intellectus, illud vero sensus hoc est quod Boetii, inquit vniuersale intelligitur in singulare vero sentitur. commenta. etiam. 12. metha. c. 4. vniuersalia apud Platonem sunt substantie abstracte & substantie sensibilis principia, vniuersalia apud Aristotelem. sunt collecta ex pluribus particularibus in intellectu qui inter ea consimilitudinem accipit & facit illa intentionē vnā idem intendit. S. Tho. p. par. q. 89. ar. 1. ideo intellectus noster non potest directe singulare intelligere quia intelligit abstrahendo speciem intelligibilem quod autem abstrahitur est vniuersale, & prima. par. q. 55. ar. 3. ad prim. accidit vniuersali q̄ a singularibus per intellectū abstrahatur, illud nāque est quia intellectus a rebus cognitionē accipit intellectus aut̄ qui a rebus cognitionē nō accipit, minime omnium vniuersale cognitum a rebus abstrahit etiam. p. par. q. 30. ar. 4. ad tertium communitas persone est communitas rationis non rei ratio vniuersalitas non est in rebus etiam. p. p. q. 85. ar. 2. ad secundum in vniuersali duo intelliguntur nempe ipsa rei nā ac ipsa vniuersalitas, ipsi quidem nature rei cum non sit nisi in singularibus accidit vniuersalitas ipsa vniuersalitatē intentio in intellectu est & p. par. q. 42. ar. 4. ad tertium relatio in diuinis non est quid vniuersale quia est quid unum cum ipso esse & vnitas repugnat rationi vniuersalis, est ergo in intellectu.

Q Vestitionis. 2. summa, accidentia per additamenta diffiniri, quod interuenandum inquit subiectum passionem diffiniens non esse de passionis essentia Oppositum habere videtur. 2. phi. in te. 28. omnes diffinitionis partes, & loquitur tam de formalibus q̄ de materialibus ad specie pertinet, talia autem sunt de essentia speciei, at in theoremate. 37. subiectum est accidentis causa in genere cause materialis, quelibet autem taliscemodi pars est de illius essentia cuius est pars etiam. 3. de anima in tex. 9. diffinitio est sermo expressiuus quiditatis & essentie quare subiectum erit de essentia passionis Solutur secūdu ipsum. q. de intellectu possibili circa finem determinationis, materiam bifariam, summi, inqua & ex qua. m̄ exqua pars est essentialis eius cuius est pars, subiectum autem materia est accidentis non exqua quandoquidem eiusdem accidentis est causa efficiens, efficiens autem & materia exqua non coincidunt. 2. phisic. te. co. 30. qua circa subiectum erit causa materialis in qua que quidem etsi ad esse faciat illius cuius est causa non tamen est de essentia illius unde S. Tho. p. 2. q. 55. ar. 4. accidentia non habent materiam exqua sed inqua, & circa quā, et Auerro, accidentia in separabilia diffiniuntur per subiecta & non subiecta per illa. 1. phi. c. 29. etiam 7. metha. c. 17. 19. 40. etiam inquit accidentium diffinitiones significant plures intentiones quia in eorum diffinitionibus sumuntur substantie sue. 5. meth. c. 34. pro quo facit 12. 17. 18. 19 & subiecta accidentiū sunt alia a naturis eorum ideo non sunt eorū gn̄a. 7. metha. c. 13. accidentia diffinitionem simpliciter non habet sed habent sermonem qui est maioris declarationis quam nomen. 7. metha. 14. hoc intendit S. Tho. p. 2. q. 53. ar. 2. ad tertium, accidens diffinitur per subiectum loco generis in concreto, loco differentie in abstracto etiam prima. 2. q. 53. ar. 2. ad tertium accidens quomodo docunque, significetur secundum suam rationem dependentia habet ad subiectum & per ipsum diffinitur diuersimode tamen in abstracto ponitur ut. 2. pars diffinitionis loco differentie in concreto ut prima pars loco differentie, etiam 3. pa. q. 77. ar. 1. ad secundum nō est diffinitio accidentis ens in subiecto sed quod eius quiditati competit habere esse in subiecto illud quod diffinitio est sermo expressiuus quiditatis, & essentie proprie intelligitur de diffinitione propriissima que est solius substantie.

Q Vestitionis. 3. summa non quodcunque quiditatem habens sue quiditati identificatur quod inter diducendum inquit naturam in substantijs materialibus non omnino eandem esse proprie quiditati nam & si hō & animal in concreto ratione sui aliquid accidens non includant, includunt tamen ratione superpositi. Oppositū dixisse videtur supra. in. 6. huius. q. 2. esse actuale habet quodammodo naturam accidentis, etiam. 3. de anima in tex. 9. in solo deo esse est preter rationem quiditatis quo circa quolibet. 1. q. 7. & de ente & essentia. q. 9. probat omnem creaturam esse compositam quia, in omni tali esse reperitur essentie superadditum. ergo est preter essentie rationem, alioqui esse ab essentia non realiter distaret, etiam prim. senten. d. 8. q. 1. omnem creaturam ex uirtute & subiecta probat esse compositam quandoquidem nulla creatura sue identificetur uirtuti, que tamen cum uirtutem habeat compositam esse conuincitur, quapropter cum, homo & animal creaturas esse fateamur eorum esse & uirtus preter rationem quiditatis comprobantur, non igitur tantum ratione superpositi accidens includunt Solutur per ipsum ibi, homo nanque & animal in concreto sumpta cum non solum formam significant sed aggregatum, ideo magis habent rōnē

Contradictio. 2.

Solutio. 2.

Vniuersale tripliciter.

B

C

Vniuersalia Plato.

Vniuersalia Arist.

D

E Q. 5. 2.

Conradictio.

Solutio.

F

G

Q. 5. 3.

Contradictio.

H

Solutio.

A totius sequitur ut sic non sint sua quiditas quandoquidem esse & virtutes alioqui accidentia sic sumpta includant, horum tamen nullum in abstracto concludit primo namque poste. t. c. 5. quiditas non dicit esse vel non esse id. 3. de anima. t. c. 9. aliud est magnitudo, & magnitudinis esse & aqua & aque esse. l. esse essentie quod est ipsa nā sine conditionibus materie, ideo dicitur ibi q̄ in separatis a materia idem est quiditas et cuius est, quia tamen tales nature possunt esse in aliquo quod accidens includit, iccirco cum accidenti non repugnent non erit in illis omnino quiditas, eadem illi cuius est quiditas sed tantum in primo principio, quandoque quiditas sumitur in concreto, & tunc cū materia includat non est idem quiditas cum essentia, id. 8. metha. t. c. vlti. in non habentibus materiam vel intellectualem vel sensibilem quiditas & essentia idem sunt etiam. 7. metha. t. c. 37. & 39. quiditates naturales differunt a quiditatibus mathe. quia sine motu & materia sensibili intelligi non possunt in his quiditas non est essentia, uera tamen quiditas est ipsa rerum natura id dicitur. 7. metha. t. c. 20. quiditates rerum non existunt nisi per esse rerum habentium quiditates palam igitur quoniam esse est preter rationē quiditatis. Cum ergo res intelligimus: intelligimus eorum naturam, eas non modo abstrahendo a conditionibus materie hic & nūc, sed ab esse simpliciter actuale ideo dicitur cōmuniter et a doctore. 3. de anima in t. 9. quiditatem esse obiectum intellectus & S. Tho. p. par. q. 84. ar. 7. & q. 83. ar. 3. ex frequenter quod autē in solo deo proprie sit idem quiditas, & cuius est, doct. S. Tho. p. par. q. 3. ar. 5. in omnibus que sunt in genere differt esse, & quodquidem, etiam. qd. 3. ar. 4. in omni causato aliud est esse & quodquid est etiam. q. 61. ar. 1. omne esse participatum differt a sua quiditate idem in locis innumeris.

Forum in intellectu quō 1. qd.

Q. 6. 4.

Questionis. 4. summa, quiditatis per se et in eo quod quiditas non esse quiditatem quam veritatem in ter aucupandum inquit quiditatem ipsi essentie realiter idempnificari, ratione solum ab inuicem distare, dici autem essentiam prout dat esse, quiditatem uero ut est intellectus obiectum atque ut est quedam cognoscendi, ratio idem. S. Tho. p. metha. t. 11. Oppositum habere uidetur supra, in hoc. 7. qd. 2. quod subiectum est de quiditate passionis quod tamen nō ē de passionis essentia non ergo essentia est idem q̄ quiditas. Soluitur ut, S. Tho. 7. metha. t. 14. uti accidentia habent entitatem ita quiditatem, habent autem entitatem diminutam & secundum quid ita quiditatem ideo Auero. 7. metha. c. 15. quiditas simpliciter est in substantiis secundum quid in accidentibus, etiam in co. eodem, si quis dixerit accidentia diffinitiones habere dicit ea habere plusquam habeat & qui negat ea habere diffinitionem dicit illa non habere que habere debent, etiam 7. metha. co. 19. accidentia quodammodo diffinitiones habent & quodam modo non, nam si per diffinitionē id quod dicit rei quiditatem propriam intelligimus sic non nisi substantiarum diffinitio cum autem ea accipiuntur que sunt preter rationis substantiam cōtingit ut diffinitionē habeat, cum ergo hic, doct. d. quiditatem essentie idempnificari, de propria que substantiarum est quiditate verbum suum intelligit. rei ergo essentia & nā ipsamet res erit a materie conditionibus intellectualiter sequestrata ut comprobatur doct. 1. de anima in tex. 8. non tamen sine materia sumetur quā doquidem essentia formam includat & materiā, que cum ipsius compositi sint partes & partes essentielles ipsius met essentie esse inferuntur, que quidem essentia non tantum modo reductiue in substantie predicamento est instigēda ut arbitratu Zimara immo pro

Contradictio.

Solutio.

D

In Zimara

prie. Cum res ipse non nisi per suas essentias in predicamento situentur in quo Auicenn. & commenta. a Theo. non dissident, aueritur autem ab eis commenta. nēpe a S. Tho. ubi supra, & ab Aegidio hic & passim. & a Sco. in hoc. 7. & 3. sentent. quiditatem ab essentia realiter non distinguuntibus, proinde materiā si cut essentie, ita & quiditatis essentialem partem essentibus, quorum ante ambulo asstitit Auicenn. 5. sue metha. cap. 2. commenta. autem quiditatem ab essentia segregauit & sic materie ut pars esset essentie est in partitus ut eā quiditatis partem audire renuerit totiusq̄ quiditatis titulum unice largitus est forme, materiam autem ipsius quiditatis aurumauit uehiculum quod autem materia quiditatis sibi partem asciscat infra pateffet.

Questionis. 5. summa diffinitionem suis partibus cōstare quod inter adumbrandum inquit diffinitionem ipsam, materia & forma componi at materiam diffinitionis partem non secundum rem verum secundum rationem astruit sicq̄ in directe in diffinitione reponi prout ab ea pars sumitur diffinitionis. Oppositum sentire videtur. 2. phi. tex. 28. ibi habet forma ut dat esse dicitur species, quatenus sibi simile producent di est ratio dicitur exemplar, prout autem ratio est in intelligendi quiditatis sibi nomen nascitur: Cum in intellectus nostri obiectum sit quiditas, & indubitatione tex. inquit materia secundum se diffinitionem non ingreditur sed tātūmō ut stat sub forma. Soluitur, quoniam etsi in uia commenta. diffinitio a quiditate distet, quia quiditas est id quo aliquid est hoc aliquid hoc autem est forma tantum ut patet. 2. de anima. t. c. 22. id secundum ipsum forma est quiditas materiam autem quiditatis sub stentaculum, in uia tamen doctoris pars quiditatis materia est, cum autem dicit formā esse quiditatem dupliciter se declarat, nam etiam philosophus in tex. 28. 2. phi. q̄ partes diffinitionis forma sunt, forma inquam totius que est ipsius rei essentia non forma partis. 2. q̄ diffinitionis partes sunt forma de partibus uerificatur principalibus ut cum dicitur forma dat esse. l. principater non quia materia ad esse faciat cum ut ibi habet doctor materia diffinitionem non ingreditur nisi prout ad formam ordinem habet, & sic quandam forme rationem habet, idē formaliter in qd. 7. sequenti, quod autem secundum commenta. & philosophum pars diffinitionis materia sit patet pluribus in locis. 8. namque metha. t. c. 6. diffinientes per formam tantum nō perfecte diffiniunt quia forme non sunt sine materijs ut diffiniētes domum q̄ sit ex lignis & lapidibus, etiam commenta. p. de anima co. 5. & p. phi. c. 5. & 2. phi. 28. diffinitiones sumuntur ex principijs proprijs que sunt in re & p. de anima. c. 16. si diffinitio omittit materiam, & assumis formam uidetur dimittere aliquid nō necessarium sed non est ita quoniam forma debet accipi in diffinitionibus secundum dispositiones in quibus existit, etiam 7. metha. c. 4. & p. phi. c. 28. p. de anima. c. 5. partes diffinitionum sunt ille per quas constituuntur res, etiam philosophus & si dicatur q̄ philosophus. 7. metha. t. c. 37. diffinitio est forma uniuersalis non compositi ex materia & forma & 18. dicit q̄ est compositum accipit compositum singulare distinctum contra uniuersale de tali namque est sensus non diffinitio ideo. 7. metha. t. 37. diffinitio est compositi uniuersalis ex materia & forma communi, etiam ibi philosophus partes diffinitionis se habent ad partes rei sicut tota diffinitio ad tota rem, etiam in tex. 39. diffinitiones cōpositorum ex materia & forma ita se habent q̄ intalibus apparet materia, idem. 2. phi. tex. vlti. etiam. p. de anima. t. c. 16. etiam. 7. metha. t. 37. & 39. etiam. 6. methaphi.

Q. 6. 21

Contradictio.

R

Solutio.

C

Diffinitio quomodo sit compositum.

H

B

A metha. t. 2. etiam. 8. metha. t. 6. idem. S. Tho. 7. metha. in tex. 34. materia communis pertinet ad speciem nō autem materia individualis etiam in tex. 36. partes diffinitionis solum sunt ille que sunt partes speciei, materia. s. & forma communis etiam. p. par. qd. 75. ar. 4. materia est de intrinseca ratione rei naturalis etiam in q. 83. materia communis est de ratione speciei non materia signata.

Quest. 6. **Q**uestionis. 6. summa particularia mathematica esse in nobilitate siquidem capiuntur secundum modum considerandi quo abstrahitur a quali. Oppositum habere videtur ibi quia tale ens subiectivis organicis obiecto continetur que virtus est imaginativa, hec autem quicquid representat sub esse signato representat quodlibet autem tale mobile est. Solutur. nā est si particulare mathematicum sit semper qualitati subiectum secundum esse actuale acceptum non tamen secundum considerationem. i. imaginationem, imaginativa namque quantitate imaginari potest in existentem non imaginando qualitatem quandoquidem tantum quantum sit eius obiectum, quale autem exterioris sensus ut patuit prima huius qd. 23. Animaduersione dignum circa subiectum mathematici ut doctor habet. 2. phis. te. 18. sicut in ipsis rebus ut habent esse in seipsis est, considerare aliquid ut materiale & aliquid ut formale, sic in eo quod est alicuius scilicet subiectum utrumque tale est inuenire, cum ergo dicit doctor quod materia mathematici est subiectum intelligit, quod materia est ibi quod se habet ut materiale quantitas autem ut quid formale, quantitas enim sine materia intelligi non potest, cum ergo dicit doctor in primo de generat. et corrupti. t. p. & 2. phi. t. 18. mathematicum considerare materiam quantum, accipit materiale ipsum mathematici, formale autem est ipsum quantum, ideo in parte hunc utrumque capit Zimara in theore. propositio. 7. & 80. etiam in Tabula sua cur ad distinctionem illam doctoris. 2. phi. 18. conuincit, ibi hec habet doctor, astrologus non considerat motum sed quantitatem motus, in hac etiam questione, astrologus ipse non considerat corpora celestia ut mobilia sunt, verum formam situmque eorum considerat secundum eorum qualitatem. i. considerat formam circulearem & situm secundum maiorem vel minorem distantiam a primo motu, prout motus maiorem vel minorem causat uelocitatem que quantitatem includit, nā uelox est quod in pauco tpe mouet multum tardum autē quod in multo tempore paucum ut habet. 4. phis. t. c. 96. formale ergo subiecti mathema. secundum doctor. quod & fatetur ipse Zimara, est ipsum quantum quod liquet affatim prefatis in locis, etiam haec in qd. mathematicus a quanto non abstrahit in. 1. huius. q. 23. obiectum imaginatiue quod considerat mathema. est quantum cum ergo. d. commenta. 3. celi. c. 6. & p. celi co. p. considerat continuum ut separatum a materia, accipit formale subiecti, intelligit etiam quod sit separatum a materia sensibili, similiter quod dicit philosophus. 2. meth. t. ult. mathematica non queruntur in materia. mathematicum autem considerare ipsum quantum ex pluribus patet locis. 3. phis. t. c. 71. mathematici considerant magnitudinem quantancunque uoluerit homo. p. metha. cap. 11. methaphisicus circum tollens omnia sensibilia solum dereliquit quantum etiam. 6. metha. t. c. 2. mathematicus considerat in mobilia sed in separabilia idem. S. Tho. p. q. 5. ar. 3. ad. 4. mathe. cum sint a materia separata secundum rationem non habent rationem boni etiam. q. 44. ar. 1. ad tertium.

Contradictio.

Solutio.

Notandum.

In Zimara.

C

D

Q. 5. 7.

Contradictio.

Solutio. 2.

sicut ois propria forma est in propria mā sic ois propria mā ut sit sub propria forma requiritur, particularia propria habere materiam per se uisum est omnibus hec autem est materia signata ut. 2. senten. d. 3. q. 4. & frequenter. Solutur. quoniam forma propria bisariam dicitur, uno modo simpliciter & sic absolute loquendo particularia propria habent formam sicut, & propriam signata materiam, alio modo contracte ut eo sit forma propria quo ab ea diffinitionis ratio summi potest, nempe ut ex proprio genere propriaque differentia tanquam ex partibus essentialibus ita in surgat ut ex parte materie non repugnet sibi pluribus communicari, hec autem cum particularibus sit communis nulli ualet esse propria, alioqui inter alteram & alteram unio uera non esset nec esset specialissime proinde nec diffinibiles ideo. 7. metha. t. co. 37. inquit philosophus diffinitio est forme. vniuersalis & non congregati ex materia & forma, cum autem inquit commēta. p. de aīa. c. 8. quod generū & specierū diffinitiones apud Aristot. non sunt uniuersaliū existentium extra animā sed sunt rerum particularium, ad genera, & species Platonis respexit que ut postea. p. te. c. 35. monstrata sunt, nihilque ad scientiā conferunt, quod autem inquit diffinitiones esse rerum singularium singularia respexit absolute non ut hec vel illa & quo ad esse exercitum uel signatum, iam non alius homo ē nisi mal rationale nisi qui extra animam. sunt ergo diffinitiones rerū singularium quantum ad esse, quia quāuis sint uniuersaliū sunt tamen illorū secundum esse quod habent in singularibus, ideo subiunxit intellectus est qui facit uniuersalitatē in rebus id est in actibus ēē particulariū uniuersalitatē facit, tā etsi nō diffiniatur uniuersalia huiusmodi que communiter dicuntur post rem talia namque uniuersalia sunt in intellectu diffiniuntur ergo non uniuersalia ante rem que sunt realia & realiter a singularibus abiuncta sunt ut Plato arbitrabatur, verum uniuersalia realia extra animam a singularibus tamen non sequestrata ut dogmatizauit philosophus, huiuscemodi namque sunt ipse rerum nature quibus de se esse essentia asciscitur ac per particularium esse actuale actuantur, secundum quod generari dicunt & corrupti, per accidens tamē secundum uero eorum essentiam in generabilia sunt ac in corruptibilia, & horum tantummodo sunt diffinitiones. ideo. 7. metha. p. t. c. 53. inquit philosophus diffinitio substantiam significat que generationem vel corruptionem non habet. Item ait doctor in fine huius qd. ac etiā in preeunte Aristotelem imitatus particularium corruptibilium vel etiam in corruptibilium diffinitionem non dari unde inquit philosophus 7. metha. t. co. 53. diffinitiones sunt entium permanentium, secundum quod sunt uniuersales non particulares arguit nāque contra Plato. quod si ēt daretur idee cū ēent singulares adhuc illarum nulla esset diffinitio, dicit. n. neque ideā nullam est diffinire, singularium enim ut dicuntur idea est & separabilis, ex quo palam fit nullum singulare eternum esse diffinibile quod exemplificat de sole ubi commenta. d. qui laborat in diffiniendo rerum eternarum singularia peccat Oppositum sentire uidetur doctor in. 5. de anima est. 9. frequenter iterat substantias immateriales quiditatem habere etiam in 2. senten. d. 3. q. 3. & 4. angelos diffinitionem habere passim edocet, dicens quicquid est in genere, ex genere componi & differentia intelligentie namque per se in genere sunt, etiam probat quorum natura secundum esse est suis circumscripta limitibus potest eorum intelligentia proprijs conceptibus diffiniri tales sunt que libet creature. Solutur nam de singularibus perpetuis materialibus & in materialibus aliter sentiendū

Solutio.

Singularium que modo sunt diffinitiones.

C

Contradictio. 2.

H

Solutio. 2.

puto, substantie namque corporales eterne etsi non sint multiplicabiles ex parte materie cum talium vnicum indiuiduum ex tota constet materia, est ex parte forme plurificabilis: nā licet, pro mundanorum oportunitate sufficiat unus sol, non tamen implicat quin plures esse possint quibus si hic sol diffiniretur, non competeret diffinitio talis, responsio. S. Tho. hic, vel dicendum secundum Aggidium ex quo quiditas uel diffinitio est intellectus, tale autem immediate est ab intellectu aprehensibile, quo circa cum intellectus nullum materiale indiuiduum directe aprehendat nullum talium erit diffinibile, nam primo celi. te. c. 9. qui dicit hoc celum dicit materiā, de singularibus autem perpetuis immaterialibus: dicendum videtur non esse proprie diffinibilia, nō enim ab intellectu nostro, cum eorū essentias cognoscere nobis non sit in dultū, neq; ad ipsorum notitiā naturale in sit nobis desiderium quo ad substantiam, verum quo ad causalitatem vt doctor in. 2. huius. q. 15. nec sunt ab alio intellectu, non quia Aristo. contra Plato. urgeat rō. 7. methaph. t. c. 53. si singularis idea diffiniretur ut Plato arbitrabatur, vel per nomina communia uel illi propria diffiniretur nō per communia, quia communior esset ipsa singulari idea, diffinitio ipsa, nec per nomina propria cum essent si nonima ipsam singularem ideā, minime notificaret, si quidem uera sit ratio nedum idea, uerum nihil diffiniretur, non iam per nomina communia nec per propria, sed quia ut dicit ipse. 7. methaph. t. c. 33. omnis propria diffinitio habet partes & ut tota diffinitio ad totum diffinitum, ita diffinitionis pars ad partem se habere oportet idem. 8. meth. t. c. 2. substantiarum autem separatarum singularia sunt simplicia, oīs autem substantia composita ex materia & forma cōposita perhibetur, sed. 8. methaph. t. c. 16. separate substantie sunt entes preter omnē materiam sensibilem & intellectualem, & ibi commenta, sunt entes preter omnem materiam naturalem, & mathema. & 12. meth. t. c. 3. necesse est ut substantie mouentes orbes sint entitates extra materiam: ibi commenta, quia iste substantie sunt mouentes sine aliqua potentia necesse est ut sint sine omni materia, quod autem dicitur comment. 3. de anima. co. 18. sicut nā sensibilis componitur ex materia & forma ita & intellectualis substantia, capit substantiam intellectualem non in se solum, sed in sua actione & cum semper aliud a se intelligat obiectum ipsa ad se intelligendum mouens. q. methaphoricum saltem se habet ut forma, ipsa uero natura intellectualis, ut materia nec inconuenit id quod est simpliciter actus, respectu alterius se habeat ut potētiā, ideo subdit, & hoc est necesse in omni abstracto quod intelligit aliquid extra se, & sequitur esse intellectualem diuiditur in duo quorū vnum est materiale aliud actuale hec igitur separate substantie cum sint simplices, & prorsus partibus uacent, proprie diffiniri non possunt ideo. 8. methaph. t. c. 16. quecunq; nec sensibilem nec intellectualem habent materiam statim sunt, id quod sunt. Ad rationem ergo dicitur q; si capiatur diffinitio proprie, nempe pro ea que componitur ex genere qd; quidem genus sumitur a materia physica que reale cōpositionem includit, & ex differentia que rationem sumit ab actu respectu cuius suum genus est quid potentiale hec inquam diffinitio non nisi in materialibus locum habet, si autem latiori vocabulo diffinitio sumatur, pro omni eo quod essentia intrinsece representat sic substantie separate singulariter sumpte luculenter diffiniri ualent, quarū diffinitiones ex genere, & differentia componuntur sed tamen difformiter a genere & differentia in materialium substantiarum, nā ab eadem nā diuersimode accepta utriusque videli-

cet generis & differentie ratio sumitur, si enim Gabriel Angelus diffiniretur, primo cōsideraretur ut substantia quedam in materialis, & nā in potentia ad esse actualis existentie & hinc sumeretur ratio generis 2. consideraret ut habens spiritualitatis determinatum gradum, hic ratio sumeretur differentie, unde in materialium diffinitione genus sumitur a uera materia quā titati subtracta & differentia a forma que generi superadditur, respectu cuius genus in potentia dicebatur in immaterialibus non item, nā genus sumitur ab in materiali substantia ente in potentia ad esse actuale, differentia autem a speciali modo spiritualitatis, licet ergo Angelus Gabr. sit ex substantia & uirtute, & ex substantia & actione compositus, ea tamen compositio non realis est, non. n. est compositio ex hīs sed cū hīs, et i hīs, cū ergo, singularia corruptibilia materia careant unde aliqua generis ratio sumatur recte determinat doctor quod diffinitionem non habeant.

Questio. 8. summa partes quantitatis sui totius diffinitionem non ingredi quam ueritatem ut creditam reddat, rationem subnectit, dicens quia compositio competat ratione materie Oppositum habere uideatur in qō. preeunte quod in aliquibus diffinitionis ratio a materia sumitur, utpote in hīs quorum diffinitionis materia in greditur, quales sunt naturales diffinitiones, siquidem materia diffinitionem ingreditur ergo & partes quantitatie que materiam insequuntur Soluit. secundum ipsum ibi & phi. 2. t. co. 28. mā nanque diffinitionē non aliter ingreditur nisi prout ordinem habet, ad formam ut ei subternitur utque ad speciem pertinet, quo modo quandam forme rationem obtinet, qua sub loquendi forma antecedenti. qō. inquit diffinitionis rationem a materia summi non nisi prout ad esse specificum facit hoc autem est ut est informata, partes autem quantitatie non ut forme induit rationem uerum ut est quanta ipsam materiā insequuntur uerum tamen quod dicit animaduersione dignum est, partes quantitatis suo toto posterioris esse, in actu diuisiuo qui partium requirit signationem ueritatem habet, in actu autem compositiuo uel generationis uia ut commentatori uisum est. 7. meth. co. 33. priores sunt sic intelligere quod habet. p. phisic. c. 28. & 2. phi. co. 28. & 1. de anima. c. 5. partes rei secundum diffinitionem precedunt rem in esse, considerandum etiam quod dicit doctor partes essentielles proinde esse priores quia dant esse, uidentur commentatori aduersari. 7. meth. c. 33. partes sunt duobus modis alie secundū quātitatē alie secundū qualitātē, secundū qualitatem, partes uocat essentielles. s. materiā & formā ut ipse semetipsum declarat. p. phisic. co. 36. & in hoc. 7. c. 33. ibi subditur partes quantitatie precedunt totum, partes uero qualitatie posteriores sunt. Sed ponderandum est uerbum, nā non inquit partes quantitatis nec partes qualitatis, sed diffinitiones partium qualitatis, sunt priores diffinitione totius etiam diffinitiones partium quantitatis dicit priores non ipsas partes, doctor ergo commenta. comitatur, idem S. Tho. p. par. q. 65. ar. 1. partes sunt quasi materia totius, & sunt propter perfectionem totius, precedunt si cut in perfectū perfectū, et. 3. p. q. 90. ar. 1. partes rei sunt in quas materialiter totum diuiditur, uia ergo diuisiua posteriores sunt, ediuerso uia compositiua ut ipse inquit. 7. methaph. in tex. 35. partes sunt priores toto sicut simplex prius composito.

Questio. 9. summa genus in diffinitione a materia summi, quam ueritatem inter uenandum inquit genus inter potentiam, & actum medium detinere ac aliquid actus secum deferre communiaque sequitur accidentia, & materiam prius generis quam speciei

Singularium eternorum quomodo non sit diffinitio.

B

D

C

Patebit in quest. 12.

3. de anima. co. 18.

Materia- lium proprie est diffinitio.

H

2. de anima. co. 18.

In 2. de anima.

E

Q. 8. 2.

Contradictio.

Solutio.

Partem secundam & secundam rationem.

G

Q. 8. 9.

H

A speciei formam recipere Oppositum sentire videtur p. de anima in tex. 8. ibi inquit differt vniuersale qd est genus ab vniuersali qd est species, spes nanque de se est forma vna, at genus formam unam vel naturam non dicit, cunque genus ad equiuocationem vergat id eo diffinibile non est Solutur, nā genus formā vnā commune a ten ui similitudine singularium specierū desumptam dicit, ita videlicet qd hec forme vnitas p intellectum est, cui extra ac animā nec ulla vna ipostasis realis tanquam fundamentum responder, uerū ipsarum specierum species fundamenti uice, gerūt ideo dicit quid vnum per in differentiam ad formas plures nulla sibi ex parte rei ipostasi correspondente. ideo. 7. methaph. t. c. 4. 3. genus non est preter generis species et si quid est illud ut materia est. i. per indifferentiam forma concepta, hec ergo est generis & materie similitudo prima. s. per in differentiam communitas quedam que exprimitur. 7. metha. t. c. 28. genus est equo, & alino commune quoddam & proximū quam quidē communitatem intellectus facit, etiam in eodem. 7. meth. t. c. 4. 3. genus assimilatur materie quia ē propinquum materie literarum. 2. similitudo educitur in eodem t. 4. 3. genus primo diuidi debet in primam differentiam & sibi oppositam nam per eadem determinatur in que diuiditur. 3. similitudo enucleatur. 12. metha. t. c. 19. & 21. genus suas species significat aliquo communi mediante, verumtamen videtur genus unā dicere naturam, commenta. nanque. 10. metha. c. vlti. que distant genere in aliqua nā omnino non conueniunt. s. ut que non distant, dicitur quod loquitur de genere phisico. ibi etiam capitur nā pro materia sicut philosophus in eodem. 10. methaph. te. co. 12. quorūta non est materia communis illa differunt genere item commenta. 7. methaph. c. 4. 3. genus apud Aristo. est forma vniuersalis, dicitur quod per formam, nec naturam extra animam in singularibus vel a singularibus distinctā at quiditatum vniuersalem conceptū intelligit. 4. elicif similitudo ex. p. methap. co. 17. etiam 12. metha. c. 14. genus assimilatur materie quia se habet ad differentiam sicut materia ad formam, ut illa est in potentia ad formas contrarias ita genus ad oppositas differentias ideo. 7. metha. te. co. 4. 3. genus est materie proportionale sicut materia forme idem por phi. cap. de differentia dissimilitudo autem uidetur. 7. metha. t. c. 24. et. 43. genus essentialiter & in recto predicatur, materia autem denominatiue, & in obliquo, huc tendit. S. Tho. p. par. q. 46. ar. 7. ad secundum, genus non est nisi in specie aliqua ideo nullā dicit naturā uel formam, hinc elicit genus ideam non habere i deo etiam. p. par. q. 50. ar. 2. ad primum, ideo genus sumitur prout intellectus noster rem in determinate considerat. etiam. 5. methap. t. c. 33. tam genus predicabilem quā genus subicibile per modū materie se habet.

Questionis. 10. summa quod differentia confert illud dicere per modum actus, quod inter pandendum ostendensque genus significare res ipsas in materiali ter tamen ac confuse inquit quanto aliquid ab intellectu sub abstractiori esse consideratur, tanto sub esse magis confuso minusque distincto id meditamur, magis autem confusum magisque in distinctum. p. phis. t. c. 2. secundum ipsum, ex philosophi etiam sententia est magis cōe magisque vniuersale quanto ergo aliquid consideratur sub esse magis abstracto consideratur sub esse magis commune, quo circa magis abstractum & magis commune idem notabunt. Oppositū sentire videtur in prolog. primus senten. q. 2. ibi ex corde ostendere nititur, idem non in portare quin immo diuersa innuere, nā dicit posse esse abstractionem maiorem, ubi minor communitas reperitur quod sic de-

ducit, nam ut dicitur. 6. methaph. te. c. 2. nisi sit aliqua substantia alia substantijs nā ex existētibus tūc primā sciētia esset scia nāis et ut dicit doctor, phūs ibi appellat primā sciētia, sciam magis cōem et magis vniuersalem quoniam tunc methaphisica non esset, mathematica tamen remanente, que magis abstracta est quam naturalis non tamen magis communis. Solutur. magis abstractum bifariam sumitur, primo quod a pluribus subiectis vel predicatis est abdicatum et sic magis abstractum est magis commune qui modus est hic audiendus, aliter intelligitur magis abstractum quod a pluri mā est sequestratum, quo modo magis abstractum minime omnium est magis commune ideo nisi alia sit substantia preter sensibilem, naturalis sciētia utique esset communis magisque abstracta, consideraret namque corpus substantiam ens totum & id genus, que a pluribus subiectis vel predicatis constat esse abstracta: mathematica autem. 2. abstractionis modo magis esset abstracta, non tamen magis communis iuxta secundum abstractionis sensum loquitur in prolog. sentē. iuxta primum p. phis. quo sensu magis abstractum magis est imperfectum sic loquitur commenta. p. metha. c. 17. materia suscipit primo formas magis vniuersales ac per hoc minus perfectas quandoquidem nā & ars ab imperfecto ad perfectum tendant, secundo autem abstractionis modo abstractiora perfectiora sunt ideo. d. commenta. 2. celi. c. 62. & 65. & 66. abstracta entia comprehendūt nobilitatem sine operatione et diuersantur secūdū magis & minus, hanc abstractionis distinctionem luculentiori sermone. S. Th. p. par. q. 40. ar. 3. abstractio inquit dup. quedam vniuersalis a particulari & animal ab homine quedam est forme a materia sicut abstractitur circulus a materia sensibili, etiam. p. par. qō. 85. ar. 1. ad secundum quedam est abstractio a materia in diuiduali ut naturalis, quedam a materia sensibili ut mathematica. quedam a materia intelligibili ut methaphi. ut ens unum actus potentia idem. 3. parte. qō. 77. ar. 2. ad quarrum.

Questionis. u. summa differentiam cum genere nugationem non facere, quod inter comprobandum inquit differentiam pro parte illa qua forma dicitur non aliud esse a genere in genereque includitur, que tamen generi addita nugationem non facit. Oppositum habuisse videtur supra. qō. 2. huius septimi ē. p. phisic. t. c. 8. que sunt de alicuius intellectu primo per dictionem exclusiuam minime excluduntur, cunque apponitur nugationem faciūt, genus aut de intellectu primo ē dīe & dīa, de intellectu primo ē generis, nā secundum doctorem prefatis in locis de intellectu primo sunt alicuius quecūq; sunt de essentia illius, genus cum sit quid totū de essentia est differentie & dīa cū sit pars est de essentia generis ut est totum ac usque adeo genus in differentia in cluditur, qd est in differentia, differentiaque aequaliter in genere. Solutur. qm horū nullū est de alterius essentia nec intellectu primo, vnū in altero includitur nō actualiter sed potentialiter sicq; potetialiter alterum in altero intelligitur, verū tñ dīa licet non sit de essentia generis de essentia tñ est speciei ideo commenta. 5. metha. c. 7. differentie substātales sunt de essentia cōgregati de quo predicatur, qd autem non predicetur genus de differentia, patet. u. metha. cap. 1. nulla differentia participat genere, et si Themisti. p. poste. cap. 12. uelit genus de differentijs vniuersaliter predicari, doctor autem hic probat quod non, quoniam totum de parte non predicatur nec pars de toto, huiusmodi se habent genus & differentia qd autem dicitur. 8. methaph. t. c. 16. quod differentia de genere predicatur intelligitur denominatiue & inquit

Contradi-
ctio.

Solutio.

B

Generis
ad mate-
riam simi-
lirudo. 1.

Similitu-
do. 2.

Similitu-
do. 3.

Similitu-
do. 4.

C
Generis
ad mate-
riam des-
similitudo.

Q. 5. 10.

Contradi-
ctio.

D

B

Solutio.

Abstrā,
dup.

F

Q. 5. 11.

Contradi-
ctio.
G

Solutio.

H

A doctor, differentiam in super in genere includi in potētia tantum modo confirmat. S. Tho. ibi genus continent differentias potestate nam differentia ad genus se habet ut pars integralis, nulla autem talium de toto predicatur, ut S. Tho. p. par. qō. 77. ar. 1. etiam talis pars est in toto potentialiter. S. Tho. 5. metha. te. c. 30. in potentia ergo est differentia in genere ideo Porphy. dixit differentiam esse qua species a genere abundat i. actu tenet quam non genus quare negationem cū genere nequaquam parit.

Quest. 12.
Contradictio.

Questionis. 12. summa, substantias simplices proprie diffiniri non posse cuius ueritatis rationem ad ducens inquit quia in eis unde generis et differentie rō sumatur inuenire non est Oppositum habere videtur i. 2. senten. d. 3. q. 3. ibi ex animo probat determinando Angelos ex genere & differentia esse compositos similiter ex substantia ut ex genere, & ex in corporeo ut ex differentia communi illos constat, & sub iungit licet in eis ratio generis et differentie in aliquo deficiat ab eo unde generis, & differentie ratio in istis corporalibus sumatur hoc non in pedit, ratio enim inquit i. diffinitio est que diffinitum in sua diffinientia resoluit, ideo cum in ipsa Angeli essentia sit ex actu & potentia compositio quia ex actu illo differentie rō sumi potest in quo a. S. Tho. diffinitio videtur sed tamē intelligendū est non ab actu simpliciter sūptio, uerum ab actu determinari gradus spiritualitatis, ex illa autē potentia, generis ratio sumitur concedendum est in Angelis ex genere & differentia cōpositionem quia vere ibi sumitur generis, & differentie ratio uera et quamuis in corporalibus, istis genus aliquid habeat quod uere debet generi congruere, & similiter differentia aliquid habeat quod uere differentie conuenire debet, que intelligentiarum genus, & differentia habere non possunt, huius modi tamen congruitates generis, & differentie rationem simpliciter non adimunt, hec ille, ubi ergo generis & differentie ueram asserit rationem, idem educit ex maiori & minori potentialitate ac actualitate in qō. 11. & 12. vnde cum S. Tho. sentiens generis & differentie ueram ostendit rationem sumi quod tamen hic videtur ab uere Soluē secundum ipsum quoniam in Angelis est aliquid unde uera generis ratio sumatur, & uera ratio differentie nam ut supra habitum est in qō. 7. & S. Tho. habet. 8. metha. t. 6. & 2. senten. d. 3. q. 1. ar. 5. genus non ē materia nec differentia est forma quia genus & differentia de specie predicantur, materia autem & forma de composito non dicuntur, atqui genus ab eo quod in re potentiale est nomen sortitur, & differentia ab eo quod formale est, in Angeli autem essentia puram potentialitatem non est admittere sed actu per mixtam unde generis ratio sumitur, nec ibi actus purus est audiendus, sed potentie per mixtus unde differentie ratio non sumitur, at non quodcunque generis & differentie ueram habens rationem proprie est diffinibile, uerum utrunque perfectum esse oportet, ut genus quicquid generi congruit contineat similiter differentia, sed quid, nempe ut differentia partem tantum dicat, genus aut aliquid cōplectat q. ipsa dīa comprehendat, non ergo idē sunt generis et differentie rō uera, & utriusque rō perfecta, uera utriusq. rō est potentialitas, & actualitas, differentie autem ratio perfecta ut partem dicat generis uero aliquid complecti quod nō differentia. Atqui in intelligentijs genus totam dicit essentiam similiter & differentia & cū nihil dicat uerum quod non alterum, ideo inuicem iuncta negationem reddunt, quo circa diffinitionem nō componunt, nā. 7. metha. t. c. 43. diffinitio nugatoria esse non debet etiam. 6. Top. ideo in corporalibus compositam habē

Solutio.

Rō perfecta diffinitionis.

ribus essentiam actus et potentia compositionē faciūt secundum rem, in intelligentis autem simplicem habentibus essentiam actus & potentia tantum secundum rationem, compositionem faciunt, qua re cum essentiam facere non possint, nec eā diffinire ualebunt quandoquidem diffinitio per principia ipsum diffinitum intrinsece componentia designēt, ille uero intelligentiarū essentia simplicem sint, partem non habentes ideo diffiniri non possunt proinde. 7. metha. t. c. 43. diffinitiones sunt compositorum ex duabus naturis genere uidelicet, & differentia etiam. 8. methaphisic. t. c. 9. & vlti. etiam. 7. metha. te. 40. diffinitiones sunt compositorum ex materijs, & formis & forme ultime sunt, simplices etiam primo de anima. t. c. 16. diffinitiones que aggregant materiam, & formam perfecte sunt etiam. 8. metha. t. c. 16. etiam. 7. metha. t. c. 40. diffinitiones sunt compositorum ex materia & forma simplicia nanque diffinitionem non habent, nisi per similitudinis modum. idem S. Tho. prim. par. q. 29. ar. 2. ad tertium diffinitio complectitur principia speciei etiam. 7. metha. super tex. 55. intelligentias igitur diffinitione communi nil prohibet diffinire.

IN LIB. VIII. METHAP.

Questionis prime, summa nomen prius significare formam totius quam ipsum totum ediuerso autem de forma partis utpote prius totum quam formam partis nominare, Oppositum habuisse videtur in. 7. huius qō. 11. & 10. totum de parte non predicatur sed per ipsum doctorem. primo senten. d. 5. qō. 7. nā in rebus creatis se habet ad suppositum ut pars ad totum ipsumq. suppositum ad naturam comparatum totius rationem habet nā uel ipsum includit, uel saltem non excludit, non autem ipsum excludit, qua in re cum naturam contineat & aliud, concludit suppositum se habere ut totum respectu nature unde suam infert conclusionē, nempe naturam in rebus creatis de supposito non predicari hic autem dicit formam totius que est ipsa nā, ad ipsum aggregatum quod est ipsum suppositum se habere ut totum ad partem. Soluitur nā suppositum uel aggregatum simpliciter sumptum respectu ipsius nature se habet totum ad partem quo pacto non accipitur hic, sed sumitur ut sub ipsius intellectus operatione cadit, & ut sic est intellectus obiectum quo modo sumptum cum nec accidentia nec ipsum esse & includat nec aliquid essentie super addat non se habet ut totum ideo inquit philosophus & commenta. expressius. 7. meth. t. c. 40. formis existentibus in materia cōpetit diffinitio quoquo modo quoniam in diffinitionibus talium apparet aliud, uera autem diffinitio illorum est diffinitionum in quibus aliud esse non apparet, cunq. suppositum tunc non aliud quā naturam includat non est quid totū ad ipsam, hoc sentit. S. Tho. p. par. q. 40. ar. 1. cum concretum. i. suppositum ex materia et forma realem dicat compōnem ideo differt a forma totius que cum in diuinis locum nō habeat nec suppositi uel nature ibi inuenitur diuersitas idem. 3. par. q. 17. ar. 1. in creaturis natura non predicatur de supposito quia in eis differt quod est, & in quo est.

B
Quest. 1.
F
Contradictio.
Solutio.
G
Quest. 2.
H
Contradictio.
H

Questionis. 2. summa celum materia esse constitutum quod inter planum faciendum inquit quedam accidentia materiam consequi tanquam proprias eius passiones. Oppositum habere videtur etiam de sensu philosophi. 1. phisic. t. c. 80. materia forme subiecta omnium accidentium que sunt in ea con causa est et. 1. posse. t. c. 9. passio est forma cuius est predicari ideo directe de subiecto predicatur, non autem contra, uerum ut ipse dicit. 3. de anima. t. c. 15. a materia prima aliquis actus egredi non potest nulla ergo a materia fluit passio

passio etiam theoremate. 38. accidens quodcumque a principijs fluit subiecti, materia autem principium non habet, quia principij non est principium. pri. phil. t. c. 52. et. 1. poste. t. c. 10. accidentia naturalia distinguuntur. na quedam forma sequuntur specificam, utpote accidentia propria quedam formam indiuidualem, vt accidentia comunia, quare nulle passiones a materia egrediuntur. Soluitur, nam accidentia queque terminata, siue propria, siue communia ipsum compositum insequuntur, veruntamen quedam formam, quedam materiam insequi dicuntur, quoniam alia ratione forme, alia ratione materie sic vel sic disposite composito subsequuntur: hac autem i parte dicitur, hic & nuc esse conditiones materiales vel passiones materie, cui ratione quantitatis insunt que materie est coeua, qua doquidem ab ea nunquam absoluitur, ideo Comen. 2. phil. c. 32. etiam. 3. celi. c. 28. accidentia in re generata existentia a generate sunt mediante forma generati. etiam Commenta. 7. methaph. c. 4. accidentia que libet posteriora sunt subiecto: nam subiectu ex quo generatur est prius illis, vt ignis prior est calore. idē sentit. S. Tho. pri. par. q. 115. ar. 1. ad. 5. accidentia agunt in quantum sunt instrumenta substantie iam instrumentum artificem, sequitur etiam prima. 2. q. 53. ar. 2. ad. 3. oē accidens, tam in concreto, quam in abstracto, tantum abest vt sit sine subiecto, quod absq; eo, nec etiam valeat diffiniri.

Solutio.

B

Questio. 3. summa celestium & sublunariu eandem essentialiter esse materiam. Oppositum habuisse videtur supra i. 2. huius. q. 19. vbi habuit materiam equiuoce dici de superiorum & inferiorum materia etiam. 2. senten. d. 3. q. 12. sapientiu dicta affirmat, nempe que in superioribus & inferioribus competunt equiuoce dici etiā. 7. phi. super te. 31. corpus equiuoce dicitur de celestibus & inferioribus. Soluitur secundū ipsum prefatis in locis, & in qd. propria, quod materia bifariam sumi potest. primo secundum se & absolute, vt ens quoddam in potētia de sui natura omni forma denudatum, & per indifferentiam quandam in potētia ad omnem formam, hoc pacto omnium superiorum & inferiorum ē vna materia, alio modo consideratur per respectū ad formam, & secundum quod forme quibus subicitur sunt diuersarum rationum: sic materia diuersam rationem sortitur, nam vt est sub forma generabilis corruptibilisque substantie cum formā habeat contrariā lato nomine sumēdo contrarium sitq; illi annexa priuatio que. 1. phi. t. c. 81. semper ad maleficium machinatur, & per alterius forme priuationem aliā appetit, quandoquidem forma qua informatur appetitū non terminat, vt sic a materia, illa, que forme contrarium nō habenti subiecta est: ex quo non est ei annexa priuatio cū totaliter appetitum eius terminet profecto alterius est rationis, veritatem cum querit vtrum ne superiorū inferiorūue corporū eadē eiusdemq; rationis sit vna materia, de materia simpliciter supra nō de mā ad formā relatā sermo est: cū ergo adducit, corpus dī celesti & inferiori equiuoce dici, q mā simpliciter supra equiuoce dicat nō sequit nā corpus, mā formā subiectā signat non mā simpliciter, mā ergo formā recipiēs contrariū habētē & formā recipiēs nō habētē contrariū, vt sic diuersarū sunt rōnū, q quidē diuersitas nō ex mae diuersitate verū ex modi recipiēdi diuersitate originem ducit, vt inuit doctor in. 2. sen. vbi supra, ex quo facile et absq; auxilio cadit argumētū Zimar. cū. d. si mā superiorū et inferiorū sit eiusdē rōnis cū mā inferiorū sit i potētia ad oēs formas hec vtiq; esset in celo, & materia celi in potētia esset ad oēs formas. ergo ad aliā hoc est contra philosophum. 1. celi. t. c. 32. ois potētia que non reducitur

Questio.

Contradictio.

Solutio.

C

Materia dupliciter consideratur.

D

ad actum frustratur etiam. 3. de anima. t. c. 45. nil frustra agit nā. patet q suo capite loquitur nec mentem dignā doctoris, nā si mā celi capiatur ut materia celi. i. ut celesti forme subternitur, cum talis forma sue celesti materie appetitum euacuet iam ad aliā formatū materia non est in potētia, sic recte graderetur argumentum: doctor autem accipit, materiam celi, non ut materia est celi sed absolute ut omnem formam excludit quo pacto indifferentē se habet nedum ad formā celi verum ad vniuersam orbis formam, q autem comentatorem adducit contra se adducit videlicet primo celi. c. 20. loquens de materia prima inquit in materia non est potētia nisi apud separationem eius a forma, patet quod capit materiam simpliciter ut est, ab omni denudata forma, & sic sumpta iam non frustrabit illa potētia cum per celi formam actuetur. Huius opinionis proculdubio fuit. S. Tho. tam etsi communi pro parte censetur contraria nā. p. par. q. 56. ar. 2. hanc excitat questionem vtrum ne omnium corporalium vna sit informis materia, concludit quod non atqui si ponendi modum intueamur horum doctorū constabit hac in materia conformitas, nam cum Agidi: superiorum & inferiorum unam eandem assignat materiam, quod de materia simpliciter sumpta loquitur nemo ibit inficias. Contra. S. Tho. cum materiā celestium alterius rationis fatetur, quod materiam celi capiat ut est materia celi nemo est qui ambigat, qd ipsum benedicere assereret ipse Agidi: quod autem materiam celi ut materia celi est capiat. S. Thom. ex rationibus liquet quibus harum materierum probat diuersitatem, primo Platonis aliorumq; philosophorū positionem confutando, omnia corpora de natura esse 4. elementorum contendētū, omniaq; corpora in mā vna communicare arbitrantium, cum omnium corporum unam neget esse materiam, profecto & superiorū & inferiorū eadē unā negabit eē materiam. 2. mā inferiorū corporum non remanet nec sub eadē forma manere est possibile, & materia superiorum manet ergo non eadem. 3. materia secundum id quod est, est in potētia ad formā, ergo mā secundū se considerata ad formā illorū oium quorū est mā cōis, nā per formā unā nō fit in actu nisi ad illā si ergo materia celi est eadem cū materia horū inferiorū, & ista est in potētia ad oēs formas remanet ergo q sit in potētia ad oēs alias, desinet ergo qnque eē sub ista forma quā habet. 4. mā celi ita perficitur sua forma q nullatenus remanet in ea potētia ad esse sed tm ad ubi, horū aut inferiorū mā remanet in potētia ad esse, ergo nō est eadē materia celestis corporis et horū inferiorū nisi secundū analogiā s. secundū q conueniunt in rōne potētia illas. s. ad ubi hec ad esse, palā fit aut ex hisce rationibus. S. Tho. materiā celi accipere non simpliciter & secundū suā purā essentiā ab oī forma seclusam qualiter eā definit phis. 1. phil. t. c. 82. dico aut materiā primū uniuscuiusque subiectū ex quo sit aliquid cū insit & 2. phil. t. c. 7. videtur aut mā nā & substantia eorū que nā sunt qd primum in est unicuique non formatum per seipsum ut es se habet ad statuam, sed capit materiam celi, illam inquā que sub forma celi est quā idiotarū nemo eiusdē approbaret eē rōnis, in eo nāque primi argum. vis est, mā elemētōrū mō est sub vna forma mō sub alia non sic forma celi, iam accipit materiam celi ut forme celesti subternitur, q si ab illa forma subtraheret utique, mō eēt sub vna mō sub alia forma. 2. similiter superiorū corporū mā remanet inferiorū non remanet cōstat celi materiā capere ut sub est forme celesti. 3. similiter materia inferiorū est in potētia ad omnes formas non sic materia celi quia satiatur illa forma iā accipit mā celi ut pte celi. 4. similē, mā celi ita pficit

B

De materia celi cōsentuntur S. Tho. & Agidi.

R

Rōne priā habet cōsentus.

Rōne. 2.

Rōne. 3.

G Rōne. 4.

Prime rōnis vis. Rōnis. 2. vis.

Rōnis. 3. vis.

Rōnis. 4. vis. H

N

A forma celi quod non remanet in potentia ad esse sed tantum ad ubi liquido materiam celi sumit ut substat forme celi, palā sit igitur q̄ cum diuersimode sumant materiam in hō: non dissentire, quod autem eodem modo sumendo consentiant patet nā. p. par. q. 9. ar. 2. inquit. S. Tho. in corporibus inferioribus est mutabilitas secundum esse substantiale quia materia eorum potest esse cum priuatione forme substantialis ipsorum, in corporibus uero celestibus materia comparatur secum forme priuationem quia forma perficit totam materie potentialitatem, id secundum esse substantiale mutationem non habet, patet quod materia celi non est priuationi coniuncta quia illa forma satiat appetitum, cum illā omnino perficiat hec ibi etiam. p. par. q. 16. materia prima dicitur esse vna per remotio nem omnium formarum distinguendum. Hoc dicit doctor. supra quod est vna per indifferentiam sicut genus ad differentiam se habet etiam. p. par. q. 46. ar. 1. ad tertium sic probat philosophus. primo celi, celum esse in genitum quia non habet contrarium ex quo generetur, quod ergo sit incorruptibile non est simpliciter ex materia sed quia eius forma non habet contrarium etiam. p. par. q. 5 ar. 1. oportet ad hoc quod potentia perfecte compleatur per formam, quod omnia contineatur sub forma ad que potentia se extendit, inde est quod in rebus corruptibilibus forma non perfecte complet potentiam materie quia potentia materie ad plura se extendit quam sit huius vel illius forme continētia, iam in propatulo ponit materiam ut est sub forma celi ad aliam formam in potentia non esse quia illa forma potentiam suam complet, idem sentit doctor, etiam p. par. q. 84. ar. 3. ad primum natura horum inferiorum non est completa totaliter pro formas sed est in potentia ad formas quas non habet, materia autem celestium corporum est totaliter completa per formas ita quod non est in potentia ad aliam etiam. p. par. q. 97. ar. 1. in corruptibile dicitur uno modo ex parte materie, quia materiam non habet ut angelus, uel habet materiam que non est in potentia nisi ad vnam formam sicut corpus celeste, etiam tenet celum ex materia & forma esse compositum quod probat. p. par. q. 46. ar. 2. remota intelligentia a celo non esset actu intelligibile ergo habet formam in materia etiam. p. 2. q. 49. ar. 4. celum cum sit compositum ex materia, & forma cum illa materia non sit in potentia ad aliam formam non est in eo dispositio ad formam aliam, certum est autem S. Thom. plures primas materias non admittere, tantum igitur abest ut huius uiri in hac materia dissentiant ut nedum in sententia, quinimmo in verbis simul ueniant, illam nanque distinctionem de forma habente, & non habente contrarium doctor a. S. Thom. iam hausit, omnium igitur corporum celestium terrestriumq̄ vna est ac eiusdem rationis materia, nam si cuncte materie sue relinquarentur nature, omnes actu tum in vnam redirent, uera nanque sententia est. 7. methaph. te. co. 49. actus est qui distinguit omnibus a motis actibus ac formis unde distinguerentur materie non esset fingere.

intentione ibidem probat in quo conuenire uidetur cum S. Tho. in q̄o. de potem. q. 8. ar. 9. ad octauum inquit diuerse species coloris albi. f. & nigri sunt in eadē parte aeris non quidē secundū esse perfectū sed tāquā in medio deferēte, et in q̄o. eadē. ar. 14. species diuersarū albedinū possunt esse in eodē aequato subiecto, sicut plures in sensu vel intellectu habitualiter tamen non secū dū esse cōpletū. quicquid tandē de talibus accidentibus senserit quia alibi alia uia uidetur incidere, de accidentibus tamen secundū esse reale, & actuale pari sensu uia vadunt eandē. nepe q̄ accidentia a quibuscunq̄ subiectis actualitate ac entitate habent ab eisde in diuiduationē hauriant ut supra. in. 7. huius. q̄o. 2. non quia nō illā sibi uendicent propriā entitatē, sed tamē nō eā que sibi ad esse sit satis, ideo dicunt entia quia sunt entis. idē. S. Tho. p. par. q. 9. o. ar. 2. accidens nō habet esse sed esse aliquid & hac rōne dicitur ens ideo in meth. dicitur magis entis quā ens. et. 3. par. q. 11. ar. 5. ad tertium, accidens dicitur ēs et bonū non quia habeat esse & bonitatem sed quia eius subiectū est ens & bonū, nec tantū habet esse per subiectū immo, & operari nā operatur ut substantie instrumentū ut patet. p. par. q. 115. ar. 1. ad quintū rectam igitur Themiste & Agidiani philosophie proficiscunt semitā, accidentia pro sua subiecta in diuiduari astruunt, neq̄ hanc ueritatē Zimare argumenta refrangunt, primū nō cogit ad oppositū, nā et si uera sit Auerr. sententia. primo phisic. c. 15. ac. 7. meth. c. 2. sic dicentis, manifestū est q̄ indiuiduū substantie prius est indiuiduis accidentiū, nā talis prioritas nō semper ē prioritas t̄pis sed nature, nec in cōuenit aliquid prius & principaliter substantiā indiuiduare, et ex cōsequenti simul, t̄pis similitate indiuiduare accidēs: E diuerso similiter non incōuenit indiuiduū predicamētis substantie esse hoc aliquid & vnum numero per aliquid de predicamētis accidentiū quod Zimara audire nō potest. commenta. auctoritati sinistrorsum in nixus 7. metha. c. 2. indiuiduū substantie est prius indiuiduis accidentiū, non tamē t̄pis prioritate cum quātitas sit secundū ipsum commenta. materie coeterna, est ergo prius nature prioritate uel ēt principalis, forma prior indiuiduationis principii quantitas autē immediatum sic per uitā suā intelligere. S. Th. & Agidii oportebat Nec secundū urget, cū d̄r com. 4. meth. c. 2. subiectum est cā extrinseca ipsius accidentis id nō indiuiduatur per ipsum. d̄r uerū esse quo ad esse essētie quo uero ad esse actualis existentie intrinsece subiectū requiritur unde 7. methaphisice. com. 2. inquit com. quod accidentia constituntur in esse per subiecta, & non dicuntur entia nisi quia sunt dispositiones entis, & ideo multi negant ea esse Ad tertium simplicius hanc, non expodit ueritatem, nam et si albedo in niue, & in cerusa a proprijs sint cogitatione abstracte, adhuc ab inuicē per proprias albedinis differentias differunt, iam illa differentia non est indiuidualis sed specificat immo generica, de qua non est tomistarum sermo nec aliorum, idem asserētium.

Quia tñ circa principalē q̄o. intentū. f. dimensiones interminatas in materia forma substantiale procedere, doctori cum Auerro. uisum est incidere, a quo S. Thomas cum dissentire uideatur ideo argumenta que S. Thomas in Auerroem dirigi cum contra Agidium militent, opreptiū ēē duxi ea adducere ac prout dabitur soluere, ut iunioribus quam uoluerint tueri partem relinquatur locus. Hanc positionem repetit & repercutit. S. Thomas tractatu de natura materie opusculo. 44. ca. tertio ubi dimensiones interminatas formas substantialem procedere in materia, tantum secundum intellectum nullatenus realiter, & primo quidem arguit, aut predicte dimensiones sunt educte di-

Accidens quod dicitur ens.

F

Zimare argumenta labefum.

G Ad secum.

Ad tertū.

H

Argum.

Quest. 4.

Contradictio.

D Solutio.

A **E**ste de potentia materie aut non, si sunt educte, ergo prius non erant in materia nisi in potentia tantum, spoliari ergo poterit materia hijs dimensionibus cuius Oppositum tenet Auerr. & qui hanc sectatur opinionem, confirmatur nam quod educitur de potentia materie educit per transmutationem materie, non est autem transmutatio in materia nisi transeundo in actu forme, oportet igitur tales dimensiones forme substantialis introductionem sequantur, at dimensiones que formam sequuntur in materia secundum ipsum sunt terminate non ergo precedunt. si uero non sunt de materie potentia educte, ergo rerum naturalium iam non erunt tantum duo intrinseca principia, materia scilicet & forma sed dabitur tertium, utpote dimensiones iste etiam accidentia alia, haberent principia a principijs substantie, hec, uidelicet dimensiones, Secundo ille dimensiones interminate aut distinguunt partes materie uel non, si distinguunt cum omnis distinctio sit ab aliquo actu: materia haberet partes distinctas actu, & non per formam substantialem, quod est impossibile, si non distinguunt nisi in potentia frustra ponuntur, cum materia nuda suapte natura sit in potentie ad partium distinctionem Tertio in substantijs prius est intelligere earum essentias quam earum esse sicut recipiens prius est recepto naturaliter, accidentia autem non habent esse in suis essentijs sed in suis subiectis, nunc autem prius est esse quod habent in suis subiectis quam essentia in consideratione sui generis, ergo impossibile esse dimensionum essentias intelligere in materia sine esse quod est omnium actus primus, ergo sine actu non est intelligere dimensiones in materia Quarto aut sit unum ex materia, & dimensionibus interminatis aut non, si sic, aut per se aut per accidens, non per se quia ex subiecto, & accidente non fit unum per se si per accidens cum oem tale reducatur ad per se ergo in materia pre existunt aliqua ex quibus fit unum per se, hec autem non sunt nisi materia, & forma, forma ergo substantialis precedet omnes dimensiones, si non sit unum ergo esse accidentis connumerabit illi in quo est quod est impossibile Quinto omne quod pertinet ad genus aliquod vel est genus vel species uel indiuiduum uel principium uel reducibile ad illud ut priuatio. dimensiones non sunt in genere quantitatatis ut genus nec ut species uel indiuiduum hec dicunt esse determinatum, nec ut principium quia principij non est principium, nec dimensionis dimensio, nec ut priuationes, quia priuationes essentiam non habent dimensiones autem quedam essentie sunt. 6. quod habet essentiam potest diffiniri etsi non habeat esse, quia diffinitio indicat rei essentiam, sed in accidentibus impossibile est assignare diffinitionem nisi per subiectum ergo impossibile, est ponere essentias accidentium sine subiecto quod sine forma esse non potest, non possunt ergo poni dimensiones sine forma in materia 7. interminatum aufert certitudinem a quantitate, sed in qualibet re naturali posita est certitudo quantitatatis, ultra quam non si extendit phisicus, neque enim considerauit commenta. quod philosophus se extendit ad mathematicam tanquam ad terminum sui generis unde dimensiones interminate, non excluduntur a consideratione philosophie naturalis. 8. secundum philosophum primo phisico. si generatur homo generatur hoc animal ex non animali, & non ex non animali simpliciter, sed si generaretur animal simpliciter generaretur ex non animali simpliciter, ergo similiter si dimensiones simpliciter fierent, fierent simpliciter ex non dimensionibus hoc autem dicere est, quod ex nihilo fieret quod pro in conuenienti habet commenta. 9. omnium dimensionum principium est punctus, impossibile est

enim rem ponere, & non rei principium, non est ergo ponere dimensiones sine puncto, cum punctus sit dimensionum terminus, & non sit dimensio sine puncto non erit dimensio sine termino ergo non erit interminata dimensio. 10. ipsa dimensio interminata aut est in materia aut in composito tanquam in subiecto, non in materia quia in materia nihil est, in mediatis forma substantiali, nec erit in composito quia cum terminatum, & interminatum non uariant essentias dimensionum, idem accidens migraret de subiecto in subiectum, cum aliud sit compositum aliud materia nuda non ergo precedunt nisi secundum intellectum ut ponunt mathematici.

Ad primum potest dici cum dimensiones ponantur ipsi materie coeue de ipsa materia non educuntur: nec sequitur quod sit tertium principium: quoniam philosophus in primo Phisico loquitur de principijs substantialibus que sunt omnium accidentium nouiter aduentantium principia cuiusmodi generis non sunt dimensiones iste.

Ad secundum dicitur quod dimensiones iste non actu materia, uel materie partes distinguunt, reddunt tamen ea in potentia distinguibilem, nec est necessarium quod materia nuda de sui natura in potentia sit sine dimensionibus ad partium distinctionem, cum post habitibus dimensionibus prorsus partibus careat.

Ad tertium dicitur ipso iure negari potest quod prius sit esse accidentium quod in subiectis habent, quam eorum essentia, quandoquidem essentie sint eterne, esse subiectorum temporalia, sine esse ergo actualis existentie poterunt dimensiones intelligi, non ergo erit necesse forma ipsam, ipsas precedere dimensiones sed e contra.

Ad quartum dicitur quod ex dimensionibus sed et materia non fit aliquo modo unum quia semper fuerunt, & quantum dicatur aggregatum ex substantia & accidente non tamen aggregatum per accidens. i. accidentaliter. quod est ad per se reducibile.

Ad quintum dimensiones pertinent ad genus quantitatis ueluti genus subalternum utpote continuum sub se species continens lineam, superficiem, & corpus.

Ad sextum conceditur accidentia per subiecta diffiniri & eorum essentias sine subiecto habere esse actuale non posse, nec sine forma possibile esse subiectum, eius tamen substantialis formam ipse dimensiones precedunt que etiam diffiniunt per tale subiectum quale habent, uidelicet potentiale.

Ad septimum interminatam negat certitudinem quantitatis respectu esse potentialis substantialem formam precedentis, terminatur autem iuxta forme naturalis exigentia, ideo quantumlibet detur quantum interminatum potentiale non tamen infinitum non enim omnem terminum negat interminata quantitas, sed huc uel illuc in specie, quod autem magnitudines aliquo modo consideret naturalis Aristoteli differit princip. de celi, & mundi sic incipiens, scientia naturalis fere plurima est circa corpora, & magnitudines, quod S. Thom. sic interpretatur naturalis quidem considerat de corporibus in quantum sunt mobilia, de superficiebus autem & lineis in quantum sunt termini corporum mobilium, Geometra autem in quantum sunt quedam quanta commensurabilia.

Ad octauum dicitur quod dimensiones terminate ex interminatis sunt ueluti compositum ex materia, dimensiones autem interminate non sunt sicut nec ipsa materia at illi eternaliter inheret.

Ad nonum dicitur negando quod punctus sit omnium dimensionum principium, principium namque illud est, ex quo fit aliquid cum in sit ut philosophus edocet. 5. metha. t. com. 1. diuisibile autem ex interdiuisibilibus non fit, nec aliquid fit ex punctis ut primo, de generatio.

N s

B
Argu. 1.
Ad primu.
Ad secun.
R
Ad tertiu.
Ad quart.
Ad quint.
Ad sextu.
G
Ad sept.
Ad octo.
Ad 9.
H

Argu. 2.
B
Argu. 3.
Argu. 4.
Argu. 5.
C
Argu. 6.
Argu. 7.
Argu. 8.
Argu. 9.
D

A e.e.9.dicit philosophus contra Democrit. quod autem dicit Euclides quod linea est quantitas cuius extrema sunt duo puncta, hoc est per intellectus designationem, etiam esto quod esset principium, quantitatis determinate esset principium.

Ad. 10. Ad decimum ut. d. doctor hac in questio. dimensio interminata est in materia tanquam in subiecto determinatio aut in ipso composito, quod autem dicitur nihil esse in mediatis ipsi materie quam forme substantialis, unde motium sumpsit Auicenn. ad negandum has dimensiones formam in materia precedere, intelligitur quod non sit aliquod perfectiuum medium, non autem negandum est medium dispositiuum, ut inquit suessanus Aegidij hoc in articulo comes fidus, id de gradibus formarum parte secunda c. duodecimo intelligitur quantum ad ordinem nature, & causalitatis, natura namque, & causalitate forma prius perficit materiam quam aliquod accidens. Porro si inter hos olores obstrepere admitterer, dicerem hos magnos viros hac in materia quantum ad rem ipsam adinuicem non dissentire, & quod uterque loquendi modus est acceptabilis, dimensiones scilicet interminatas formam substantialem in materia secundum rem precedere, ut commentator, & Aegidi, & alij arbitrantur, atque easdem indeterminatas dimensiones formam substantialem in materia secundum rationem precedere ut Thomiste. et Auicenn. nam hmoi dimensionum processio bino modo summi potest, videlicet secundum esse actuale ita ut actualiter intelligantur formam ipsam precedere, quem modum Auicenn. & S. Thom. non admittunt, sed nec commenta. & Aegidi sic intenderent, nam materia simul pluribus distinctis realiter subderet dimensionibus quod tamen primo quolibet quest. prima, & secundo senten. dicit. 3. quest. 3. 4. 12. abhorret Aegidi, nam materie in essent, dimensiones forme qua iam actu materia informaret & dimensiones forme quam actualiter precederent si ergo sumatur dimensionum actualis processio iam non est nisi secundum intellectum, cum secundum rem esse non possit, si autem capiantur secundum potentia le esse precedere sicut primum modum omnes abnuerent & abnegarent, sic istum modum secundum omnes astruerent unde quod de materia dicitur, & de dimensionibus materie cocuis dici debet, nam sicut formam substantialem materia precedit secundum esse potentiale tantum non secundum esse actuale, immo actio potius via nature precedit forma secundum esse actuale, cum materiam non nisi forma actuet sic dimensiones secundum potentiam ipsam formam precedent, hoc sentit. S. Thom. vnde. 3. per. questio. 77. ar. 2. prima materie dispositio est quantitas dimensua hinc Plato commendat magnum & paruum primas materie differentias ponens etiam. S. Thom. 3. per quest. 90. ar. 2. quantitas se tenet ex parte materie, & quod partes quantitatis sunt partes materie, sicut ergo materia formam precedit secundum esse potentiale, sic dimensiones interminate formam secundum esse potentiale precedunt, hac via floccissunt argumenta commenta. contra. Auic. non enim sequitur formam esse in diuisibilem, nec tale compositum esse eternum, neque materiam unam tantum formam sibi propriam suscipere, non negat Auicenn. quin forma in materia quanta recipiatur, ex consequenti in materia partibili ad hoc diuersarum formarum susceptibili sed tamen in potentia quo modo recipitur in ipsa materia, hoc est quod dicit Aegidi, dimensiones interminatas precedere secundum essentiam non secundum esse, uti materie essentia est potentia ita dimensions, unde doctor aperto uerbo hic promit sicut entitas accidentium est

ab entitate substantie, ita esse dimensionum ab esse substantie ergo secundum esse non precedunt.

Questionis. 5. summa interminatas dimensiones simpliciter formam substantialem tam specificam quam genericam precedere in materia, illasque ut in subiecto in prima materia fundari, quod inter patefaciendum exeplo comonstrat, si generatur ignis ex aere, aer corruptitur, & hoc corpus corruptitur sed non corpus simpliciter, manet enim corpus utrobique, ergo manet materia ergo quantitas. Oppositum innuere videtur hac in questione & ubique locorum formarum abhominans pluralitate. Solutur statim secundum ipsum de gradibus formarum, quoniam remanet quidem corpus non tamen ex materia & forma compositum, quod genus est predicamenti substantie, sed corpus remanet quod compositum est altera pars, sicut dicitur, animal ex corpore compositum & anima quod quippe corpus non aliud sonat quam materiam primam non quidem in sua sumpta simplicitate sed ut quantitati coniuncta que non compositio dicit ex his sed huic manet ergo materia cum sibi inseparabile quantitate que ut sic uniuersam excludit substantialem formam, qua sub locutionis forma dimensiones interminate formam substantialem in materia precedere dicuntur, item dicit in trasmutatione terre in aquam eandem interminatam remanere dimensionem quia remanet utrobique magnitudo eadem. Oppositum habet parumper supra, cum ex aere inquit fit ignis, nulla que in aere fuerit remanet forma, idem primo de generatio. qd. 19. d. qualitates propositas ex consequenti corrupti etiam. 2. de generati. in tex. 26. nec qualitates simbolas, nec accidentis aliquod idem numero remanere in genito quod presuit in corrupto, quod autem dicit philosophus in 2. de generati. tex. 24. qualitates simbolas manere, de specifica intendit loqui non numerali idempnitate. Solutur quoniam modo simili dimensiones interminatas remanere intelligit quo dixit corpus remanere, in tellexit autem corpus manere non modo ut est compositi altera pars, sed quod remanet corpus ex materia & forma compositum non secundum esse reale sed secundum modum considerandi, dicebat namque corpus remanere quia consideramus ignem, & aerem in quantum sunt unum corpus quod quidem non corrumpitur, pariformiter etiam interminate dimensiones formam realiter precedant in materia secundum potentiam tamen, eadem autem remanent secundum intellectum, nam cum ille dimensiones respectu forme introducere dicerentur interminate, tamen respectu forme iam habite terminate dicuntur, duplices ergo terminante dimensiones eandem materie partem simul informarent. Item. d. qd. secunde interminate dimensiones que scilicet formam substantialem simpliciter non precedunt sed formam specificam, formam talem secundum rationem precedunt non secundum rem. Oppositum habere videtur in. 2. parte de gradibus formarum cap. 12. & frequenter idem inculcat quod, & interminata accidentia ne dum interminate dimensiones realiter & specificam, & numeralem substantialem formam in materia precedunt, quod duplici modo uerificari ostendit primo, quo ad ipsius substantialis forme introductionem puta, si ex aere fit ignis prius rarefactio, ceteraque ignis dispositiones introducuntur, etiam quo ad perfectionis rationem forma substantialis ingressum sumat terminataque accidentia, subsequuntur secundo, clarificat modo, quoniam interminata accidentia quo ad esse interminatum, & imperfectum realiter precedunt quo uero ad esse perfectum sequuntur. Solutur nam absolute dimensiones secunde formam substantialem realiter precedunt, ueritatem ut sic non nisi secundum

Ad. 10.

Commen. frustratur in Auice.

E Quest. 5.

Contrad. cio.
Solutio.

F Contrad. cio. 2.

Solutur.

G Contrad. cio. 4.

H Solutio.

A secundum rationem manent adeo, q̄ terminate formas sequentes manent, interminate autē secunde precedentes non manent, nam ut ibi inferit cum ad tantā rarefactionem, peruētum fuerit (dum ex aere generandus est ignis) ut forma aeris eam sustinere nō possint aer corrumpitur ignisque generatur, atque raritas illa q̄ interminata erat q̄titas, nō nisi secūdu rōnē manet & sic precessit non quia secundum rationem precesserit at quia secundum rationem manet, quādoquidem terminata raritas secundum considerationem cū interminata conueniat sicut corrupta aqua remanere dicitur quia manet corpus ratione idem. Sed dices sicut interminate qualitates profus corrumpuntur, cur interminate dimensiones manere dicuntur materie coe terne. Soluitur per ipsum. 2. de generatio. super tex. 26. Quoniam alie interminate qualitates uel formam sequuntur uel materiam ut est forme subiecta, & ideo ad forme uariationem omnes uariantur qualitates q̄ illam sequuntur uel materiam tali forma informatā, at dimensiones se tenēt essentialiter ex parte materie nullatenusque a forma dependentes, forma quantumlibet a materia sequestretur, dimensiones tamen materiam nunquam relinquunt.

IN LIBRO X. METHAP.

Quest. 1. Vestitionis prime summa mensuram non omnem esse eiusdem generis cum habentibus illam quod perspicuum reddēs inquit primum ens est omnīū mē- sura, & mensura rōnē habet non secundum reiterationem uerum secundum cognitionem prout per mensuram cognoscimus, si quidem hac forma ad primum ens transfertur, quocirca sicut lucidum omnīū est mensura colorū quatenus per eius cognitionem in omnīū colorū notionem peruenimus, ita per primi entis, s. dei cognitionem aliorū omnīū habet cognitio. Oppositiū habere uidetur. in. 2. sentent. prohemium sic incitiās. A magnitudine speciei et creaturā poterit eorū creator agnosci ex sapi. 13. idem roborat per id Roma. 1. quod notum est, dei. i. quod de deo naturali intellectus lumine. scire possumus per creaturas manifestum est nobis, etiam ibi in uisibilia dei. i. pater semper in uisibilis sempiterna quoque uirtus. i. filius, & diuinitas. i. spiritus per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur, etiam infra. 12. huius, Platonem increpat ab intelligibilibus ad sensibilia procedentē Aristotelēque commentat contra a sensibilibus ad intelligibilia progredientem, proinde ut inquit omnes eius propositiones uere inueniuntur. Soluit ut communiter, quoniam rerum, cognitio triphariam sumitur. prim. in perfecta utpote que per effectus uel remotas causas. alia perfecta, & quidē in genere qualis est que per proprias atque immediate has causas. 3. perfecta simpliciter qualis est cognitio qua cognitum in suas omnes causas ad primam vsque resoluit, rei namque uniuscuiusque dispositio in sua ueritate dispositio est in sua entitate sicut primum ens est primum ad omnium collationem in esse, ita primum in cognitionem, rerum ergo nature perfecte cognosci nequeunt nisi in comparatione primi, prout plus uel minus de eius actualitate participare illud nouimus. ideo. S. Tho. p. par. q. 103. ar. 2. ad secundum, deus est finis omnium, & bonum extrinsecum ad quod unaqueque res tēdit ut ipsum participet eique assimiletur in quantum pōt, etiam. p. par. q. 55. ar. 3. entia in tantum dicuntur inferiora uel superiora in quantum sunt deo propinquiora non ergo rerum nature cognoscuntur nisi saltem, cognitione communi cognoscatur deus, ideo. p. par. q. 2. ar. 1. ad primum, dei confusa cognitio est hominibus naturaliter in terra hec cognitio in terra naturali incipit, & in methaph.

terminat, ideo comment. primo phisic. com. 69. primum principium in hoc genere, uidelicet in genere cause formalis non potuit sciri nisi in scientia naturali hoc autem deus est.

Questionis secunde summa non omnia mensurabilia eadem mensura, mensuranda fore quod inter planum reddendum inquit, mensura debet esse illud in quo est status ergo in mensura continui erit status. Oppositum sensisse uidetur. 3. phisico. in tex. 56. de corde philosophi in litera dicentis non esse facile lineas interire in diuisibiles. i. hanc interirere sententiam, quod sit deuenire ad lineam indiuisibilem qm̄ in diuisione statum non est reperire, non est ergo mensura minimum in genere, ut dicit qd. sequenti. Soluitur secundum ipsum libro eodem tex. sexagesimo nam corpus duo nobis representare potest primo ipsam continuitatem quo modo statum nec minimum consequitur. secundo consignificare potest ipsam sensibilitatem, & sic statum habet, & minimum, uerumtamen etsi non sit positum minimum secundum naturam, est tamen positum secundum institutionem humanam unde. decimo methaphisic. tex. com. 4. metrum semper quoddam indiuisibile est aut omnino aut quia homo ad sensum ita uoluit, omnis ergo mensura quid indiuisibile dicit, patet in hoc. 10. methaphisic. tex. com. 3. & 4. etiam. 4. phisic. tex. com. 133. etiam. 6. phisico tex. com. 64. in quolibet genere semper prima mensura indiuisibilis idem. S. Th. 10. methaphisic. tex. com. 2. omnis quantitas cognoscitur per unum etiam. 5. methaphisic. super tex. 20. omnis mensuratio deriuatur a numero, numerus autem per unum quod indiuisibile est cognoscitur ratio est, commenta. 4. phisico. com. 133. mensura non differt a mensurato nisi multitudinem, quia non aliud est mensuratum nisi plura metra, quorum quodlibet in diuisibile est, in conclusionem cū doctore sentit. S. Thom. in. 10. meth. r. 2. omnia mensurantur non tm̄ in diuisibili sed indiuisibili sui generis etiam ibi r. 3. omnes accipiunt pro mensura tam in humidis, & siccis quam imponderibus, & dimensionibus in diuisibile sui generis aquo non possit aliquid subtrahi uel illi aliquid addi etiam. p. 2. q. 90. ar. 2. mensura cuiuslibet generis est id quod est primum principium in illo idem docet doctor in qd. sequenti per totam.

Questionis. 3. summa omnia minimo sui generis mensurari quod inter differendum inquit, que sunt alterius generis a quantitate mensurantur simplicissimo illius generis. Oppositum uidetur habere. 1. sentent. d. 8. qd. 3. eorum que sunt in genere nullum est simplex etiam qd. 5. per Boetium probat nullam dari simplicem creaturam etiam ex August. 6. trini. cap. 7. nullum mutabile simplex. Soluitur per ipsum ibi, dicentem solum deum simpliciter simplicem asseuerandum esse, omnem profus compositionem excludentem, forme autem que sunt mensure atque substantie, etiam intelligentie simplices uocantur non tamen simpliciter simplices habentur, quandoquidem ex esse, & quod quid est sint composite. ex genere etiam & differentia, ex actuq; ac potentia proinde namque simplicitatis sibi nomen usurpant quoniam materie, & forme usque quaque sunt expertes. unde commenta. 9. methaphisic. com. 2. simplicia carent potentia omnino, & illud in quo est potentia est compositum, ideo conuertuntur etiam. 8. phisic. com. 78. omne simplex caret potentia, & quod caret potentia simplex est, in quolibet ergo genere illud simplicitatis sibi tituli asciscit, q̄ in genere illo minus de potentialitate participat, & ampliori actualitate potitur tale inq̄ eorū q̄ sunt in gñe illo, mēsurā dē cū aut simplex prin

N iii

A
B
C
D

Quest. 2.
Contradi-ctio.
Solutio.
Contradi-ctio.
Mensura quid indiuisibile.
Quest. 3.
Contradi-ctio.
Solutio.
H

A cipij rationem teneat sicuti compositum rationem principiatu ideo dicitur. 10. metha. t. c. 2. principium in vnoquoque, genere rationem habere mensura, tale autem principium in genere & simplex atque mensura ceteris eiusdem generis perfectius est, modo eatenus simplicitatis fruatur nomine quatenus nec in se ullam compositionem contineat nec in alterius compositionem inueniatur huiusmodi autem simplex in perfectionem secū affert, elementa namque simplicia habentur corpora que cum ad reliquorum compositionem ueniat, mixtis ipsis corporibus in perfectiora censentur unde. S. Tho. p. par. q. 3. ar. 7. ad secundum, apud nos. i. in sensibilibus corporibus composita simplicibus sunt meliora, mensura autem quia usque adeo simplex est ut ad compositionem nullatenus interueniat in perfectione mensuratis prestabit, quod in qualibus intellige non in quātis ut dicit doctor.

Quest. 4. **Q**uestionis. 4. summa omnium substantiarum unā, nempe primum principium esse mensuram, quā sub sigillās ueritatem inquit substantia que deus est, omnium substantiarum est mensura, que nec directe uel indirecte nec per se, nec per reductionem, aliquo concluditur genere, Oppositū haberi videtur cum hic deum omnium asserat substantiarum mensuram & iam in qō. 3. omnia minimo sui generis mensurari enuntiauerit, ac etiam in q. 2. omnem mensuram unigenam mensuram esse de prompsit. Soluitur secundum ipsum pri. senten. 8. q. 3. ad primum q. mensura cum mensurato dicitur eiusdem generis esse non propria significatione sumendo genus, uerū pro analogia et unigenitate quadam talē tamen analogiam audiēdo quam aperuit in. 4. huius methap. lib. qō. 3. nempe pro analogia non predicationis sed attributionis, que quidem tunc sic dicitur quando plura sunt talia non per aliquid eis in existens, sed per aliquid alteri in existens hoc pacto oēs substantie in tantū dicunt substantie, in quantum primam participat entitatem ut ipse differit in. p. senten. d. 8. q. 2. potest etiam dici quod mēsure nomine denotari potest mensura particularis, que est & nā & genere determinata ut albedo dragma vnitas & huius factionis, quedā est mensura uniuersalis que non mensurat esse hoc uel illud, uerum cuius cuiuscūque rei ipsum esse, de mēsure particularis nature intelligitur quecunque de illa dicuntur ut. 10. meth. t. c. 4. et. 4. phisi. t. 133. & 119. mēsure adscribēda ē, eiusdē generis cū mēsurato etiam. 10. meth. t. c. 3. & 4. cuiuslibet generis mensura est indiuisibilis etiam. 7. phisc. c. 21. mensura & mensuratoriū sunt aliquo modo equalia etiam. 4. phisi. c. 133. mensura a mensurato non differt nisi in multitudine etiam. 10. metha. t. c. 2. mēsure ratio est ut in unoqueque genere sit principium etiā hoc eodem. 10. metha. t. c. 2. & 4. etiam. 3. phisi. co. 59. mensura quelibet est finita, idem dici potest ex animo doctoris supra in. q. 2. ex hoc quippe dicentes genus generalissimum eorum que sunt in ipso mensuram esse se directe increpat, quādoquidem tale genus nec vnā dicit naturam sicut dicit mensura unde. S. Th. p. par. q. 10. ar. 5. alia est mensura temporis & eternitatis in ista, nulla est uariabilitas non prius nec posterius sic igitur distat a particulari mensura communis, est ergo deus omnium substantiarum mensura quandoquidem quicquid omni competit mēsure ipsi sit ascribendū. 10. autem methaphi. te. co. 3. mēsure ratio dicitur quo primo ununquodque cognoscimus, & doctor in. q. 2. inquit, a nobis primo scitur mensura perinde in mensuratorum deuenimus cognitionem sic doctor in. pri. senten. d. 5. deum probat nobis naturaliter cognitum, nam ut Dion. prima de diui. no. inquit. diuinum bonum est nobis communicabile per cognitio-

nem quia menti cuiuslibet proportionaliter se in mittit idem. S. Tho. p. par. q. 2. ar. 1. ad secundum. **Q**uestionis. 5. summa unum, & multa multimode sumpta multimode opponi, quod inter diducendum inquit, unū q. numeri est principium illius entis nomen est propriū prout ens tale, per quantitatis aduentum acquirit esse, & rursus quod quantitas composita adueniens eidem esse quantum largitur. Oppositum videtur habere. 8. huius qō. 4. quantitatem videlicet formam substantialem precedere nec secundū essentiam a materia se iungi uerum illi eternaliter coherere etiam in. q. 5. quod in materia prima tanquam in subiecto fundatur. etiam. 2. de generati. tex. 24. in forme substantialis introductione cetera interminata accidentia corrumpuntur, sola quantitas interminata remanet etsi terminata euadat. Soluitur, secundū ipsum in qō. 4. quoniam prefatis in locis de interminata quantitate uerba facit hic autem de terminata q. quantumuis realiter secundū essentia non adueniat accedit tamen secundum esse actuale, hec nanque substantialem sequitur formam ac ueluti in mediatum accidens composito in est ideo. 7. methaphi. te. co. 8. quantitas substantia non est sed accidens cui alia insunt accidentia, que etsi in actiuis principijs locum non inueniat ut commenta. inquit. 4. phisi. co. 84. non enim quantitate facit quantitas ceu caliditatem caliditas, quandoquidem illa ex parte materie se se contineat qualitas autem ex parte forme, attamen quia in quantitate fundatur proinde ad quantitatis uariationem uariatur qualitas ut habet ipse. 7. phisi. co. 33. si diuersabit quātitas diuersabitur passio pariformiter ad eius permutationem permutatur qualitatū actio ut in disputatione. 2. dubi. 5. si corporū permutatur quātitates & eorū simulac permutatur actiones. idem. S. Tho. p. par. q. 4. ar. 1. ad primum, quantitas molis uel dimensiuua materiam sequitur uirtutis quantitas formam seatur, cui alludit Aug. 9. trini. que non mole magna sunt hoc est maius quod melius esse etiam. p. 2. q. 5. ar. 1. quantitas propinquior est materiali substantie, etiam. 3. par. qō. 77. ar. 2. dimensiuua quantitas est materie dispositio prima. etiam. 3. par. 90. ar. 2. quātitates partes, materie partes sunt quia quantitas ex parte materie se uinculat ideo. 3. par. q. 77. ar. 2. demensura quantitas ratione sub in diuiduatur. **Q**uestionis. 6. summa quantum ad nominis significationem mēsure ratio, deo proprie competit non transumptiue, idem infert primo. senten. d. 8. qō. 4. quoniam de ratione mēsure est adequatio. Oppositum habere videtur in. 2. huius qō. 3. quod adequatio, & in adequatio proprie ad quantitatem spectant, & quo ununquodque quantitati apropinquat eo adequationi uel in adequationi ad properatur, deo autem nullatenus quantitas a scribit proinde nec proprie mēsure. Soluitur. secundum ipsum in. 2. huius q. 1. quoniam adequatio bina reperitur altera comēsuracionis altera similitudinis & imitationis, ut ipse. pri. senten. di. 8. q. 4. commensurationis adequatio quantitatem aduocāt adequatio quippe est alteri equatio, uel equalitas. hec quidem ut habetur. 7. metha. t. com. 32. & 5. methaphi. t. c. 20. ac in quantitatis predicamento quātitati proprie adscribitur, quam adequationem non includit ea mensura qua deus omnium dicitur mensura: atqui adequatio que uirtutis est quedam equalitas profecto in diuinis locum habet. filius namque secundum diuinitatem equalis est patri, inequalis autem secundum humanitatem, ut. S. Tho. 3. par. q. 58. ar. 5. hec insuper uirtutis equalitas, ē in creaturis statum inuenit. unde. S. Tho. prima parte. q. 96. ar. 3. in creaturis uirtutis equalitas equalis dilectionis causa esse

B
Contra dicitio.

Solutio.

Mensura dup.

C

D

E
Q. 5. 5.

Contradictio.

Solutio.

F

G
Q. 6. 6.

Contradictio.

Solutio.

H

A esse potest illa ergo quam in deo fatemur mensuram omnium, cuiusdam imitationis importat equalitatem cum cetera ab ipso entia, quecunque ipsum tanquam artificialia artificem imitentur.

IN XII. LIB. METHAPH.

Questionis prime summa effectuum diuersitatem cum principij passiu unitate pugnam non habere, quod inter comprobandum inquit ad aliquod simpliciter bonum cui malum aliquid non est per mixtum deueniendum esse: at non contra, ullum, videlicet malum simpliciter, cui nil bonitatis ipsum comitetur esse asseuerandum. Oppositum sensisse uidetur in. 2. huius questio. 19. vbi ad aliquid summum potetiale simpliciter nempe ad ipsam primam materiam deueniendum esse ratiocinatur: & hoc per philosophi axioma 4. mett. c. 18. si admittit magis & minus verum & magis & minus falsum, & simpliciter falsum & simpliciter verum admittendum erit. id est vt ipse probat rerum natura substat magis & minus potentiale: dabitur ergo potentiale simpliciter quandoquidem vbicunque, in genere datur magis & minus tale, simpliciter tale sit concedendum; denique cum deus maius & minus malum, simpliciter malum non erit negandum. Soluitur secundum ipsum, similitudo namque haud equis pedibus graditur. nam. 6. methaph. t. c. 8. verum ac falsum in intellectu bonum & malum in rebus sortiunt locum, atque vt hic differit doctor. malum alicuius nature priuationem secum ducit hanc autem per se in aliquo est reperire subiecto, quod cum boni, cuiusquam rationem contineat, malum non erit quin in aliquo fundetur bono, non item falsum fundatur in vero, secundo inquit, omne malum aliquod inferre bonum, sed primo celi. t. c. 32. & 3. de anima. t. com. 4. 5. nihil frustra natura facit, quare de vniuersi perfectione erit ipsum malum. Oppositum sentire constat, pri. sent. d. 4. 6. q. 4. quod Augustini roborat ratiocinatione, nam quod ad vniuersi perfectione facit, aliqua natura esse coniungitur, malum autem natura vlla non est. Soluitur secundum ipsum ibi, quoniam ipsius mali formalis ratio in ipsa priuatione consistit. vnde primo phil. t. c. 80. altera vero pars contrarietatis. s. priuatio semper ad maleficium imaginatur. idem. S. Tho. prima. 2. q. 18. ar. 8. ad primum. etiam prima. 2. q. 5. ar. 2. malum non est simplex negatio sed priuatio boni quod quis habere natus est, etiam prima parte. q. 48. ar. 3. malum non est cuiuslibet boni negatio quelibet. sed priuatiue accepta remotio, etiam questio. eadem ar. 1. qui querit scire quid sit malum ex boni ratione oportet illud accipere; malum ergo & si absque bono esse non possit, per accidens tamen bonum includit ex quo defectibilis natura illi substat, vnde multiformes insurgunt bonitatis gradus vniuersi adumbrates decorum. Tertio inquit, deum nihil nisi seipsum intelligere. Oppositum liquide sensit primo senten. di. 35. q. 3. ibi ex proprio sensu deum alia a se intelligere contendit tum quia intellectu cuncta mouet, tum quia cuncta causat, tum quia cuncta distincte illi representantur. Soluitur secundum ipsum ibi, quoniam deus tanquam sui intellectus principale obiectum seipsum tantum intelligit: cetera vero veluti obiectum secundarium at hoc principale & secundarium ex parte dei minime sunt accipienda. ita. s. quod primo se, demum alia cognoscat, quandoquidem vno intuitu eterno atque indiuisibili se & cuncta alia ab eterno cognouit, vt omnis prioritas a deo funditus abnegetur modo quo ipse. pri. senten. di. 9. qd. 4. adimere fatagit, at qui hoc ex consequenti vel secundarium quandam secum dependentiam defert, pro tanto namque cuncta cognoscit, quia cuncta ab ipso dependent, qua in re procul

contradictio.

Solutio.

contradictio. 2.

Solutio. 2.

contradictio. 2.

Solutio. 3.

omni repugnantia stat, vt non prius se quam alia intelligat. puta, licet albedinis extensio a quantitatis extensione depedat, vno tamen sensus intuitu vtraque acturum videtur. Cuius intentionis ipsum Commentatorem fuisse arbitror, ipse quippe deum alia non intelligere tanquam sue intellectiois obiectum inferre pretendit, nam cum primo ratiocinatur illa intellectio esset imperfectior ex quo intellectui ipsi intellectui perfecte non uniretur, iam intendit quod non intelligit alia vt alia esset quidem aliorum alia intellectio ab illa, qua seipsum intelligit veluti in nobis obuenire comprobamus, hic nempe acceptatione dignus videtur loquendi modus, nam in huiusmodi intellectioe, qua alia intelligit, non se habent, alia tanquam alia, cum per ideas cuncta illa intelligat que ipsi essentie idempntificatur, pari passu graditur ratio. 2. si quidem alia a se intelligit, intellectuum ibi aderit multitudo, que cum intellectus & intellectiois vnitatem iam pugnant, vide quia non alia veluti alia multa a se ipsum intelligere commentator ipse conatur ostendere, hanc enim intentionem suam fuisse ex intellectus videlicet nostri & dei collatione elicitur, cum d. causa multitudinis est alietas vtrique realis inter intellectum & rem intellectam in nobis, & infra multitudo intellectuum consequitur alietatem in nobis sicut est in intellectu in nobis. Themistium autem increpat, non quia deum alia a se dixerit intelligere, verum quia ratio sua deum alia a se distincte, & in propria forma intelligere non demonstrat, cum sic sillogizat, Deus intelligit se omnium esse principium, ergo omnia intelligit. Porro & ipse Commentator. Deum alia a se intelligere asseuerat, iam inquit scientia dei causat res innuere ergo videtur deum non alia a se distincte intelligere, ita vt eius intellectus ab intellectis accipiat, quod alia intelligendo perficiatur quemadmodum intellectus humanus, ideo dicit quod scientia dicitur equiuoce de scientia dei, que causat res & de nostra que causatur a rebus, ac sicut intellectus noster ab intellectis perficiatur, hac ex differentia sensum suum enucleare videtur, deum alia non intelligere modo illo quo nos intelligimus nempe ab intellectis recipiendo, si quominus, non videtur quomodo hoc in articulo passim eius dicta conueniant. s. deus secundum veritatem scit omnia & deus scit se tantum, & nihil aliud extrinsecum hoc in. 12. c. 51. & in disputatione tertia, dub. 18. intellectus diuinus non intelligit nisi seipsum & intelligendo seipsum, omnia alia intelligit etiam intellectus diuinus tantum seipsum cognoscit, & tamen nichil ignorat: at ipse seipsum ibidem declarat, non sic intelligit alia, vt sue intellectiois sint causa, quid clarius etiam hec sic ibi ratiocinatur, intellectus diuinus, si intelligeret alia prout sint sue intellectiois causa, esset vtrique generabilis ac corruptibilis atque auiliori perficeretur, etiam disputa. 6. dub. 6. deus scit omnia entia absolute, entia namque habent esse & sunt intelligibilia a primo, vt ipse seipsum intelligit etiam disputa. 13. dub. 1. intellectus diuinus, quodammodo non intelligit aliud preter se, in quantum scientia eius non est passiva, & aliquo modo intelligit aliud preter se ex eo quod ipsemet est scientia actiua, ex his pro coperto habitum fit quomodo deum alia a se non intelligere, Commentator intelligat, nempe causaliter ita, videlicet quod alia sue intellectiois sint causa. Secundo nec passiva vt ab intellectis recipiendo patiat: Tertio, nec perfectiue vt illa intelligendo eius intellectus perficiatur; denique quod alia quidem non intelligat trinis his modulis, quibus talia intellectus noster intelligit, sed modo nobiliori ab illo quo nos intelligamus illa intelligit. s. actiue, vt disputa. 6. dub. 4.

B Com. sensus, de intellectu diuina.

F Themist. pō.

G intellectus diuino & differentia trip.

H

A exaravit non igitur a catholicis doctoribus, hac in materia distat, unde hic inquit doctor, deus quamvis nihil nisi seipsum intelligat, intelligit tamen se esse ens quoddam a ceteris entibus imitabile, prout ipsum ens primum entium omnium est similitudo & exemplar idem sentit Commen. disputa. 6. dub. 1. deum scire se ipsum nil aliud est, quam ipsum scire omnia, quod memorando deducit exemplo, si homo inquit alijs entibus similis fuerit ac ipse sui ipsius propriam sciret quiditatem profecto scire ipsam hominis quiditatem necessario esset scire res alias, secundum hoc, ergo frustrabitur consequentia illa, deus tantum seipsum intelligit, ergo non intelligit alia, nam ut doctor inquit pri. phi. in tex. 8. exclusiva dicitio non excludit, nisi illud quod aliter dicit ab eo cui additur, at alia entia a deo, prout a deo intelliguntur, alietatem non dicunt ab eo, nam deus pro quanto intelligit alia entia est illa, est enim deus omnium entium esse, ut probat doctor primo senten. di. 8. q. 2. nempe causaliter & formaliter non inherenter, sed denominative, quoad quidem nulla entia denominentur nisi a primi entis entitate, quod sub verbis alijs, hic idem asserit, videlicet pro quanto omnium est exemplar omnia intelligit non ergo sequitur deus se tantum intelligit, ergo non alia, quod etiam ipse Commen. affirmat hoc in. 12. lib. c. 51. & verum est quod deus scit omnia, secundum quod scit se tantum, scire in esse est causa eorum esse: sicut qui scit calorem ignis tantum, non dicit se nec scire caloris naturam in reliquis calidis existentem, idem sentit philosophus in tex. si non est intelligentia sed potentia, rationabile est laboriosum esse & continuationem intelligentie si non sit actu semper intelligens, sed in potentia, & sequitur. palam quia aliquid aliud erit dignius quam intellectus. s. intellectuum non sequeretur quod illud intellectum esset dignius intellectus, nisi sumeretur intelligere prout intellectus noster intelligit: nempe passive & perfective, nam illud aliud, perficeret & ageret in intellectum diuinum idem sentit ibi. S. Tho. inquit philosophus intendit ostendere, quod deus non intelligit aliud, sed seipsum in quantum intelligere & intellectum est perfectio intelligentis.

B Vestitionis. 2. summa genita a sibi similibus genitis a non sibi similibus nisi sint perfecta: specie non identificantur, quod inter pandendum inquit. Celum sine particulari agente animal imperfectum ex putri materia producere posse. Oppositum habere videtur quoli. 6. q. 8. quod facit semen in hijs, que ex semine fiunt facit putrefactio in hijs que fiunt ex putrefactio ne: sed quoli. 2. q. 12. inquit negare in seminibus esse aliquid actiuum est negare sensum, ergo in generatione ex putri materia erit particulare agens assignandum. etiam. 2. phi. ex sensu philosophi. tex. 38. effectus particularis est agens particulare & vniuersalis vniuersale, ut statue statuficus: huius statue hic statuficus etiam quoli. 2. q. 12. & pri. sent. di. 5. q. 2. & 8: agens & patiens communicant in forma secundum speciem, sed celum & ex putri materia genitum non communicant in forma specifica. ergo aliquid particulare agens erit adhiendum. Soluitur secundum ipsum ibi, quod est aliqua similitudo in vtraque generatione, nempe quo scilicet ad determinationem, quia sicut ex determinato semine fit determinatum animal ut non ex quolibet semine generatur quodlibet animal sic ex determinata putrefactione, determinatum animal. ideo concludit non omnia ex putri materia genita esse a casu, nec inconuenit vnum eundemque effectum esse per se & per accidens ad diuersa relatum: siquidem animal ex putri materia genitum ad

particularem calorem materiam disponentem referatur est per accidens, non enim tale animal intendebat calor. si autem ad celi virtutem referatur erit per se. idem. S. Tho. 7. methaphi. t. 23. similiter si ad determinatam referatur materiam, ut dicit hic doctor est per se, est etiam similitudo, nam in putrefactione est aliquod principium simile virtuti actiue, que est in spermate, ex quo talibus in animalibus causatur anima, at talis in semine est, & ab anima & a corpore celesti, virtus autem actiua in putrefactione a solo est celesti corpore. ut. S. Tho. 1. par. q. 91. ar. 2. ad secundum. Differt autem materia putris a semine, quia ex illo animal perfectum generatur, at quanto aliquid est perfectius tanto ad sui productionem plura requirit, proinde & agens vniuersale & agens expetiet particulare, ideo dicitur. 2. phisic. t. c. 26. sol & homo hominem generant. ex putri autem materia fit imperfectum animal ideo ad eius productionem sat est celeste corpus, ut. S. Tho. pri. parte. q. 91. arti. 2. ad. 2. Secundum scilicet effectus particularis est a causa particulari. Soluitur per philosophum. 12. methaphi. t. c. 13. quedam fiunt a natura quedam ab arte quedam a fortuna quedam ab authomato. i. a casu, que a natura fiunt vel ab arte a particulari causa fiunt: que a casu fiunt vel fortuna, cum fortuna sit intellectus agens preter intentionem & casus sit natura preter intentionem agens. non proprie, nec perfecte causam dicuntur habere particularem cum horum nullum talia intendat, ideo causalia dicuntur. i. indeterminata, quandoquidem determinatam non habeant causam in inferioribus istis verum solum causam agentem superiorem, ut S. Tho. 12. metap. tex. 13. Tertium videlicet de materie communicatione. Soluitur per doctorem, quoli. 6. q. 8. & per philosophum. 12. methaphi. t. c. 13. agens effectum perfectum, in sua specie producens est vniuocum & cum passo in specifica forma comunicat, tale quippe per corporalem contactum agit pri. de generatio. t. 78. de hoc agente sermonem habet philosophus. 9. methaphi. t. 13. & 14. & 7. metha. t. c. 28. quod agens, & actum vnum sunt in forma, & commenta. 12. methaphi. c. 18. agens extrahens aliquid de potentia ad actum necesse est, ut in illo sit illud quod abstrahit aliquo modo: de hoc quidem agente, intendit hic philosophus in. 12. methaphi. t. c. 13. quod, s. omnis substantia fit ab vniuoco & producens cum producto eiusdem est speciei, per putrefactionem aut genita cum determinatum particulare agens non habeant, ut sic fiunt a casu cum non fiant a sibi simili in specie. hec ex. S. Tho. hic. partim ex doctore. 2. de anima. t. c. 34.

C Vestitionis. 3. summa quecumque fiunt omnia a sibi in specie conuenienti, aliquid fieri, quod creditur: reddendo inquit, nec animalia per putrefactionem genita nec vllam in natura speciem a casu fieri. Oppositum habere videtur quoli. 6. q. 8. inquit si loquamur de animalibus perfectis non nisi a sibi simili in specie fiunt, quo circa in talibus non potest esse aliquid a casu, quandoquidem talia tantum vno fiant modo: si autem de animalibus loquamur imperfectis, puta de hijs, que a sibi simili in specie non fiunt, in talibus quidem operatur casus: possunt namque aliqua causaliter coniungi in quibus aliqua resularet putrefactio, proinde aliqua species generari casualiter coningeret. Soluitur secundum ipsum ibi, quoniam in animalium generatione ex putrefactione, quantum ad actiuorum & passiuorum congregationem casus potest interuenire. cum hoc tamen ibi aliquod per se interuenit & necessarium, quia non nisi ex determinata putrefactione fieri potest determinatum animal, sicuti ex determinato semine determinatum animal.

E qd. 22. D
Materia putris quo differt a semine,
Solutio a 2.
F
Solutio ad 2.
qd. 2.
Contradictio.
Solutio.

A idem. S. Tho. 7. methaphi. c. 23. si putrefactio ad causas referatur particularis hic inferius casualis erit profecto: calor nãque putrefactionem causans animalis non intendit productionẽ sicuti virtus in semine existens: si ad virtutem referatur celestem est per se intenta. Secundo d. animalia per putrefactionem genita cũ non a casu fiant, quandoque nulli species a casu fit, quoniam a corpore celesti fiunt in quo sunt omniũ corporales forme a sibi simili fieri contendit. Oppositum sensisse videtur questione preceunte, quod & si ignis ab igne genitus cum igne a sole tantũmodo genitus eiusdem sint speciei non tamen animal per celestem motum generatum, cum sit animal imperfectum & ignis perfectus ignis. Soluitur primum secundum ipsum, vt ex hac deduci potest questio. quoniam aliqui formant aliter eiusdem esse speciei bifarie intelligi potest. primo virtualiter, puta quia ipsius specificæ forme virtutem continet, cum ergo vt hic sentit doctor omnes corporales forme quodammodo sint in celo: atque celi forma materie sic putrefacte faciat, quod illi saceret forma specifica animalis ex illa producta nõ ab re dici potest a sibi simili in specie quoquo modo fieri, vt puta virtualiter, qua sub forma intelligenda est hic sententia sua. alio modo idem specie proprie, quod eodem genere ac differentia constituitur, quod pacto antecedenti questione talia eadẽ specie esse denegauit. idem. S. Tho. prima par. q. 105. ar. 1. ad prim. effectus aliqs cause assimilatur dupliciter vel secundũ speciem eandem, vel secundum virtualem continentiam, qua intentione animalia ex putri materia genita soli stellisque assimilantur quorum virtute generantur. idem prima par. q. 115. ar. 5. ad. 4. actiones corpũ celestium, prout in istis inferioribus corporibus diuersimode recipiuntur. secundum diuersam materie dispositionem sic in rebus corporeis variantur effectus, vttrum autem ex putri genita materia cum per propagationem genitis eiusdem sint speciei proprie lumendo speciem, doctor presenti ac precedenti questione ad aperto calamo tenet quod non. idem quoli. 6. q. 8. dicit in animalibus perfectis que non nisi similibus in specie precedentibus fiunt determinata est natura, vt in eis naturam comunicandi modus sit vnus, que ergo p putrefactionem natura generatur nõ nisi vno modo fieri possunt, imperfecta autem que nõ ex sibi similibus in specie sunt arte natura fiunt: & casu

contradictio. 2.

Solutio. 2.

Dubium.

Solutio.

pãcet talia diuersarum fore specierum. idem. 2. de anima. cum Commenta sentit exponens tex. 34. quomodo animalia perfecta non orbata spontaneam habeant generationem, atque ex consequenti per putrefactionem genita spontaneam non habeant generationem inquit, quia ista per seipsa generari videntur eo quod proprie speciei generans non habeant suple. sicut perfecta habent animalia. idem sentit. S. Tho. nam in pri. senten. d. 10. q. 6. vnica. arti. 4. in questionis fine inquit. quia ergo in diuinis aliter filio, aliter spiritui sancto diuina comunicatur essentia, ideo realiter sunt distincti, subdit esse ab alio per generationẽ, & esse ab alio per spirationẽ vni conuenire non possunt, quia vna res tantum vnum habet modum quoritur ex alio, non enim idem in specie sunt que a natura & que ab arte, nec per putrefactionem & seminacionem, idem de potentia. d. q. 10. ar. 2. ad. 17. in diuinis secundum quemlibet processionis modum comunicatur natura, non autem in creaturis licet sint in eis processionis diuersæ, natura tamen in eis non nisi per vnum modum comunicatur etiam prima parte. q. 50. ar. 2. ad primum, ex hoc probat angelos spirituales esse substantias, nam cum differentia speciem constituat vnumquodque in specie constituitur prout ad aliquem in entibus specialem gradum determinatur vbi & si de talibus animalibus non sit memoria sumi tamen potest modus dicendi, quod specie distinguatur, quoniam ad deteriorẽ entis gradum determinantur, quã per propagationem genita, & quantum hoc probare sit difficile: tamen eodem idemptitatis gradu illa potiri probare non est facile. locum igitur non inuenio, quo Ioan. ganda. & Marcus Antonius Zima. conceperũt. S. Thomam eiusmodi fuisse opinionis. animalia per putrefactionem & per propagationem genita eiusdem fuisse speciei, quod autem haberetur. 7. methaphi. c. 23. in rebus naturalibus eadem fieri ex spermate & sine spermate verba sunt philosophi, nec tamen dicunt philosophũ hoc sensisse, ideo ibi exponendus est sicut verba philosophi eadẽ esse genere propinquo vel subalterno. pariformiter exponi debet illud problema. 13. partis. 10. animalium propter quid quedam fiunt ex se inuicem quedam vera ex quibusdam commixtis: frustra quereretur nisi eadẽ esse specie intelligeret sed eadem dicuntur propter generis propinqui indemptitatum.

B

F

G

F I N I S.

R E G I S T R U M

* A B C D E F G H I K L M N.

Omnes sunt terni.

LOCI QUIBVS OCCURRUNT

CONTRADICTIONVM VMBRE NON NON VLLIB.



ABSTRACTIVS per intellectū
semper est communius. li. 7. q. 10.
Actio inter agens & patiens nunquam
non mediat. li. 1. q. 17.
Accidentia & substantie ad deum ana-
logice dicuntur. li. 4. q. 4.
Accidentia propria habent entita-
tem verum diminutam. li. 6. q. 3.

Accidentia per sua indiuiduantur subiecta. li. 8. q. 4.
Addens reale aliquod ad aliud, potest illo corrupto ma-
nere. li. 4. q. 7.
Ad simpliciter malum, nūquam deueniendum. li. 12. q. 1.
Analogice omnia dicitur ad ipsum primū ens. li. 4. q. 4.
Animalia ex putri genita materia, a casu minime fiunt.
li. 12. q. 3.
Animalia ex putri genita materia, a sibi conuenienti
quoquo modo fiunt. li. 12. q. 3.
Analogia quilibet est ad vnum numero. li. 6. q. 3.
Animal & homo ratione sui, nullum includunt accidēs
lib. 7. q. 3.
Angeli proprie diffiniri non possunt. li. 7. q. 12.
Appetitus naturalis non semper non est terminatus. li.
2. q. 11.
Ars non nisi circa vniuersalia versatur. li. 1. q. 20.

B

Bene esse prestat simpliciter esse. li. 1. q. 14.
Brutorum prudentia non nisi quidam naturalis instin-
ctus est. li. 1. q. 16.

C

Consideratum in scientia principaliter, non est semper
subiectum in illa. li. 1. q. 5.
Consideratum in scientia, subiecto illius est quid com-
munius. li. 1. q. 6.
Cogitativa est particularium ratio collatiua. li. 1. q. 18.
Causarum effectiuarum infinitus est processus per acci-
dens. li. 2. q. 18.
Causam effectiuam precedentia, ad huius effectus esse,
nihil faciunt. li. 2. q. 18.
Cause materiales statim inueniunt in materia prima.
li. 2. q. 19.
Causas finales non est in infinitum procedere. li. 2. q. 20.
Communes animi conceptiones causam non habent,
ideo indemonstrabiles. li. 4. q. 13.
Communia accidentia, tanquā proprias passiones ma-
teriam sequuntur. li. 8. q. 2.
Celestia ac terrestria eadem vna potiuntur materia. li.
8. q. 3.
Continui mensura, statum suum reperit. li. 10. q. 2.
Celum absque particulari agente, animal producere va-
let at imperfectum. li. 12. q. 2.

D

Deus nullius specialis est subiectum scientie. li. 1. q. 7.
Deum cognoscere possumus positue. li. 1. q. 8.
Deus res est predicamenti. li. 1. q. 9.
Dei scientia est omnium mensura rerum. li. 2. q. 17.
Dei scientia est rerum causa. li. 2. q. 17.
Differentia generi addita nagationem nō facit. li. 7. q. 11
Dimensiones. 2. interminate formam non precedunt.
li. 8. q. 4.
Dei notitia precedente, in ceterorum venimus cognitio-
nem. li. 10. q. 1.

Deo proprie mensure conuenit ratio. li. 10. q. 6.
Deus nihil nisi seipsum intelligit. li. 12. q. 1.

E

Errare circa finem particularem, non vniuersalem com-
tingit. li. 4. q. 12.
Esse actuale ad substantie genus deducitur. li. 6. q. 2.
Essentia substantie actuale suum esse precedit. li. 7. q. 1.
Elementa magis in potentia quam composita. li. 2. q. 19.
Ens in quantum ens methaphisice est subiectū. li. 4. q. 1.
Entitatis ac veritatis eadem est rei dispositio. li. 2. q. 22.
Experimentum cognitionem precedit. li. 1. q. 19.
Expertus artifice predicatur prestantior. li. 1. q. 20.

F

Finis principij rationem obtinet. li. 1. q. 2.
Finis in infinitum appetibilis. li. 1. q. 2.
Finis agnitus non appeti non potest. li. 1. q. 3.
Finis errorem nequaquam admittit. li. 1. q. 4.
Forme in infinitum non patiuntur processum. li. 2. q. 21.
Formica famis memoria in estate congregat. li. 1. q. 16.
Fundamētum alicuius bonitatis illius est causa. li. 1. q. 14.
Forma materialis qlibet suapte natura infinita. li. 1. q. 21.

G

Generica forma, pluribus in speciebus realiter reperitur
li. 4. q. 3.
Generica forma prius quam specifica informat mate-
ria. li. 7. q. 9.

I

Intellectus duo actualiter simul considerare nequit.
li. 1. q. 11.
Inter cognoscendum, rerum fit motus ad animā. li. 2. q. 2.
Inter appetendum, anime fit motus ad res. li. 2. q. 2.
Intellectus super intelligibilem speciem indirecte fertur
li. 2. q. 12.
Intellectus noster virtus est materialis. li. 2. q. 13.
Intellectus non phantasiabilia non intelligit. li. 2. q. 14.
Intellectus diffinitum diffiniens in sua, resoluit principia
li. 7. q. 5.
Intellectus noster substantias separatas intelligit, quia
sunt. li. 2. q. 15.
Ignis cum corrumpitur, hoc corpus, non corpus simpli-
citer corrumpitur. li. 8. q. 5.

M

Methaphisicus per accidens deum considerat. li. 1. q. 9.
Mechanice artes speculatiuis facillioris sunt acquisitione
nis. li. 1. q. 21.
Magis vniuersalia magis intellecta. li. 1. q. 23.
Methaphisica ceteris est certior scientijs. li. 1. q. 24.
Methaphisica proinde, quia pauciora considerat certis-
ma est. li. 1. q. 24.
Methaphisica nullum continet errorem. li. 1. q. 25.
Mechaphisica cunctis felicior scientijs. li. 1. q. 16.
Materia indiffinitione indirecte statuitur. li. 7. q. 5.
Mathematica particularia, immobilia cēsentur. li. 7. q. 6.
Malum non est quod nullum continet bonum. li. 12. q. 2.

N

Naturalis de deo considerationem facit per accidens
lib. 1. q. 8.
Nomen per prius formam significare quam totum. lib.
8. q. 1.

P

Passio in intellectu statum non inuenit. li. 2. q. 1.

Phantasma inter materialia numerum ponit. li. 2. q. 9.
 Perfectior predicatur substantia, que deo propior. lib. 2.
 q. 16.
 Principijs desumptis quot vis conclusionem libet educere. li. 2. q. 20.
 Potentia quanto superior tanto sub vniuersaliori ratione comprehendit. li. 4. q. 2.
 Passio prima subsequentiū omnium causa. li. 6. q. 1.
 Particularia, propria materia sunt expertia. li. 7. q. 7.

Q

Quecunque particulares cognoscunt scientie, ea methaphisicum non latent. li. 1. q. 22.
 Quiditas creata, increate comparabilis adiudicatur. li. 2. q. 16.
 Quicquid est vnum, est ens atque cōuertitur. li. 4. q. 6.
 Quāritas de vno quod numeri est principium neutiq; predicatur. li. 4. q. 11.
 Quiditas essentie re idemptificatur. li. 7. q. 4.
 Quantitative partes, totius diffinitionem non ingrediuntur. li. 7. q. 8.
 Que alterius generis a quantitate cōsentur, illius generis simplicissimo mensurantur. li. 10. q. 3.
 Quantitas composito adueniens, esse quantum in partit eidem. li. 10. q. 5.

S

Scientia, humane sane est finis nature. li. 1. q. 3.
 Scientie subiectum, et in scientia consideratū non idemptificantur. li. 1. q. 5.
 Scientia deum principaliter cōsiderans, bonitatem eius infinita contemplantur. li. 1. q. 10.
 Scientia deum considerans, ceteris nobilitate prestabit. lib. 1. q. 10.
 Sensus profus in corporale nequaquā discernit. li. 1. q. 12.
 Signum rei causam esse eiusdem natura non substinet. lib. 1. q. 13.
 Scire ipsum quid non contingit, ipsum quia ignoto. li. 1. q. 19.

Substantia que est genus, materie vel forme predicationem non suscipit. li. 1. q. 27.
 Substantia magis vel minus non recipit. li. 1. q. 27.
 Scientia prout intellectum informat, habitus nomen fortitur. li. 2. q. 4.
 Sensus accidentia penetrat, atque substantiam. li. 2. q. 7.
 Substantiam materialem, per immaterialem perfici posse. li. 2. q. 10.
 Subiectum passionem diffiniens, eius essentiam subterfugit. li. 7. q. 2.
 Substantia quę deus est, nullatenus genere claudit. li. 10. q. 4.

T

Tactus non omnium tangibilium dñudicat differentias. li. 1. q. 15.
 Tantum vnum est, prepositio quippe falsa est. li. 4. q. 6.

V

Voluntas est formam consequens inclinatio. li. 1. q. 28.
 Veritas reale aliquo intellectu informat. li. 2. q. 2.
 Veritas est quedā in anima ab anima concausata qualitas. li. 2. q. 3.
 Veritas in complexa qua rei principijs conformamur species quedam est. li. 2. q. 5.
 Veritatem aliquam incomplexam dari. li. 2. q. 5.
 Veritas proinde difficilis, quandoquidem de principijs difficulter educitur. li. 2. q. 6.
 Veritatis difficultas ex parte intellectus potius quā rei conuincitur. li. 2. q. 8.
 Vnumquodque per suam formam hoc aliquid dñudicatur. li. 4. q. 5.
 Vnum multitudinis principium priuationem deffert. li. 4. q. 9.
 Vnum, quod numeri est principium quandam formam designat. li. 4. q. 9.
 Vnum, quod numeri est principium, in separatis substantijs locum non habet. li. 4. q. 10.
 Vniuersalia rerum potius quam intellectus fede cōgaudent. li. 7. q. 1.

F I N I S .

SOLERS LECTOR SI QUANDO

in intelligibile offendes intuere foliorum, columnarum, linearumque numerum, quo simili numero hic inferius collato, intelligibile, ibi inuenies.

fol. 1. col. 1. lin. 35. viuetur, videtur. fo. 1. co. 2. li. 10. esse, esset. fo. 1. co. 2. li. 11. bouens, bouem. fo. 1. co. 4. lin. 63. quid, quod. fo. 2. co. 1. li. 8. volutantis, voluntatis. fo. 2. co. 3. li. 70. homines, hominis. fo. 4. co. 1. li. 64. determinaret. fo. 4. co. 3. li. 33. metha, dedeo. fo. 10. co. 1. li. 64. si videtur, se videtur. fo. 10. co. 2. li. 36. cōmuniatiōnis communia. fo. 10. co. 2. li. 37. pars, ars. fo. 24. co. 2. li. 24. alteriore, altiorem. fo. 24. co. 3. li. 4. vitiosum, ociosum. fo. 26. co. 4. li. 41. numerum, numero. fo. 26. co. 4. li. 60. vnum est, vnum quod est. fo. 37. co. 2. li. 61. sequi, sequitur. fo. 38. co. 2. li. 44. compositioni, componi. fo. 36. co. 2. li. 53. abest abesse. fo. 38. co. 4. li. 63. receptius receptiuus. fo. 42. co. 3. lin. 12. proprietas, proprietates. fo. 43. co. 4. li. 45. argumentū, arguit. ibi de minimo. de minimo. fo. 44. co. 2. li. 64. de mensura, patet de mensura. fo. 45. co. 3. li. 53. preter, propter. fo. 46. co. 3. li. 15. hoc igni est, hic ignis esse. fo. 46. co. 3. li. 17. exprimi, ex putri. fo. 51. co. 1. li. 40. contingit non, contingit non esse. fo. 58. co. 1. li. 25. sanare, saluare. fo. 58. co. 3. li. 61. habitatio ab humanis, habitatio a naturalibus. fo. 59. co. 1. li. 56. secundum, sed. fo. 61. co. 3. li. 60. dirigitur, ibi admittit. fo. 63. co. 2. li. 31. declaratiū, declinantium. fo. 65. col. 3. lin. 61. dicendum, subiectum.

